



IHS 1516

Archivo de Loyola

Sección 3.ª Serie 2.ª N.º 23

Est. 13.

Plut. 2.



Blank title area with gold-tooled lines.

Blank title area with gold-tooled lines.

*Epistola de ...  
romana ...  
his 14546*

Blank title area with gold-tooled lines.

Blank title area with gold-tooled lines.

Blank title area with gold-tooled lines.

Blank title area with gold-tooled lines.

**Archivo de Loyola**

*Estante* .....

*Plúteo* .....

Blank title area with gold-tooled lines.

Blank title area with gold-tooled lines.



953.

Libro raro

Vitina  
S C  
9  
XXXXII-XXXX  
Et  
Bibl. Ar. Cleric.  
Folios 1-12.

ARTIVAM ECCLIE

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



# RITVVM ECCLĒ

SIATICORVM SIVE SACRARVM  
CERIMONiarVM .S.S. ROMA  
NÆ ECCLESIE. LIBRI  
TRES NON ANTE  
IMPRESSI.



Habes optime lector Rituum Ecclesiasticorum siue Sacrarum Cerimoniarum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ libros tres. Opus cum non ante formis excusum, Tum uero argumento suo & iucundum tibi, & utile. Nam quæ ratio creandi Põtificis, quæ Reliquorum Antistitum, qui modus admittendi Imperatoris, cum urbem inuisit, quæ Diuorum nostrorum apothefes, exin qui pietatis ordo, dum diuinis Pontifex operatur a Kal. Ianuariis ad anni finem, postremo ueluti coronis, ac fastigium operis, summa quædam ad institutam rem pertinens explicatio personarum ac officiorum, Quæ operanti Pontifici adsunt, his libris continentur. Est & in fronte operis Reuerendissimi, & Doctissimi Corcyrensis Archiepiscopi Christophori Marcelli ad Sanctissimum. D. N. Leonem. X. Epistola cum indice.

Diris Pontificiis interdictum, ne non prædictum dicas manceps librariæ, ne quis infra quinquennium præter nos excudat. Quare caueas, ne lucri cupiditas trāsuersum te actum, & grauiore pena uiuentem afficiat: & mortuum barathro æternum addicat.

*Gustav Schlar*

*Jo. Vogt. 1761.*



# LEO PAPA. X.

**V**niuersis & singulis, ad quos hęc nostrę litterę peruenierint. Salutem & Apostolicā Bene. Cum dilecti filii Antonius & Siluanus Capelli Ciues Veneti, Librum Rituum Ecclesiasticorum edere in manus hominum Statuerint, ac propterea in eo imprimendo non paruos sumptus fecerint, & labores subierint: uereanturq; ne qui fructus ex illo percipi possent, ii intercipientur ab aliis, qui nihil impenderint ea in re laboris, Nos adducti eorum precibus inhibemus, mandamusq; omnibus & singulis, ne per Spatium quinque Annorum iam nunc incipiendorum Librum ipsum imprimere, aut imprimi facere, impressumue uendare, aut uendendum tradere ullis in locis audeant, Antonio & Siluano non permittentibus. Qui contra inhibitionem, mandatumq; hoc nostrum fecerit, admiserit, cuiuscumq; nationis & dignitatis sit, is uniuersę Dei Ecclesię expers excommunicatusq; esto. Datum Romę apud Sanctum Petrum Sub annulo piscatoris. Die. xvij. Decēbris. M. D. xvj. Pont. nostri Anno. iij.

Bembus

**EXEMPLVM SENATVS CONSVLTI VENETI,**  
quo cauetur, ne quis infra decēniū opus hoc imprimat, Impressumue alibi huc importet sub multis ut in eo.

Die. vij. Junii. M. D. xvj. In Rogatis.

**V**adit pars, Quod cum Nobiles Viri Antonius & Siluanus Capelli a Bancho Imprimi facere intendant quoddam opus Cerimoniarum Ecclesiasticarum cautum auctoritate huius Senatus, & statutum sit, Quod per decennium nemo ipsum opus Imprimi facere possit, tam in hac Ciuitate nostra Venetiarum, q̄ in aliquo alio loco Dominio nostro subiecto, aut alibi Impressum uendere, tam latino q̄ materno sermone preterq̄ Impressum cura, & impensis ipsorum nobilium Antonii, & Siluani Capello sub pena amittēdi ipsa Volumina, & Aureorum decem pro quolibet Volumine qui reperirētur, cuius penę tertia pars sit eorum iudicium, seu officialiū, quibus primū denūciatum fuerit, Alia tertia pars detur Hospitali pietatis, & alia sit Accusatoris, seu Inuentoris.

Laurentius Quartus.

## TABVLA

### CAPITA LIBRI PRIMI

#### SECTIO PRIMA

De loco conclauis primum deligendo.	char.	i.
Ordo eligendi pontificis, & ratio	char.	ii.
Exhortatio ut reuideatur maiorū decreta sup electione	char.	iii.
Quę seruāda ne electio possit impugnari.	char.	vi.
De indumētis electi, & prima ueneratiōe a cardinalibus	char.	viii.

#### SECTIO SECVNDA

De ordinatione, & cōsecratione summi Pontificis	char.	viii.
Quomodo consecretur in Episcopum	char.	x.
Cōsecratio, Bñdictio, & Corōatio simul Romāi Pōtificis	char.	xii.

#### SECTIO TERTIA

De cōiuiuo solēni Pōtificis cū Cardinalibus, & p̄latis	char.	xyiii.
--	-------	--------

#### SECTIO QVARTA

Quę mutantur, si coronatio Pontificis fiat extra urbem	char.	xyiii.
--	-------	--------

#### SECTIO QVINTA

De aduētū & coronatiōe electi in Impatorē Romanorū	char.	xxi.
Quod ueniente Impatore mittantur Legati Apostolici	char.	xxi.
De urbis ingressu Imperatoris	char.	xxii.
Processio pontificis, & Cęsarıs per urbem	char.	xxvi.
De coronatione Imperatoris absente Papa	char.	xxvii.
De coronatione Imperatricis sine Imperatore	char.	xxviii.
De triplici Imperatorum corona	char.	xxx.

#### SECTIO SEXTA

De Canonizatione unius Sancti	:	:	char.	xxx.
De his, quę fiunt in die canonizationis	:	:	char.	xxxii.
Forma protestationis	:	:	char.	xxxii.

#### SECTIO SEPTIMA

† ii



## TABVLA

De pluribus benedictionibus	
Ordo seruandus in creatione noui ducis a Paulo.ii. institutus	char. xxxii.
Ordo benedicendi nouum militem	char. xxxii.
Que seruantur in Duce minoris potētię	char. xxxiiii.
Ordo seruandus in benedictiōe, & inuestitura noui almæ urbis præfeti a Sixto quarto institutus.	char. xxxiiii.
De benedictione Rosę, quę fit Dominica Letare Hierusalē, & eius traditione.	char. xxxv.
De ense in nocte natiuitatis Dñi dando, & bñdicendo.	char. xxxvi.
De benedictione, & traditione uexilli bellici.	char. xxxvii.
De consecratione Agnus Dei	char. xxxvii.

## SECTIO OCTAUA

De creatione nouorum Cardinalium	char. xxxix.
De primo consistorio an sint creandi, & quot	char. xxxix.
De secundo consistorio, & forma pronūtiandi cardinales	char. xxxix.
Infirmorum uota exquirenda per duos cardinales	char. xxxix.
Quod nouiter creati non sunt publice uisitandi anteq̃ capellam acceperint, & uisitauerint	char. xxxix.
De consistorio publico, in quo publicantur cardinales noui, & datur galerus presentibus	char. xxxix.
De receptione nouorum Cardinalium ad osculum pacis, & traditione galeri	char. xl.
De noui cardinalis deductione	char. xli.
De modo uisitandi	char. xli.
De modo, & forma claudendi, & aperiendi os nouis Cardinalibus	char. xli.
Forma aperiendi os	char. xlii.
De dandis titulis & anulis nouis cardinalibus	char. xlii.
Quod noui cardinales non utuntur titulis, anteq̃ habeant titulum	char. xlii.
Dispensatio, q̃ retineant beneficia	char. xlii.
Galerus regulariter non mittitur absentibus	char. xlii.
Que seruantur, cū mittitur galerus extra curiam	char. xlii.
De creatiōe episcopi cardinalis, & q̃ cardinalis, de quo aliquid tractatur exit consistorio	char. xliii.
De electione Legati Apostolici de latere	char. xliiii.
De ordinatione cardinalium ad sacros ordines	char. xliiii.
Quod apud altare Sancti Petri solus Papa consecratur	char. xliiii.
De nouo cardinali ueniente ad curiam sine galero	char. xliiii.

## TABVLA

De reditu noui cardinalis cum galero, siue legati	char. xlv.
De nouo cardinali, uel legato redeunte uacante sede	char. xlv.

## SECTIO NONA

De loco, & ordine consistorii	char. xlv.
De habitu, & locis in publico consistorio	char. xlv.
De consistorio secreto	char. xlv.

## SECTIO DECIMA

De prouisione Ecclesiarum	char. xlv.
Pronuntiandi Abbatis forma	char. xlv.
De habitu, & prima uisitacione prælatorum, & iuramento	char. xlv.
Qui appellantur electi	char. xlv.
De pallio, & quomodo traditur	char. xlv.

## SECTIO VNDECIMA

De publicationibus solennibus	
De publicatione pacis	char. xlix.
In publicatione federis initi contra hostes Ecclesię, aut infideles	char. xlix.
In publicatione federis initi pro defensione Ecclesię, & conseruatione pacis	char. l.

## SECTIO DVODECIMA

Ordo quomodo Papa equitat in pontificalibus	char. l.
Ordo cum papa equitat ad aliquam Ecclesiã religionis grã, siue ad alium locum & non in pontificalibus	char. li.
Quod non Cardinales debent præcedere pontificē, & quod sequi	char. li.
De itineratione papę quando ad alias urbes, siue ad alia loca uult se transferre	char. li.
Ordo intrandi aliquam urbem in pontificalibus	char. lii.
Quid agendum si cū papa adesset unus Diaconus tantum cū uno Episcopo, uel presbytero cardinali	char. liii.

## SECTIO TERTIADECIMA

De receptione principum, & primo de receptione Imperatoris	
--	--



TABVLA

toris uenientis ad urbem peregrinationis gratia	char.	liii.
De receptione Regis uenientis ad urbem	char.	liiii.
De receptione Regine	char.	lvi.
De receptione primogeniti Regis	char.	lvi.
De receptione Principis non ita clari	char.	lvii.
De principe electore praelato	char.	lvii.
De receptione oratorum, siue Legatorum Regum, & Principum, seu Rerum publicarum	char.	lvii.

SECTIO QVARTADECIMA

De concilio generali	char.	lviii.
De loco, & sedilibus concilii	char.	lix.
Qui habent uocem deliberatiuam in conciliis	char.	lix.
De diuersis officialibus concilii	char.	lx.
Ordo sedendi in conciliis	char.	lx.
Ordo rerum gerendarum in conciliis	char.	lx.
De Constatiensi, & Basiliensi conciliis	char.	lxi.
De generali congregatione in conciliis	char.	lxi.
De publica sessione, & sacris precibus	char.	lxi.

SECTIO QVINTADECIMA

De morte, & exequiis Reuerendissimorum Cardinaliu	char.	lxii.
De egrotatione, morte, & exequiis Romani pontificis	char.	lxvi.
De significatione mortis eius p collegiu, & de stilo scribendi	char.	lxvii.
De bullis plumbatorum p uicecancellarium frangendis	char.	lxvii.
Officium missę Apostolica sede uacante	char.	lxvii.

CAPITA SECVNDI LIBRI

SECTIO PRIMA

De prima Dominica aduentus Domini.	char.	lxix.
Ordo seruandus quando cantatur missa ordinaria cora Papa per prelatum	char.	lxix.
De prima Dominica aduentus Papa absente	char.	lxxii.
De missa papali in dominicis aduentus	char.	lxxiii.
De secunda Dominica aduentus	char.	lxxiii.
De tertia Dominica aduentus	char.	lxxiii.
De quarta Dominica aduentus	char.	lxxiii.

TABVLA

De uigilia Natiuitatis Christi	char.	lxxiii.
De uesperis uigilię natiuitatis Christi potifice in crastinum celebraturo	char.	lxxiii.
De publica compositione, siue collatione potus in aula a priefcis uocitatus	char.	lxxv.
De matutinis natiuitatis Christi Papa presentente	char.	lxxvi.
De ordine cantantium lectiones	char.	lxxviii.
De laudibus, & missa in Aurora	char.	lxxviii.
De missa maiori Papa personaliter celebrante	char.	lxxviii.
De traditione ensis, & pilei, cuius benedictionem require supra in prima parte	char.	lxxix.
De uesperis in uigilia natiuitatis Christi Papa in crastinum non celebraturo	char.	lxxxv.
De missa in die Natiuitatis Christi Papa presentente non celebrante	char.	lxxxv.
De uesperis uigilię natiuitatis Christi Papa absente	cha.	lxxxvi.
De prima missa natiuitatis Christi Papa absente	cha.	lxxxvii.
Si Papa in nocte natiuitatis Christi personaliter celebrat	cha.	lxxxvii.
De laudibus, & secunda missa Papa absente	cha.	lxxxvii.
De tertia missa in die natiuitatis Christi Papa absente	cha.	lxxxvii.
De die Sancti Stephani	cha.	lxxxviii.
De festo Sancti Ioannis Euangeliste	cha.	lxxxviii.
De uigilia Circumcisionis, & eius festo	cha.	lxxxviii.
De uigilia Epiphanię Domini	cha.	lxxxviii.
De festo purificationis Beatę Marię uirginis	cha.	lxxxviii.
Ordo distribuendi candelas	char.	xc.
De die cinerum	char.	xc.
De officio diei cinerum Papa absente	char.	xcii.
Si Papa in die cinerum celebrabit	char.	xcii.
De prima Dominica quadragesimę	char.	xciii.
De secunda Dominica quadragesimę	char.	xciii.
De tertia Dominica quadragesimę	char.	xciii.
De quarta Dominica quadragesimę, quę dicitur Letare, siue de Rosa	char.	xciii.
De quinta Dominica quadragesimę	char.	xciii.
De sexta Dominica quadragesimę in palmis Papa pñte	char.	xciii.
De officio Dominicę palmarum Papa celebrante	char.	xcv.
De officio Dominicę palmarum Papa absente	char.	xcv.
De matutinis tenebrarum quartę Ferię maioris hebdomadę Papa presentente	char.	xcvi.



TABVLA

De matutinis tenebrarum quartæ feriæ maioris hebdomadæ de Papa absente	char.	xcvii.
De quinta feria maioris hebdomadæ, quæ cæna Domini dicitur Papa præfente	char.	xcvii.
De processibus, qui fiunt per papam	char.	xcviii.
De mandato faciendo	char.	xcviii.
De officio in cæna Domini Papa celebrante	char.	xcix.
De officio diei Iouis Sanctæ Papa absente	char.	c.
De lotionem pedum tredecim pauperum Papa absente	char.	c.
Quando Papa processibus tantum interesse uolet, & publicam indulgentiam populo dare	char.	c.
De sexta Feria maioris hebdomadæ Papa præfente	char.	c.
De matutinis tenebrarum quintæ, & sextæ feriæ maioris hebdomadæ	char.	ciii.
De indulgentia danda populo	char.	ciii.
De officio diei ueneris Papa celebrante	char.	ciii.
Quod Papa hac die non sedet in sede in camera	char.	cv.
De officio Veneris Sancti papa absente	char.	cv.
De sabbato Sancto Papa præfente	char.	cvi.
De habitu Papæ	char.	cvii.
De sabbato Sancto Papa absente	char.	cvii.
De sabbato Sancto Papa celebrante	char.	cvii.

SECTIO SECVNDA

De festo Resurrectionis Domini Papa celebrante,	char.	cix.
De communione Imperatoris, aut Regis	char.	cx.
De festo paschatis Papa non celebrante	char.	cx.
De secunda Feria post pascha	char.	cx.
De tertia Feria post pascha	char.	cx.
De sabbato in albis, cum dantur Agnus Dei	char.	cx.
De eodem die quando non fit Agnus Dei	char.	cx.
De festo annuntiationis Beatæ Mariæ uirginis, & uesperis palibus in quadragesima	char.	cx.
De festo Sancti Marci	char.	cxii.
De uigilia, & festo ascensionis Domini	char.	cxii.
De uigilia pentecostes, & mutatione capparum	char.	cxii.
De die pentecostes	char.	cxii.
De uigilia, & festo Sanctæ Trinitatis	char.	cxii.
De uigilia corporis Christi	char.	cxii.
De festo corporis Christi Papa præfente	char.	cxiii.

TABVLA

De supplicatione huius diei Papa absente	char.	cxiii.
De uigilia, & festo Sancti Ioannis Baptiste	char.	cxiii.
De uigilia, & festo Apostolorum Petri, & Pauli	char.	cxiii.
De festo uisitacionis Beatæ Mariæ uirginis	char.	cxiii.
De uigilia, & festo assumptionis Beatæ Mariæ uirginis	char.	cxiii.
De uigilia, & festo natiuitatis Beatæ Mariæ uirginis	char.	cxiii.
De uigilia omnium sanctorum, & mutacione capparum	char.	cxiii.
De festo omnium Sanctorum	char.	cxiii.
In uesperis, & matutinis defunctorum Papa præfente	char.	cxiii.
De uesperis, & matutinis mortuorum Papa absente	char.	cxv.
De commemoratione animarum Papa præfente	char.	cxvi.
Quando Pontifex nollet absoluere	char.	cxvi.
De commemoracione omnium fidelium defunctorum Papa absente	char.	cxvii.
De uigilia, & festo dedicationis Basilicæ Saluatoris	char.	cxvii.
De uigilia, & festo dedicationis Basilicæ principis Apolorum	char.	cxvii.
De anniuersario pontificis proxime defuncti	char.	cxvii.
De Annuersario Assumptionis summi pontificis	char.	cxviii.
De Annuersario coronationis summi pontificis	char.	cxviii.
De Annuersario generali omnium summorum pontificum, & cardinalium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ defunctorum	char.	cxviii.
De missa, quæ pro animabus Imperatoris, Cardinalium, & Regum nouiter defunctorum in capella dici consueuit	char.	cxviii.

CAPITA TERTII LIBRI

SECTIO PRIMA

De Reuerentiis, & primo de reuerentia altaris	char.	cxix.
Quod Pontifex Romanus nemini reuerentiam facit	char.	cxix.
De Reuerentiis, quæ Romano pontifici exhibentur	char.	cxix.
De solenni reuerentia cardinalium quomodo, & quando fiat	char.	cxix.
De Reuerentia cardinalium ordinaria erga pontificem	char.	cxxi.
De Reuerentia cardinalium inter se	char.	cxxi.
Quando assurgunt cardinales, & prælati in capella	char.	cxxi.
De Reuerentia cardinalis, quomodo uenit officio iam inchoato	char.	cxxi.
De Reuerentia erga cardinales	char.	cxxi.
De Reuerentiis, quæ fiunt cardinali diuina celebranti	char.	cxxi.
De bulla pro celebrando super altare Sancti Petri	char.	cxxi.
De Reuerentiis, quæ priuatim fiunt cardinalibus	char.	cxvii.
De Reuerentia Episcoporum erga cardinales	char.	cxvii.
De Reuerentia, quæ fit Episcopo celebranti	char.	cxvii.



TABVLA  
SECTIO SECVNDA

De ordine sedendi in capella	char. cxxii.
De illis qui stant	char. cxxiii.
De seruiantibus armorum	char. cxxiiii.
De clericis cerimoniarum	char. cxxiiii.
De Cardinali assistenti Pontifici in diuinis	char. cxxiiii.
Quando Episcopus Cardinalis assistit Papę celebranti, & de diebus sup- plicationum	char. cxxv.
Quę psbyter Cardinalis assistit Papę celebranti	char. cxxv.
De assistentia in uesperis cum paramentis	char. cxxvi.
De assistentia in missa cum paramentis.	char. cxxv.
De assistentia Cardinalis sine paramētis in uesperis.	char. cxxvi.
De assistentia in missa sine paramentis	char. cxxvii.
Quo cardinalis assistens seruit in sua assistentia	char. cxxvii.
Quod Papę debent osculari manus, cum aliquid traditur, siue ab eo ac- cipitur	char. cxxvii.
De assistētia diaconorum Cardinalium, & quomodo Papa paratur in ca- mera ordinarię	ch. cxxviii.
De officio Cardinalis diaconi euāgelium lecturi	ch. cxxviii.
De supplēdis uicibus Cardialiu i assistētia Papę deficiētū	char. cxxxi.
De officio assistentiū nō Cardinalium, S.D.N. Papę	char. cxxxi.
De officio Sacristę	char. cxxxii.
De officio protonotariorum	cha. cxxxiii.
De seruitio Subdiaconi Apostolici	cha. cxxxiii.
De auditoribus	cha. cxxxiii.
De Magistro sacri palatii	cha. cxxxiiii.
De Clericis camerę	cha. cxxxiiii.
De Acoluthis	cha. cxxxiiii.
De cubiculariis secretis	cha. cxxxiiii.
De Secretariis, & aduocatis	cha. cxxxiiii.

SECTIO TERTIA

De habitu oīum tā celebrante Pontifice, q̄ non celebrāte	cha. cxxxiiii.
Vbi, & quando capiunt paramenta	cha. cxxxiiii.
De auditore, & correctore	char. cxxxv.
De habitu Papę	char. cxxxv.
De habitu Cardinalium	char. cxxxv.
De habitu prælatorum	char. cxxxv.
De habitu Cardinalium & prælatorum Religiosorum	char. cxxxv.

TABVLA

De habitu sermonem habituri.	char. cxxxv.
De circulis Cardinalium, qui fiunt ante Papam.	char. cxxxvi.

SECTIO QVARTA

De hñtibus sermonē in capella papę, & primo de Papa.	char. cxxxvi.
De Cardinalibus,	char. cxxxvi.

SECTIO QVINTA

De quibusdā extraordinariis, & regulis generalibus, & pri- mo de auditore, & correctore.	cha. cxxxvii.
De incensatione altaris, & aliorum ordinarię.	cha. cxxxvii.
De ordine dandi pacem inter missarum solennia.	cha. cxxxviii.
Quando Papa lauat manus ante missarum solennia, & acti- bus publicis.	char. cxxxix.
De luminaribus in capella papę, & sacris imaginibus su- per altare.	char. cxl.
De ministris celebrantium.	char. cxl.
De Euangelio, & Epistola gręce legendis.	char. cxl.
De genu flexionibus in capella.	char. cxl.
De mitris, & Tiara cum triplici corona, quibus Papa utit̄.	char. cxl.
De processibus generalibus.	char. cxli.
Quibus diebus uocantur Cardinales ad capellam Papę, & quibus fit sermo, uel non fit sermo. & quando fiunt Ve- spere, aut supplicatio.	char. cxli.
Dies in quibus nostro tēpore Papa, aut cardinales celebrāt.	char. cxlii.
Quibus diebus Pontifices Romani consueuerunt a consi- torio secreto cessare.	char. cxlii.

SANCTISSIMO D. NOSTRO DOMINO LEO  
NI. X. PONT. MAXIMO CHRIST. MAR. ELE-  
CTVS ARCHIEPISCOPVS CORCIREN.  
FOELICITATEM.

u Etustissimam Sacrarum Cerimoniarum Obseruationem  
Beatif. Pater, & una cum ipsa Religione ortam esse con-  
spicuum est. Velut. n. hæc mortalibus semper optima, ac  
summo opere necessaria extitit, utpote: qua Deos immorta-  
les suspicerent, admirarentur, & colerent, ita sine debito  
Cerimoniarum ornatu incultra est, informis, ac omni pulchritudine ua-  
cua. Placet recognitio Principi. Beneuolentia placet. At multo magis gra-  
tum obsequium, si & gestuum ueneratione, & compositione uerborum,  
& munerum blandimentis afficiatur. Sedet in sublimi solio Rex omnium  
optimus, circumstant Diuine mentes, quæ certatim se illi gratas reddunt,  
diuersis agitationibus Cæli mouentur. Coeunt partim, partim dissen-  
tiunt Elementa. Quod suum est agunt alia, & pro temporis uarietate mu-  
tantur. Summa denique consensione, disparibus tamen officiis sibi ipsi con-  
sonat, suoque principio obsequitur uniuersum. Quare mortales quoque, quos  
cum Diis mercaturam quandam exercere Plato commemorat, Et præci-  
pue nos, qui supremi illius splendoris facti sumus diuina uoluntate parti-  
cipes candidissime Pietati, purissimisque Sacrificiis delectum cerimonia-  
rum iniunximus. Quem pia hæc editio tuo dicata nomini continet, Quæ  
post tot annos sub tanto Principe in lucem prodisse letatur. Vbi non Del-  
phica Oracula, neque Thamiræ, aut Orphei Hymnos, quibus se adeo ia-  
ctauit Græcia, non Sybillinos affatus, aut uanam Hebræorum supersti-  
tionem, non mutabilem Caldeorum ignem, neque Ægyptiorum Serapim,  
aut Persarum solem inuenies: Sed Diuini Numinis deductionem, preces  
castissimas Cælestis Patriæ speciem, Sacratissimos ritus, Archana præfi-  
gurata misteria. Quid. n. aliud Pontificum electio, Conciliorum norma,  
Diuorum adscriptio, Cardinalium allectio, Pontificalis pompa, admissio  
principum, aliorumque sacrorum usus, quæ in unum totius uniuersi Principem sum-  
mum consensum, Dei prouidentiam, potestatem, splendorem, Imperium,  
liberalitatem ostendunt: Nobis certe hoc in Diogenis fano constitutis me-  
lius, quam per has Cerimonias, quibus adeo celebratur Roma, tuaque autho-  
ritas colitur, Diuina omnia illucere non possent. Hanc itaque lucubratio-  
nem accipe Sacratissime Pontifex, Quæ tantis auspiciis sub tuo Augu-  
stissimo Principatu in uulgari promeruit. Hanc inquam accipe, letoque  
animo amplectere, quæ tam pro sui ipsius Dignitate, quam pro tui Amplitudi-  
ne gratissima quidem omnibus futura sit, Et plurimum iocunditatis per-  
petuis temporibus Allatura.



SACRARVM CERIMONIA RV M ROMANAE ECCLESIAE  
LIBER PRIMVS.

DE LOCO CONCLAVIS PRIMVM DELIGENDO  
SECTIO PRIMA.

s ACRAS Apostolicæ Sedis, Romanique Pontificis Ce-  
rimonias, ritus, & obseruationes quibus Summi Ponti-  
fices uti consueuerunt, collecturi congruum arbitramur  
ab ipsa Romani Antistitis electione inchoare, Si prius  
locum, in quo electio ipsa celebranda est, describerimus.  
Et quamuis Romani Pontificis electio, ubicunque Pon-  
tifex decesserit, ex Gregorii decimi, Clementis quinti decretis, & insti-  
tutis celebrari debeat, tamen quia frequenter Romæ: ubi plerumque agit:  
& auditores causarum Pontifice absente relinqui consueuerunt, & in pala-  
tio apostolico apud Sanctum Petrum haberi solet, ut pote in peculiari, &  
propria sede. locum conclauis. (Ita enim hodie appellatur, ubi patres pro  
electione includuntur) in ipso Apostolico Palatio designabimus. Is lo-  
cus continet aulas superiores duas, siue tres. & Sacella duo. & ita Unde  
que firmis repagulis, muroque clauditur, ut ostia nulla. fenestram nullam nisi al-  
tissime. exitus nullus. Introitus tantum unus superfit.



## SACRARVM CERIMONiarVM DESCRIPTIO ROMANI CONCLAVIS

Dum igitur Pontifici defuncto iusta peraguntur, Camerarius Sactę Romanę Ecclesię, & qui camere p̄sunt, curam instruendi, ornandiq; conclavis diligenter gerant: ad quem ascensum, aditumq; unum tantum dimittant, qua ad Sactum Petrum per ianuam in principio primę aule meridiam uersus descēditur. In ipsa prima aula, quę Regia appellatur, eo q̄ ibi publica consistoria p̄ Regibus, Regiisq; legatis suscipiēdis celebrari solent. fenestrę portęq; oēs muro, calceq; firmetur, p̄ter illas, quibus ad sacella & ad secūdā aulam itur. Porta prima in principio aule ferreis uectibus & ferris quatuor muniatur. In medio porticulum habeat, quo esculenta, & poculenta clausis patribus ministrentur. in angulo ad sinistrā intrāti camerula aperiatur pro latrinis: quę nullum exitum, nullamq; habeant fenestram. in ea sedulo ardeant lampades, ibiq; cerimoniarū ministri dormiant. In sacello, siue capella minori ad dextram, quę diuo Nicolao dicata est, conueniant patres ad diuina peragēda, & ad electionem celebrandam. in maiori capella ad sinistrā parentur cellule p̄ patribus tot, quot sunt numero Cardinales electioni intersuturi. in capite huius capelle ad sinistrā intrāti camere sunt, in quibus sacrista palatii Apostolici habitat. harū prima pars quę latrinas habet, pro cōclauis reueretur, cętera oīa muro claudātur ita, ut tenebrosa fiat pars illa. Et ideo ut de prima camerula diximus, lampadibus accensis cōtinue illustret. Cellule in ipsa capella maiori hinc inde cōstituātur nō muro, aut materia distinctę, sed cortinis lineis, aut laneis tenuioribus separatę. Erigūtur nāq; ipse cellule trigonis quaternis a superiore parte, a quibus cortinę depēdent, firmāturq; ipsa tigna aliis lignis trāsueris ita, ut locus nō maculetur, & inter cellulā & cellulā spatium dimittitur palmi uel circa. famuli Cardinaliū, ut primū distributio cellularū facta est, illas ornare properēt, quę per lras alphabeti signātur. Inde nō ordine sed sorte patribus distribuātur pridie, quā ingrediātur cōclauis: ut cortinis lectis & opportuna suppellectili in tpe possint ornari. locus ipse cōclauis ita undiq; claudēdus, ac muniēdus est, ut aditū nullū nisi unum tm̄ (ut diximus) habeat, nemoq; inclusos alloqui uidere, seu quippiam ad eos clam mittere queat. Sed aduertēdū est maxime ne supra aut infra: siue a lateribus habitatiōnū conclauis ire, stare, habitare uel quispiam possit, ne uoce, signo, sono, aut aliquo alio ingenio per scrutari quę intus fiunt, ualeat. Interea patres crebro cōueniant uel in sacristia ecclesię, ubi exequię defuncti Pontificis celebrātur: finita missa, uel in domo Domini Camerarii (si ea est idonea, & si is est ex numero Cardinalium). Nam & extra collegiū potest esse Camerarius. Administratio enim temporalium: & urbis, ac Romanę curię gubernatio, uacante sede ad sacrum Collegium, & p̄cipue ad ipsum Camerarium spectat, &

## LIBER PRIMVS VII

ideo apud nullum alium Cardinalem, sed apud cum tātum, aut apud aliquam eđem sacram (si magis id libet) conuenire solent. Inter alia ibi constituantur quadruplices custodes futuri conclauis. Primę portę palatii custodia alicui magno prelato, uel nobili potenti, ut primum obiit Pontifex, cōmittitur, qui armata cohorte die noctuq; palatium, patresq; tueatur. cui ducenti, siue trecenti pedites assignantur. Secunda custodia est in prima porta, qua ad locum cōclauis ascenditur. Et hęc demandatur conseruatoribus, & capitibus Regionum urbis: qui adiunctis sibi aliquibus nobilibus ciuibus portam ipsam custodiant. Tertia custodia in secūda porta aliquanto superius demandari solet oratoribus laicis, siue nō prelati Regū, aut principum, aut etiam aliquibus magnis, & potētibus p̄ceribus numero ad id idoneo. Quarta autem custodia, quę est in ipso aditu unico conclauis cōmitti consueuit Prelatis dignioribus Romanę curię sex aut octo, siue sint oratores, siue nō, & si cōmode fieri potest, & alioquin idonei censeantur curandum, ut ex diuersis nationibus eligātur, ut omnium studiis tractetur, quod ad omnes pertinet. Sed hęc omnia quoad custodiarum distinctionem, & custodum numerū, & qualitātē in arbitrio sunt Sacri Senatus, qui p̄ tēporis & loci cōmoditate, & cōditiōe oportune prouidere cōsueuit. Custodes primę portę palatii cū armatis, ut primum obiit Pōtifex, locum seruant. alii uero cum patres intrāt cōclauis. Et hęc quidem porta quatuor, ut diximus, ferris munitur, extra una, supra porticulum duabus, infra porticulum ipsum etiam una. Et similiter inferiore parte idem porticulum una: custodes ipsius loci clauis duas portę, & clauem porticuli retinent clerici cerimoniarum: aliam portę clauē & clauem porticuli interioris: ita ut neq; porta, neq; porticulum aperiiri possit sine cōsensu illorū, qui sunt itus, & qui sunt extra. Aule siue due sint siue tres, reseruātur p̄ deambulatiōe patrū. Et in una ex eis remotiori scilicet aliquādo simul cōuenire ad ea statuenda, quę sunt p̄ter electionem Pontificis. Quāq; secundum sacrorum canonum cōstitutionē fas non sit patribus aliud tractare in conclauis, nisi de prouidēdo manifesto, & urgente periculo terris Ecclesię & de substituēdo p̄ tēpore penitentiario summo, & Camerario. S. R. Ecclesię, si iterea uacaret, nō ē tm̄ incōueniens & a maioribus nostris frequētatum est tractare aliqua, quę & si ipsum actum electionis p̄cise nō respiciant, tm̄ laudabile regimē futuri Pōtificis concernunt, & ipsius Pōtificis religiosam administrationē honestiori quodā uiculo tēperant. Ceterum si aliquando cōtingeret, ut alibi celebrāda esset Pōtificis electio: hinc esset sumēdum exēplum, & curandum in primis, ut locus ipse idoneus, & tutus, & fidei militum manu munitus sit: deinde ut aditus ad conclauis triplici custodia firmari possit, tum aulam quandam ita capacem habeat, ut in ea cellulę omnes pro Cardinalibus commode cōstituatur: Inde ut sacellum cōtineat pro re diuina, & electione celebrā



da, idoneum: demum aulas aliquas pro deambulatione, & latrinas ad partem: & ita claudendum est ipsum conclaue, ut nemo inclusos uidere, nemo eos alloqui, aut ad eos quippiam latenter transmittere, iacere uel lo modo queat. In eum locum supellex opportuna conuehenda est pro Cardinalibus & eorum famulis, esculenta & poculenta nulla, preter aqua & confectiones, & que ad medicinam pertinent. Que uero ad cibum & potum attinent, portantur uespere & mane singulis diebus. Descripta summarie loci in quo electio celebrari debet conuenienti forma, ad ipsam electionem deueniendum est: cuius modum & originem altius aliquantulum repetere non incongruit.

**C**Ordo eligendi Pontificis & ratio. Cap. II.

Vs itaque eligendi summi Pontificis a Christo domino derivatum est. Ipse enim Christus primum denominatione successorem instituit dicens Petro: pasce oues meas: Et ea ratione Petrus Clementem est nominauit: quod tamen ita creditur, si a Senatu ecclesie Romanorum admittetur. Senatus autem Romanorum ecclesie a Petro diuina inspiratione institutus est: cum quo omnia ardua ecclesie negocia explicaret. Ad quem referret, uidelicet collegium. xxiiii. Senatorum ex presbyteris & diaconibus Romanorum urbis instar. xxiiii. seniorum quos agnus dei Christus Saluator in Apocalypsi Ioannis astantes habere perhibetur. Hos enim Petrus loco assistentium apostolorum post eorum per orbem diuisionem elegerat & designarat, ac consiliarios Romanorum ecclesie coadiutoresque, atque Romanorum Pontificis electores instituit. cognoscetes igitur hominum denominationis formam grauius in futurum ecclesie posse nocere. Senatores non Clementem acceperunt, sed Linum elegerunt: & illum post Petrum pontificatum Romano preesse uoluerunt: quis deinde Clemens decedentibus Lino, & Cleto ab ipso Senatu electus fuerit. Hic autem mos post Petrum longo tempore fuit obseruatus: ut uidelicet Senatores Romanorum ecclesie summum Pontificem eligerent: Ipsi autem Senatores, presbyteri scilicet & diacones urbis temporibus Syluestri primi Papae sunt appellati. S. R. E. Cardinales: principes uidelicet in ecclesia: qui postea tempore Innocentii Papae. iiii. quod ille in concilio Lugdunensi. cauit pro insigni aristocratie & maiestatis in ecclesia pileum rubrum suscipere Interea uero orientibus (ut assolet in rebus humanis) scandalis & scissuris inter eosdem Senatores reliquus clerus Romanus & populus ad presentiam solummodo exhibendam in electione Pontificis: & eius corroborationem adiunctus est, inde (ut plerumque fit) inducta uolentia aut aliter quomodocumque, alii etiam a Senatoribus ipsis ad ipsum actum & ius electionis actiue tantum ceperunt interuenire: licet passim priscis illis temporibus solis ipsis Senatoribus, i. presbyteris & diaconibus. S. R. E. ius electionis in summum pontificem conueniret prout patet ex concilio Stephani Papae: & habetur in

decretis. lxxix. di. oportebat cum duobus sequentibus capitibus. Vnde factis liquet a Petro de presbyteris & diaconibus. S. R. E. in summos pontifices eligendis, qui semper fuerunt senatores ecclesie: & hodie & Stephani temporibus cardinales nominati. Procedente autem tempore ad sedandas maiores contentiones & tumultus, qui ob eam rem sepe oriebantur, Romani imperatores manus ita apposuerunt: ut nemo in pontificem canonice electus diceretur, nisi principis decreto esset confirmatus. Liberata post hec tempora Italia: ac Romana ecclesia a longobardorum durissimo iugo crepta: Hadrianus primus, ut. lxxiii. di. c. Hadrianus, siue Leo. iiii. ut alii uolunt, Romanum imperium ex Graecis in Germanos transtulit: Carolusque magnus Augustus declarauit: cui electionem Romani pontificis, & ius ordinandi Romanam ecclesiam concessit. Nec multo post Leo octauus imperium Othoni alemanorum regi ex saxonum profapia primo confirmauit. lxxiii. di. in synodo. Sed postea pietissimi Imperatores: qui experientia didicissent aliis forsitan non ita piis principibus succedentibus hominum auctoritatem Romanam ecclesiam & reipublicam christianam perniciosam fore: presertim quoniam Romanus pontifex a Christo institutus est: ut impatoris, & omnes oues pasceret, purgaret, atque spiritualiter iudicaret, illa se potestate abdicauit: iusque integrum ad senatum ecclesie & Romanum clerum: & populum rediit. Ludouico presertim Imperatore statuente atque uolente. lxxiii. di. Ego ludouicus. ex quo pueri Romani pontificis suprema monarchia satius ostendenda ad id res deducta est, ut Gregorius quintus Othone. iiii. consentiente imperatores de cetero a nonnullis principibus spiritualibus, & secularibus fore eligendos sanxerit: & sic ad summum pontificem dei uices gerentem in terris tanquam ad eum, per quem reges regnant, supremum christianam monarchie principem Romani imperii moderationem pertinere significauerit. Verum cum uariis, contrariisque uulgi seditionibus, atque studiis, & aliquando principum uolentia in electione pontificis creberrimi tumultus, contentiones, rixae, atque et cruentissime pugnae committerentur: sepeque altero per uim deiecto alter cathedram occuparet: res Romanam ecclesiam in maximam perniciem deuenerat. Nam paruo annorum interuallo decem diuersorum meritorum uiri Petri sedem tenuerunt. Benedictus nonus, Syluester tertius, Gregorius sextus, Clemens secundus, Damasus inter secundus, Leo nonus, Victor et secundus, Stephanus nonus, Benedictus decimus: cuius successor Nicolaus secundus pontifex maxime prudentie & sanctitatis, ut tantis malis obuiaret anno salutis. Quinquagesimo primo supra annum Millesimum in concilio Lateranensi sacra legem de electione Romani pontificis per sacrum senatum sacro sancte romanam ecclesiam cardinalium peragenda esse: quam deinde in concilio seneensi. Alexander tertius, & in Lugdunensi. Gregorius decimus, ac Viennensi. Clemens quintus confirmauerunt: cuiusquidem legis obseruatio applicata sedem ex maxima calamitate liberauit. Deinde ut schismata tollerentur Alexander tertius in concilio generali statuit ut ille



## SACRARVM CERIMONiarVM

le demū canonice electus conferetur, in quē duę collegii partes consensif-  
sent. sed uetuit Symachus cuius licere Pōtifice adhuc sup̄siste uerbo scri-  
pto: uel p̄missionibus iuramēto: aut aliquo alio mō agere de successore:  
transgressores dignitate & cōione priuans accusantesq; & conscios im-  
punitate, ac p̄mio afficiendos censens. Nicolaus insuper p̄fatus uo-  
luit. Romani Pontificis electionem cum deliberatione p̄decessoris fie-  
ri debere. Post hęc autem ne diuine uacationis incommodis Romana  
Ecclesia premeretur, neue patres uariis ambientium studiis corrumpi pos-  
sent Gregorius p̄libatus eius nominis decimus in concilio Lugdunē  
statuit Romano Pontifice uita functo Cardinales p̄ntes decem tantū di-  
es absentes expectare debere, moxq; cum illis qui adessent locum cōcla-  
uis in urbe, in qua Pontifex cum sua cura residebat, simul ingredi: cū uno  
tantum ministro: uel si patens necessitas fuerit cum duobus. Conclauē ip-  
sum nullo pariete aut uelamine separandum: in cōi habitandum, ita clau-  
dendum: ut nullus postq̄ cōuenerit, egredi queat: Neminem ad colloqui-  
um admittendum: nisi forte re urgente: & uniuerso collegio approbatum  
& a nemine nuncios, siue literas accipiendas. fenestram siue porticulum  
unum tantum dimittendum, quo subministrari possint, quę ad uitam per-  
tinent. Si uero postq̄ patres intrauerint, intra tres dies electionem non p̄-  
fecerint: per quinque sequentes dies tam in prandio q̄ in cena uno tantum  
ferculo contentos esse oportere. quibus elapsis, si adhuc concordēs non  
fuerint: panis t̄m uinum & aqua illis administrantur quoad Pōtificem ri-  
te eligant. Interim uero nihil de camera Apostolica a patribus p̄cipiēdū  
nihil aliud omnino agendum, nisi cōi consensu aliquid pro patrimonio  
ecclesie necessario sit prouidendum. Siquis ex patribus ob aduersam ua-  
litudinem egressus est, aut de nouo adueniens ingredi uoluerit re adhuc in-  
tegra admittendum ea conditione: ut eo utatur quo alii patres tunc utū-  
tur. Si extra locum suę curię Pontifex decesserit: cōueniāt cardinales in  
ciuitate illius territorii ubi decessit in palatio ep̄ali, uel alio condecēti  
loco, & omnia seruēt quę superius sunt dicta. Statuit & alia pleraq; Gre-  
gorius: quę ad dños cōclauis & patrum tutelam ac securitatem pertinet  
hortatur patres ad electionem rite faciendam pro dei honore & publica  
utilitate, & p̄actiones iuramenta obligationesq; omnes pro ea re factas  
dānat atq; irritat. Hoc Gregorii decretū Clemens confirmans declarat  
illudq; per sanctę romanę ecclie cardinales uacāte sede nullo modo imu-  
tari posse: nec licere cardinalibus quicq̄ potestatis, aut iurisdictionis pon-  
tificialis tunc exercere, nisi officio camerarii & maioris p̄nitentiarii si  
forte per id tēpus uacaret pro tempore prouidere. Pro territorio autē dio-  
cesim intelligi uoluit hac additione, qđ si audiētia carum & l̄rarum apli-  
carum in aliquo certo loco Pōtifice moriēte remanserit: electionē ibi nō  
autem ubi papa decesserit, esse celebrandam nisi prius per papam statu-

## LIBER PRIMVS III

tum fuisset de curia transferenda. Item si electione non completa patres  
de cōclauē simul, uel successiue exierint, cōpellendos esse a dñis, seu magi-  
stratibus locorum rursus ad conclauē redire: & opus perficere. Demum  
absoluit omnes cardinales ad effectum electionis ab omnibus cēsuris, &  
p̄nis. Extat & decretum Clementis sexti circa annū salutis quadragesi-  
mum supra Mille & trecentos editum: per quod superiora statuta limitā-  
tur. Quod quia ultimum est & in sacrorum canonum codicibus non ad-  
huc descriptum de uerbo ad uerbum duximus inferendum.

Clemens &c. ad perpetuam rei memoriam. Licet in cōstitutione a fe-  
re. Gregorio papa. x. p̄decessore nostro super electione Romani ponti-  
ficis edita in concilio Lugdunē. inter cętera caueatur expresse, qđ si cū-  
dem pōtificem in ciuitate, qua cum sua curia residebat, diem claudere cō-  
tingat extremum, cardinales in palatio, in quo idem pontifex habitat,  
omnes conueniant, & in eo singuli singulis, nisi illi, quibus ex patenti ne-  
cessitate duo permittuntur, sint contenti seruiantibus clericis, uel laicis,  
prout elegerint: unum cōclauē nullo intermedio pariete: uel alio uelami-  
ne habitent in communi. Et qđ diebus certis non facta prouisione de pa-  
store decursis: panis, uinum, & aqua tantū modo eisdem Cardinalibus do-  
nec subsequatur prouisio administrantur: Quia tamen sicut frequenti mul-  
torum assertionē & in cardinalatu constituti percipimus: nonnulli ex car-  
dinalibus ipsis in obseruatione constitutionis ipsius grauati nimium ex-  
titerunt: multiq; ex ipsis duos in dicto conclauē habuerunt seruitores nō  
absq; scrupulo conscientię p̄pter ambiguitatem dictorum uerborum,  
uidelicet ex patenti necessitate duo permittantur in dicta cōstitutione  
ut p̄mittitur contentorum: Nos prouidere super his cupientes: ex his  
& aliis certis causis rationabilibus, quę ad id nostrum animum induxe-  
runt rigorem constitutionis ipsius, & ad fratrum nostrorum supplicatio-  
nem in hoc prouidimus temperandum. Statuentes qđ cardinales post-  
q̄ conclauē huiusmodi: seu clausuram pro dicta electione celebranda in-  
trauerint singuli duos seruitores tantum clericos: uel laicos prout duxe-  
rint eligēdos, ac insuper singulis diebus p̄ter panem uinum: & aquam  
in prandio, & in cena unum dumtaxat ferculum carniū unius speciei tā-  
tummodo, aut piscium, seu ouorum cum uno potagio de carnibus, uel pi-  
scibus principaliter non confecto & decēti salsamentis habere ualeant  
ultra carnes salitas: & herbas crudas: ac caseum, fructus, siue electuaria.  
Ex quibus tamen nullum specialiter ferculum conficiatur, nisi ad condi-  
mentum fieret uel saporem. nullus uero eorū de alterius ferculo uesci pos-  
sit, liceat etiam eis ex decētia honestatis habere in clausura huiusmodi,  
cū in lectis quiescendi causa: uel dormiendi esse uoluerint, intermedia seu  
uelamina simplicium tantummodo cortinarū. & se. me. Clementis pape  
quinti p̄decessoris nostri, & aliis cōstitutiōibus apli-  
cis cōtrariis: quibus



## SACRARVM CERIMONIA RV M

propter hoc in alijs derogari nolumus non obstantibus quibuscunq;. Nul-  
li ergo &c. Datum Auinioni. VIII. idus Decembris, anno. X.

Exhortatio ut reuideantur maiorum decreta super electione.

HAEC pauca ex decretis sanctorum patrum libauimus p ingenii no-  
stri imbecillitate. Sed hortamur Reuerendissimos. D. Cardinales ut cum  
electionis negocium iminebit secundum Hostiensis in sua lectura consi-  
lium: diligenter reuideant pontificum & conciliorum statuta de electio-  
ne Romani Pontificis edita & doctorum super ea re interpretatiões. Et  
quoniam res e maxime ardua, indigetq; magna discussione, fiet fortassis  
super hac re specialis tractatus. Exequi igit defuncti pontificis per no-  
uem dies completis, & conclaui opportuno preparato: decima die pa-  
tres cōueniunt in basilica Sancti Petri, uel alibi pro temporis, & loci op-  
portunitate: ubi per unum ex eis missa de spiritu sancto celebratur, & in  
fine per aliquem prelatum seu aliū doctum uirū habeatur sermo, in quo  
moneantur patres ut sepositis omnibus priuatis affectibus deum tātum  
pre oculis habētes Sanctę Romanę & uniuersali ecclesię de pastore ido-  
neo prouidere curent. Estq; admodum conueniens ut decreta summorū  
pontificum pro electione huiusmodi statuta ab ipso oratore summam  
repetantur: & reducātur ad memoriam dominorum cardinalium. Redi-  
uina peracta si placet patribus tunc intrare cōclauē, clericus cerimonia-  
rum capiat crucem papalem, & procedat: quē Cardinales sequantur, Epī-  
scopi, Presbyteri, Diaconi, Crucem precedunt familiares cardinalium  
laici, & immediate cantores cantantes hymnum Veni creator spiritus,  
Et in conclaui apud altare prior cardinalium dicit orationem. Deus qui  
corda fidelium. post cardinales sequuntur prelati, & alii curiales clerici.  
Cardinales erunt cum suis cappis obscuris. Si uero uolūt differre introi-  
tum ad uesperam, conueniant de hora, & uadant domum ad prādiū, ubi  
hora cōgrua fuerit anteq; discedant, si prius hoc non fecerint: qđ facere  
conuenit: si post missam sunt ingressuri conclauē, conuocent familiam  
suam unusquisq; moneant hortentur omnes primum ad orandum clemē-  
tissimum deum, ut patribus inspiret ea circa electionem futuri pōtificis  
agere: quę suę placita sunt uoluntati & saluti sanctę Romanę ecclesię, at  
q; uniuersę reipublicę christianę profutura. Tum ut domum die noctuq;  
bene custodiant. magistro domus obediant: pacifice & quiete inter se ui-  
uant, & per urbem non multum uageantur. Noctu autem domi se omni-  
no contineant: Deinde hora prescripta in nomine domini uadant ad ba-  
silicam sancti Petri, si Romę & in palatio apostolico sit cōclauē. Sin ali-  
bi ad ecclesiam conclaui proximam: & ualde honestum immo necessariū  
uidetur, ut anteq; conclauē ingrediātur, patres omnes deo se reconci-  
liant, confiteantur peccata sua, & qui non sunt celebraturi communi-  
cent, ut sint capaces gratię spiritus sancti in tanta re peragenda admo-

## LIBER PRIMVS

V

dum necessarię. Postq; uero omnes conuenerint, ascendant simul ad con-  
clauē. Et quum ad altare conclauis conuenerint, prior episcoporum car-  
dinalium omnibus alijs astantibus, & presente ac rogato aliquo notario  
exigat corporale iuramentū tactis sacris euāgelijs a custodibus cōclauis,  
& a secūdis, ac tertijs custodibusq; fideles & diligētes erūt ad custodiēdū  
palatiū & cōclauē. Reuerē. D. Cardinaliū, neq; pmittēt Reuerendissimos  
D. Cardinales ullo modo grauari ultra constitutiones sanctorum Patrū  
de electione Romani Pontificis statuētes, & maxime Clemētis pape sex-  
ti, quas quantum ad eos pertinet, omni studio & integritate seruabūt, &  
ab alijs pro uiribus facient obseruari. Quarti uero custodes idest portę  
ultimę introitus conclauis preter hęc iurabunt, qđ non permittent ali-  
quem appropinquare ad portam cōclauis, aut loqui, siue literas dare ali-  
quomodo illis, qui sunt intus, nisi de expresso consensu totius collegii, &  
scripta, quę ad collegium pertinerent. Item qđ perscrutabuntur cibaria  
& uasa, quę intrōmittētur omni solertia & fide introspicendo epulas, &  
fercula, ne forsan laterēt aliquę literę, uinum & aquā in uasis uitreis por-  
tari facient, & constitutiones prefatas integre obseruabunt. Tum exclu-  
sis omnibus alijs prior episcoporum cardinalium ipsos cardinales uer-  
bis conuenientibus hortabitur, ut uelint cogitare magnitudinem rei, de  
qua sunt tractaturi: qua nihil inter eos excellentius esse potest. Electuri  
enim sunt Iesu Christi uicarium, Petri successorem, pastore dominici gre-  
gis: aulę cęlestis clauigerum, & omnium christianorū principem debe-  
re illos memoria repetere formam, atq; rationem a sanctis patribus tra-  
ditas in electione seruanda: quas sine grauissima dei offensa & proprię sa-  
lutis discrimine pretermittere non possunt. Proinde dimissis omnibus  
animi affectibus: solum honorem dei: salutem rei publicę christianę: &  
Romanę ecclesię commodum ante oculos habeant, & talem eligere cu-  
rent: qui ecclesię dei preesse, & pdesse ualeat, & sciat. His peractis Reue-  
rendissimi. D. Cardinales ad cellulas quisq; suas diuertūt: & camerarius,  
aliiq; officiales camerę apostolicę omnes extra conclauē abire iubent: p-  
ter eos, quos remanere oportet: ut infra dicemus. Tum omnibus predi-  
ctis expulsis porta conclauis cum suo porticulo omnibus ferris clauda-  
tur intus & extra: assignenturq; clauēs duę clericis cerimoniarum in-  
terioribus, & tres prelati custodibus exterioribus. Deinde accensis fu-  
nalibus aliqui iussu patrum ad hoc deputati latebras angulosq; omnes  
conclauis diligenter scrutantur, ne quis extra ordinem inter clausos re-  
manere possit, in conclaui ordinarie si remanent omnes Reuerendissimi  
D. Cardinales, & unusquisq; illorū pro suo seruitio retinet duos seruien-  
tes tātū, si quis aut aduersa ualitudine premeretur conceditur sibi tertius  
minister ex consuetudine non ex constitutione. Præterea sacrista sacri pa-  
latii solus & duo clerici cerimoniarum. Seruitores Dñorum Cardinaliū



## SACRARVM CERIMONIA RV M

quisq; hero suo famulatur. Sacrista diuina celebrat in communi coram patribus, & uestes, ac paramenta futuri pontificis seruat, preparatq;. clerici cerimoniarum celebranti subministrant. subsellia pro dominis cardinalibus, ubi & quomodo illis placet pparant, & in cōi omnibus patribus seruiunt: consuevitq; aliis superioribus temporibus instrumentum de electione pontificis confici. Cum prandii, seu cenę tempore cibaria afferuntur, familię cardinalium cornutas (ita enim coffinos appellant, quibus illa portantur) usq; ad secundam custodiam deducit. Tum prefectus familię illius cardinalis cum duobus, qui cornutam portat, usq; ad ultimā custodiam accedunt. prelati custodes cornutam aperiant, ferula & omnia: que intus sunt diligenter perscrutantur, nequid literarum insit. Tū aperto extrinsecus porticulo intrinsecus aperiri per clericum cerimoniarum, uocariq; seruietes illius cardinalis, cuius cornuta est aduecta, iubet: illiq; cornutam cum cibis assignant & uinū quod est in uitreis phialis allatum. Seruitores, qui extra astant ad portā conclauis non accedunt: & qui intus sunt, a prelatis custodibus cornutas recipiunt, & qui primū uenerint, primum expediuntur. ante portam intus aliquantulum remote suspēditur cortina quedam, ne per porticulum cum aperitur, uideri possint, qui sint intus. Et hoc semper seruaturs cum cibaria portantur.

Primis tribus diebus ministrantibus patribus cibi libere pro eorum uolūtate, illis elapsis panis: uinum: & aqua cum uno ferculo tantum carniū: piscium: uel ouorū unius speciei cum balsamētis sapore: caseo: herbis crudis: & fructibus. Neq; secundum constitutionem Clementis licet alicui ex patribus de ferculo alterius uesci. Dum patres comedūt, aut aliquid aliud in cellulis agūt, cortinę anteriores & collaterales aperte semper esse debent, nisi cum in lecto inter diu siue noctu quiescunt. Cum autem collegialiter a patribus est aliquid agendum, utuntur croceis obscuris: & subtus paruo caputio supra rochettum. Est autem crocea genus chlamidis longę ad terram usq;: a parte anteriori aperta a summo ad imum circa collarē rugosa, in formam capparum prelatorum, si demas cuculum. quando autem sunt in cellis, aut per aulas deambulant, possunt esse in rochettis siue cum paruis matellis desuper ut magis placet. Cauēat diligēter patres, ne cum horas canonicas soli: uel cum alio legūt, seu quipiam aliud in cella agunt, molestiam aut impedimentum inferant. Et in primis ne conuenticula noctu agitent, neue ambiendo per cellulas, siue per aulas immoderate discurrant. Idq; multo magis curent seruietes, maxime: ne dum patres quiescunt, sursum & deorsum discurrendo strepitum faciant. Noctū locis oportunitis ardeant lampades, & assiduo in locis tenebrosis apud latrinas. Consueuerunt nostris temporibus patres anteq; ad electionem deueniant, statuere quedam communi consensu a futuro pontifice confirmanda, que postea singuli subscribūt, iuramētōq; astringūt

## LIBER PRIMVS

VI

se obseruatuos si ad Pontificatum assumantur. hęc ubi perfecērūt de electione agere incipiunt.

Que seruanda ne electio possit impugnari.

Sed aduertendum est per Reuerēdissimos. D. Cardinales, ut in electione seruent sanctorum patrum canonicas constitutiones. Nicolai secūdi sed Alexandri tertii. Gregorii decimi. Clemētis quinti, & sexti, & aliorū sique sunt, ne impugnari possit electio. Sciātq; tam episcopos, q̄ presbyteros, seu diacones cardinales equalem in eligendo potestatem habere, neq; fieri relatiōem meriti ad meritum: neq; zeli ad zelum: sed numeri ad numerum. Ita ut ille: qui a duabus partibus cardinalium cuiuscunq; ordinis sit rite electus sit: pro uero & indubitato pontifice habeatur, & cardinales nouos, ut primum creati, & publicati fuerint, eandem habere potestatem in electione nisi os fuerit eis clausum a Pontifice & non apertum ante mortem, quia tunc non haberent potestatem. sin autem nō fuisset eis os clausum integra permaneat potestas. Post mortem Innocētiū yi. in electiōe successoris, in qua fuit electus Urbanus quintus extra collegium, tunc abbas Sancti Germani Altifiodorēsis de Rocha: abbas Cluniacensis assumptus in Cardinalem per Innocētiū primo uenit ad curiam in die obitus dicti Innocētiū: & quāuis installatus non esset in consistorio nec haberet titulum, fuit admissus per alios cardinales ad conclauē electionis, ut alii Cardinales at̄ique: & ita duo ex cardinalibus antiquis ex cōmissione collegii causa cognita indicarunt esse faciendum, quia sola assumptio ad cardinalatum habet ius eligendi, & alia cardinalibus conueniētia, & propterea Papa in tempore clausit os nouis, quod prius erat apertum. Et quāuis Romanus Pontifex canonicē institutus nullo humano iudicio iudicari possit, nisi fiat hereticus, si tamen contra formam istarum constitutionum papatum sibi usurpauerit, tam ipse q̄ ei adherentes sunt excommunicati, & similiter electus per seditiōnem, impressionem, uel quodlibet aliud ingenium uidelicet per calliditatem, & fraudem. Consuetudo fuit apud superiores, ut duę missę singulis diebus in conclauē dicerentur, una de die currenti altera propria que sede uacante dicitur, & scripta in fine huius uoluminis, una per sacristam, altera per aliquem ex capellanis cardinalium, nisi ipsi cardinales personaliter uelint celebrare. Cum igitur de electione agere uolunt audita missa domini cardinales soli in capella illa remanent, sedentq; super scabellā, siue scamna illis parata: sup altare restat calix uacuus & patena, ante altare mensa parua rubeo panno coperta ponitur, & super eam pugillares, & papyrus: Inter concuum & altare iuxta mensam ponuntur scabellā tria. In quorum medio Episcoporum, a dextris presbyterorum, & a sinistris diaconorum cardinalium priores sedent. Sacrista uero, familiares cardinalium, & omnes alii, qui in conclauē reperiūtur, in capella ma



iori ubi cellule sunt clauduntur, soli clerici cerimoniarum solent extra portam capelle parue, ubi patres clausi de electione tractant, expectare, presto uenturi si a patribus pro aliqua re uocarentur. Cum omnes ordine suo cōsederint prior Episcoporum in loco predicto sedes comodis uerbis hortatur patres ad prouidendum sancte Romanę Ecclesie de uiro idoneo, & sufficienti, & qui tantum onus utiliter ferre queat, Deinde proponit eis per quam uiam ad electionem procedere placeat, per uiam compromissi, siue per uiam scrutini: quod si forte aliquis patrum diceret in hac sententiam. Reuerendissimi domini respecta singulari uirtute, probitate &c. Reuerendissimi. D. N. ego iudicarem sine alio processu ipsum eligendum ad summum Pontificatum, & ex nunc ego eligo ipsum in summum Pontificem sancte Romanę Ecclesie, si alii uel saltim due partes istius sententiam sequerentur, & uia uocesimili modo illum talem eligeret, ille esset canonice electus, & uerus papa, Et uocatur per uiam spiritus sancti talis electio sine cedulis aut compromisso. Sepeq; apud maiores nostros fuit celebrata hec uia. Si dominis cardinalibus placuerit procedere per uiam compromissi, oportet quod omnes concordent ad compromittendum, alter non tenet nisi forte due partes tantum in sententia permanerent, quoad compromissarii electum nominarent, illumq; compromittentes comprobarent. tuncq; ut electus a duabus partibus esset canonice electus, forma autem talis compromissi est huiusmodi.

IN NOMINE DOMINI AMEN. anno eiusdem &c. die &c. Nos Episcopi, presbyteri, & diaconi sancte Romanę ecclesie cardinales omnes & singuli in consistorio existentes uidelicet. T. ostien. D. portuen. & sigillatim omnes alii nominentur cardinales de electione tractantes summi Pontificis: elegimus, & eligimus per uiam procedere compromissi, & unanimiter, & concorditer nemine discrepante elegimus compromissarios Reuerendissimos patres Dominos. T. episcopum &c. A. tit. sancti. N. presbyterum & L. sancti Hadriani diaconum cardinales quibus damus plenariam facultatem, & potestatem prouidendi sancte Romanę ecclesie de pastore sub hac forma uidelicet quod duo ex ipsis possint eligere tertium de seipsis, & omnes tres concorditer de collegio, uel de extra possint Romanę & uniuersali Ecclesie prouidere. Et uolumus quod dicta potestas duret usq; ad consumptionem candelę inibi ex consensu singulorum accense, & promittimus nos illum pro Romano pontifice habituros, quem dicti compromissarii in forma predicta duxerint eligendum &c. compromissarii uero ad partem in aliquo loco separato feretrahant, & primum inter se protestentur, quod per quamcunq; prolationem uerborum non intelligunt dare consensum suum, nisi in scriptis illum expresse ponant, ut inter se possint uti uerbis humanis & reuerentialibus sine preiudicio. Alius modus est, & magis tritus procedendi per uiam scrutini: qui si magis placet, pri-

mo deliberandum est, an post scrutinium eadem die sit attendenda uia per accessum. deinde omnibus in locis suis in capella cōsidentibus prior Episcoporum cum cedula sua in manu, accedat ad altare, & genuflexus aliquantulum orat, tum surgit, & cedulam predictam, quam primo osculatur, in calice reponit, Priore Diaconorum a sinistra parte altaris, ubi epistola legitur stante, & patenam manu sua eleuante: has cedulas, que uota eorum continent, scribere solent Reuerendissimi Domini ad partem, quomodo eis placet in hanc formam. Ego. A. Episcopus ostien. &c. Cardinalis &c. eligo in summum Pontificem. Reuerendissimum Dominum meum. D. S. titu. Sancti Marci Presbyterum Cardinalem, & eodem modo quisq; nominare potest duos, aut plures de collegio in eadem cedula, & aliquem extra collegium a tergo ipsius cedule. Cedulam ipsam bene plicatam sigillo suo annulari signat: & ut diximus facta prius oratione illam deosculatam quisq; in calicem ponit. Ut autem prior Episcoporum cedulam in calice posuit, accedit ad dextrum cornu altaris, & ibi cum priore diaconorum patenam eleuat, dum patres uotorum cedulas calici imponunt. Qui ordine suo omnes sigillatim Episcopi Presbyteri & Diaconi, eodem modo, ut de priore Episcoporum diximus cedulas in calicem mittunt, cedulis in calice depositis sedent patres, & quisq; ante se scabellum habet cum papyro & pugillaribus in papyro scripta sunt per ordinem patrum omnium presentium nomina cum aliqua distantia ita ut unum tantum nomen in quolibet uersu contineatur, in hunc forme modum.

Reuerendissimus Dñs Nicenus habet.

Reuerendissimus Dominus Rothomagen. het. Et sic de singulis. Et scribuntur nomina, quibus communiter appellantur propter breuitatem & non nomina titulorum. Tum prior Episcoporum calicem de altari simul cum Diaconorum Priore sumens illud super mensam predictam imponit: deinde & ipse et Diaconus. sedent a dextris Priore Presbyterorum sedente: ut predictimus, Prior deinde Episcoporum sedens calicem manu dextra capiens: ac sinistra patenam firmam retinens: calicem ipsum super patenam immittit. Ita tamen ut nihil effundat, & iterum calicem erigens super mensam, ut prius erat, illum constituit, tum sinistra aliquantulum patenam eleuans dextra cedulam unam, que sorte ad manus uenit palam digitis duobus extrahit: illamq; primo priori presbyterorum ostendens: legendam porrigit Diaconorum priori: qui eam mox aperit & uoce qua ab omnibus exaudiri possit distincte legit. Ego. N. Cardinalis Papien. eligo in summum Pontificem Reuerendissimum Dominum meum. D. B. titu. sancte Sabine presbyterum cardinalem &c. ut ibi scriptum inuenit. Cardinales omnes tam ipsi tres priores quam alii super nomina in cedula nominatorum: eligentium nomina scribunt in papyris suis uel signum aliquod faciunt, omnibus cedulis perlectis & uotis eligentium descriptis. Tres



priores uota computant, & alta uoce habentes plures uoces Diaconus nominat dicendo. Reuerendissimus. D. A. habet uoces decem, & Reuerendissimus. V. habet uoces octo. Et Reuerendissimus. D. habet uoces septem. Deinde si non potest attemptari uia per accessum, & uoces non sufficiunt: Re infecta patres discedunt, neque per totum diem aliud agi potest circa actum electionis, quia non fit bis in die scrutinium. Sequenti die iterum summo mane in capella conueniunt & Re diuina peracta scrutinium, ut die per terita faciunt, cedulas in calicem mittunt, quae a prioribus extrahuntur, leguntur, & computantur ut supra. Deinde si duae partes in cedulis non conueniunt procedunt ad electionem per uiam accessus. Nam hoc pacto celerius ad finem electionis peruenitur ad illos accedendo quo in cedula non nominauerit, & potest fieri accessus ad unum, uel plures sicut & nominatio in cedulis, sed ex honestate & decore iuniores debent aliquantulum expectare, quod antiquiores accessum incipiant. Illis uero diutius super sedentibus quilibet potest incipere, surgit qui uult incipere & dicit. Ego accedo ad Reuerendissimum Dominum meum talem, & statim omnes signant super nomen electi nomen accedentis, & simili modo & alii, qui uolunt accedunt, & signantur. si non concurrunt duae partes nihil factum est, & sequenti die ad scrutinium reuertuntur. Si autem uoces sufficiunt: qui ultimo ex necessariis uocibus accedit solet dicere. Et ego accedo ad Reuerendissimum Dominum meum talem, & facio cum Papam. Et notandum, quod si accessus fieret ad plures imperceptibiliter & inconfuse ita, ut duo haberent duas partes: nemini ius acquiritur & pro infecto habetur. Legimus superioribus temporibus cum duae partes in electione concordabant: priorem diaconorum consueuisse induere electum mantum Papale dicendo. Ego inuestio te de Papatu, ut presis urbi, & orbi. Sed hodie non seruatur. Conuenientibus duabus partibus in unum quempiam ille uerus, & indubitatus est Pontifex, tamen consueuerunt & alii accedere, & rursus prior Episcoporum omnibus sedentibus nomine totius collegii illum talem eligit in Romanum Pontificem, & eius assensum requirit. Quo habito omnes surgunt primo ad congratulandum, deinde eum exuunt crocea, & caputio paruo, & sic cum suo rochetto faciunt illum sedere super ornata sede, quam locant ante mensam, ubi priores sedebant. Imponunt illi anulum piscatoris, & exquirunt quo nomine uelit nuncupari: & tunc solet subscribere constitutiones ante electionem firmatas, & iuratas, & signare aliquas Supplicationes.

Interim uero prior Diaconorum aperta sacrarii fenestrella, qua populus expectans uideri potest, crucem profert alta uoce clamitans. Annuncio uobis gaudium magnum: Papam habemus. Reuerendissimus Dominus Cardinalis malfecten. electus est in summum Pontificem, & elegit sibi nomen Innocentius octauus.

De indumentis electi, & prima ueneratione a Cardinalibus.

His peractis ducitur electus in sacrarium, & a Diaconis Cardinalibus exiit tur uestimentis communibus, quae ex antiqua consuetudine cedunt clericis cerimoniarum, induiturque Papali habitu, toga scilicet lanca albi coloris: caligis rubeis, Sandaliis rubeis aurea cruce ornatis, cingulo rubeo cum aureis fibulis, birreto etiam rubeo, & demum mundo nitidoque rochetto. deinde imponunt ei amictum, albam longam, cingulum, & stolam ornata cum perlis pedentem a collo, si est presbyter, aut Episcopus. Si autem esset diaconus, stola sit super humerum sinistrum in forma diaconi, si sit subdiaconus, uel infra non ponatur ei stola, & ita indutum educunt, ac super predictam sedem rursus sedere iubent: ibique supplicationes copulatas signat. demum domini Cardinales depositis croceis, & paruis capitiis capis suas reassumunt: Imponunt nouo Pontifici pluuiale rubeum preciosum: & mitram auro, & gemis ornata: illumque sedere faciunt super altare cum Cardinales omnes reuerentiam exhibent per ordinem pedes manus, & os deosculantes.

Dum haec aguntur, portae conclauis omnes aperiuntur. repagula, murique ostiorum, & fenestrarum deiciuntur. pulsantur campanae, & signa letitiae omnis generis eduntur. Pontifex nouus precedente cruce, & Cardinalibus ad Ecclesiam Sancti Petri descendit: & prostratus ante altare sine mitra aliquandiu orat: agitque gratias Deo, & beatis Apostolis. Tum surgens a Cardinalibus super altare ad sedendum constituitur cum mitra, & prior Episcoporum genuflexus incipit. Te deum laudamus, quem hymnum cantores prosequuntur. Interim Cardinales pedes electi, manus, & os deosculantur seruato ordine: quod & alii, qui adsunt, plati & nobiles faciunt. finito hymno idem prior Episcoporum stans a cornu sinistro altaris, ubi Epistola legitur, dicit super electum. Pater noster. deinde & nos &c. Sed libera &c. Saluum fac Domine seruum tuum electum nostrum. &c. deus meus sperat in te. Vers. mitte ei domine auxilium de sancto. &c. & de Syon tuere eum Vers. Domine exaudi orationem meam. &c. & clamor meus &c. Vers. Dominus uobiscum. &c. & cum spiritu tuo. Oremus Omnipotens sempiternus deus miserere famulo tuo. N. electo in summum Pontificem, & dirige eum secundum tuam clementiam in uiam salutis eterne: ut te donante tibi placita cupiat, & tota uirtute perficiat per Christum dominum nostrum Amen. His seruatis descendit electus de altari, & uersus ad populum soleniter benedicit dicens. Sit nomen domini benedictum. Tum eodem ordine reuertitur ad cameram Papalem, & ibi quiescit, & domini Cardinales reuertuntur ad propria.

Quod si electus esset aliquis extra collegium, & tamen in urbe, uel loco uicino antequam patres exeant e conclauis uocetur nomine collegii ab aliquibus platis, & introductus in conclauis: a priore Episcoporum intimetur ei electio, & requiratur eius consensus. quo habito: omnia fiant, quae de electo presente superius dicta sunt. Si autem non consentiret iterum ad nouam electionem faciendam procedat. Si autem canonice electus esset absens: ita quod per aliquos dies eius presentia



## SACRARVM CERIMONIA RV M

haberi nō possit: patres publica eius electione, & destinata ad electum idonea legatione, conclauī excant: legati cum mādatis, & autēticis documentis nominato electionem insinuent, & cōsensum exquirant acceptantem summum Pontificem saluent, & habitu Pontificali exornent, referantq; patribus, deinde reliqua peragūtur, ut nouo electo, & collegio uidebitur. Si autem acceptare noluerit, iterum dñi Cardinales in conclauē reuertātur ad nouam electionem perageudam. Ante coronationem suā electus Romanus Pontifex consistoria tenere nō consuevit, neq; provisiones aliquas Ecclesiarum facere, Si tamen aliquo impedimento coronationem diutius differre oporteret, & urgeret necessitas, Ecclesiis recte posset providere, & omnia quę essent p̄ utilitate Reipublicę peragere. & hoc tempore Bulla plumbea literarum suarum ab una tantum parte imprimetur, ubi sunt capita Apostolorum: ab alia autem ubi literę sui nominis imprimi solent, nihil erit. In principio si prius erat Episcopus consecratus, scriberetur Innocētius Episcopus seruus &c. ut alias. Si autem non esset consecratus Episcopus: scriberetur Innocētius electus seruus seruorum Dei. In fine autem literarum ante datam adduntur hęc uerba. Nec mireris quod bulla exprimens nomen nostrum non est appensa p̄ntibus. Nam hii, qui fuerunt hactenus electi in Romanos Pōtiffes ante suę consecrationis, & benedictionis solemnias in suis bullandis literis modum huiusmodi obseruare consueuerunt. In data autem dicitur loco Pontificatus nostri: suscepti a nobis Apostolatus officii anno primo.

### De ordinatione, & consecratione summi Pontificis.

#### Sectio. II.

Æterum si electus in Romanum Pontificem non esset in sacris ordinibus constitutus, ut de Petro Moroneo anachoreta, & de quibusdam aliis patrum nostrorum memoria accedit, statuta per eum die ante diem coronationis per aliquem Episcopum Cardinalem, uel alium, si magis placet, ordinetur, & ad omnes ordines etiam presbyteratum poterit in eadem die simul, uel interpellatis diebus promoueri, ut placuerit. In promotione autem hęc seruabuntur. Conuenient in loco, ubi ordinatio fieri debet, electus Pontifex cum duobus diaconis, & aliquibus presbyteris Cardinalibus, subdiacono & accoluthis apostolicis: & omnes conuenientibus sibi, & tēpori paramētis ornētur. Deinde Episcopus consecrator cum suis ministris paretur, paretur etiam ante altare, credencia pro consecratore, & credencia pro Pontifice electo cum rebus opportunis ad ordinationem, electus ordinandus ad subdiaconatum in sede sua in loco conuenienti constituta, primo lauet manus, tum supra rochetum paretur amictu, ita tñ ut possit imponi supra caput cum tempus erit: alba, & cingulo deinde pluuiiale: quod post

## LIBER PRIMVS

## IX

post collum remittit: ut totum retro dependeat: tum mitram accipiat tēpori opportunam. Cum omnia parata erunt, electus accedit ad altare, p̄cumbet ad orationem sine mitra: & surgens faciet confessionem cum ordinatore, deinde reuertetur ad sedem suam & leget introitum &c. ut alias. & ordinator procedet in missa more consueto usq; ad collectam ante epistolam exclusiue. Tunc electus super faldistorium procumbet sine mitra. ordinator autem in scabello ad eius sinistram cum mitra: & alii omnes in locis suis sine mitra: & fiet litania per subdiaconum. & cum peruentū fuerit ad locum consuetum, surget ordinator: & benedicet electum tertio dicēs. Ut hunc electum &c. ut in ordinario. deinde iterum procumbet, & finietur litania. Tum electus sumpta mitra reuertitur ad sedem suam, & ordinator accedet ad eum: & sedenti cum mitra ipse stans cum mitra dat electo calicem uacuum cum patena: & mox urceolos cum uino, & aqua, baccale, & manutergium: Quę omnia electus tanget ambabus manibus ordinatore dicente. Vide huiusmodi ministerium &c. deinde successiue etiā cum mitra ordinator dicit. Oremus Deum patrem, & dominum nostrū. &c. Tum deposita mitra dicit. Oremus, flectamus genua, leuate. Et interim etiam electus surgit sine mitra, & ordinator p̄sequitur. Domine sancte pater omnipotens eterne deus &c. qua finita oratione electus sedet sine mitra & ordinator accepta mitra imponit amictum super caput electi dicēs. Accipe amictum &c. qui mox reasumit mitram, & ordinator imponit illi manipulum in brachio sinistro dicēs. Accipe manipulum &c. tum surgit electus, extrahitur sibi mitra & pluuiiale, & ordinator induit eū tunicella dicens. Induat te Dominus ueste &c. sedet. Deinde electus cum mitra & ordinator tradit illi librum epistolarum dicens. Accipe librum epistolarū &c. Finita ordinatione Subdiaconatus. si electus nō uult ulterius procedere, reasumit pluuiiale & finitur missa more consueto. Si uero placuerit ad Diaconatum procedere, ordinator, apud altare in suo faldistorio p̄sequitur collectam dici cum oratione pro ordinando sub eodem p̄ Dñm & dicitur epistola suo ordine. Qua finita, si electus ante electionem erat subdiaconus, paretur in principio sicut diximus, addito manipulo, & finita epistola p̄cumbat in faldistorio, & fiet litania, ut diximus. Si aut tunc ordinatus est, finita eplā surgat & deponat tunicellā & iterum sedeat cum mitra & pluuiali a collo, ordinator autem ad eū accedit & stans cū mitra dimissis aliis rebus dicit, Oremus dilectissimi Deum patrem oīpotentem &c. & cū peruenerit ad Per oīa secula in p̄fatōe deponit mitrā, & p̄sequitur p̄fationē usq; ad eum locū, ubi dicitur, & quę sunt agenda cōcedere, tūc electo sine mitra sedenti imponet ipse solus dextrā manū super caput dicens. Accipe spiritum sanctū ad robur &c. Deinde p̄sequit p̄fationem usq; in finem, tūc deposito pluuiali, & mitra ab assistētibus



## SACRARVM CERIMONIA RV M

electo stanti ordinator cum mitra ponit illi stolam super humerum sinistrum dicēs. Accipe stolam cādidam &c. deinde induit eum dalmatica dicēs. Induat te Dominus &c. & mox tradit illi sedenti euāgeliorum librū dicēs. Accipe potestatem &c. Quo facto electo sine mitra surgente ordinator deposita mitra uersus ad altare dicit. oremus, & ministri. flectamus genua. &c. Et ipse prosequitur uersus ad electum. Exaudi Domine. &c. & Domine sancte pater &c. His completis si noluerit ad ulteriora procedere missa suo ordine finitur. Si autem ad presbyteratum tunc erit promotus: ordinator reuertetur ad suum faldistorium, & leget graduale, & alleluia siue tractum: & postea procedet ad ordinem sacerdotalem, ut sequitur: Qd si electus erat prius Diaconus parabūtur omnia, ut supra. & ipsi addetur stola super leuam in formam Diaconi.

Electus Pontifex in ordine Diaconatus existens cum ad presbyteratū uoluerit ordinari: parabitur ut supra diximus, & in missa procedetur usq; ad Alleluia, siue tractum exclusiue, ut predictum est. & tūc Pontifex electus paratus amictu albo, cingulo, manipulo, stola in modum Diaconi, & pluuiali a collo retro pendente, procumbit super faldistorium ad letaniam si non est facta. & illa ut premissum est in subdiaconatu finita, reuertitur ad sedem suam. ordinator uero cum mitra ad electum sedentem accedens manus ambas super caput electi detectum imponit nihil dicēs. Et idem faciunt omnes Episcopi, siue presbyteri Cardinales presentes, accedentes tamen cū reuerentia, & detectis capitibus. deinde ordinator stans cum mitra extenta manu super electum stantem dicit, Oremus dilectissimi Deum patrem omnipotentem &c. ut in ordinario. Deinde deposita mitra oremus, ministri. flectamus genua, leuate, & rursus. Exaudi nos quesumus domine. Et in fine expansis manibus dicit præfationem per omnia secula seculorum. Et usq; in finem, deinde deponitur pluuiale electi, & ordinator accedens cum mitra reflectit orarium electo ante pectus in modum crucis dicēs. Accipe iugum domini &c. & mox imponit illi casulam ad scapulas a parte anteriori pendētem dicēs. Accipe uestem sacerdotalem &c. post hæc dposita mitra ordinator super electum dicit. Deus sanctificationum omnium auctor. & finita oratione genuflexus ad altare incipit hymnum. Veni creator spiritus. & similiter electus genuflexus & dicto primo uersu surgit & alii prosequuntur, ipse uero ordinator accedit cū mitra ad electum sedentem et cū mitra, & inungit ei ambas manus de oleo sancto cathecuminū producens eū pollice suo intincto duas lineas a pollice dextrę manus electi ad indicem sinistrū: & a pollice sinistro ad indicē dextrū, & mox palmas, & reliqua intus perungit dicēs. Cōsecrare, & sacrificare &c. manus electi ita peructę una sup alterā imponūtur. Tūc ordinator deterfo aliquantulū digito cū mica panis tradit in manus ele-

## LIBER PRIMVS

X

cti calicem cum uino, & aqua, & patenam cum hostia: quæ omnia electus tangit ordinatore dicente. Accipe potestatem offerre sa. &c. Quibus peractis electus a sua sede, & ordinator in suo faldistorio lauabunt manus cū mica panis & aqua. Deinde legatur Euangelium more solito, & liber offerretur osculādus electo. tum ordinator dicit. Dominus uobiscum & offertorium. & mox accedet ad electum sedentem cum mitra: & ipse sine mitra accipiat de eius manibus offertorium intorticia accensa panem & uinū, ut est moris: & per singula osculatur manum electi offerentis: post hæc reuertitur ordinatus ad faldistorium, & iterum tam ipse q̄ electus lauāt manus: & statim intrant ad altare. Electus accedit ad cornu altaris: ubi dicitur Epistola & presbytero Cardinale ministrāte & seruiēte de libro stans sine mitra, uoce submissa omnia dicit cum ordinatore. & cum ipso concelebrat signando: & etiam uerba consecrationis cum ipso proferendo, nō tamen mouet se loco suo usq; ad communionem: & pceditur in missa in omnibus, ut consuetum est: & pro secreta de die dicitur secreta pro ordinato sub eodem per dominum. postq̄ ordinator sumpserit sacrā Eucharistiam & partem sanguinis Christi cum particula corporis, quę erat intus, cōmunicet electo stanti in ipso cornu de corpore & sanguine Cristi, & postea ambo purificentur cum uino: ut eis placuerit. his peractis electus reuertitur ad sedem suam cum mitra, & ordinator cum mitra lauat manus, deinde accedens ad electum. stans sine mitra dicit super electum stantem sine mitra. Respon. Iam non dicam uos seruos &c. Quo finito ordinator imponit ambas manus super eius caput dicēs. Accipe Spiritum Sanctum, quorum remisit &c. & mox explicat casulam, quę in scapulis erat electi dicēs. Stola innocentie induat te Dominus. Quibus finitis imponitur mitra electo. Et tam ordinator q̄ alii Cardinales & prælati assistentes recipiuntur ad osculum manus, pedis, & oris electi, post hæc ordinator redibit ad altare & perficiet missam cum oratione pro ordinato & dicto. Ite missa est, uel benedicamus Domino, Electus crucem ante se habens stans sine mitra in medio altaris benedicet omnibus dicendo. Sit nomen domini benedictum &c. & mox ordinator accedens uersus electum tertio genuflexus cum distantia cōuenienti ter dicit. Ad multos annos. & solus recipietur ad osculum oris, & sic expleta ordinatione exuet se uestibus sacris cum orationibus consuetis.

Et hic modus de benedictione: & ad multos annos seruatur etiam si ordines acciperet in pluribus diebus sigillatim. Si electus nullū haberet ordinem, hæc ordinatio condecenter fieri poterit die sabbati pcedente die dñicum consecrationis epalis. Quod si forte electus in Papā esset merus laicus (nā & laicus eligi potest dūmodo sit xpianus, & catholicus) accipiet primam tonsuram & minores ordines, ut alii inferiores, nisi qd erit indutus cum rochetto & manto post collum & mitra. Et in suo faldistorio



recipiet instrumenta ordinum, & habitum, & non dicuntur monitiões, siue exhortationes, sed a substantialibus incipitur.

Episcopalis consecratio electi in Romanum Pontificem, si prius nõ erat Episcopus, fieri debet secundum maiorum nostrorum constitutiones eadem die, qua benedicitur, & coronatur. Sed quoniam nostris temporibus breuitatis studio alio die facta est: ut in persona fe. re. Sixti Papæ quarti, qui cū fuit electus, presbyter tantum erat, primo ponemus ordinem ipsius consecrationis Episcopalis sine benedictiõe, & coronatione: deinde cõsecrationem cum benedictione & coronatione.

Quomodo consecratur in Episcopum. .C.

Si igitur electo placet consecrari ante solemnia coronationis & priuatim hoc poterit fieri, quando ei placebit, sed conuenientius die dominico, uel festiuo, & fiet hoc modo. Die statuto & in loco ipsi electo commo modo tam consecrator, q̄ electus parantur omnibus paramentis Pontificalibus cum psalmis, q̄ dilecta, & aliis orationibus consuetis. Electus chirothecas & anulum tantum nõ accipiet: alia autem omnia. Assistit ad minus duo uel tres Diaconi, & unus presbyter Cardinalis, & cum ipso cõsecrator, si est Episcopus Cardinalis: ut decet duo alii Episcopi Cardinales: aliqui Subdiaconi & acoluthi Apostolici & prælati domestici omnes cum paramentis sibi conuenientibus. De prælatis tamen paratis præter Cardinales non est necessarium, sed fiet ex sententia Pontificis. parantur duę credentię, una pro electo & altera pro consecrante, & unum altare tantum. Pro electo paratur sedes ornata in loco competenti, & faldistorium ante altare, pro consecrante faldistorium consuetum in cornu epistolę, pro aliis scabella consueta. In credentiis paratur opportuna ad consecrationem, & ad celebrationem missę candelabraq; cum luminariibus opportunis in altari, & credentia. Paratis omnibus rebus, electus accedat ad altare, & deposita mitra procumbat super faldistorium. Orabit & surget, & remoto faldistorio faciet confessionem cum consecratore a sinistra sibi assistente. finita confessione electus cum mitra reuertetur ad sedem suam. Consecrator accedet ad altare osculabitur, incensabit si placuerit more solito, & reuersus ad suum faldistorium leget Introitum, & Kyrie eleison, & alia usq; ad Alleluia, siue ultimū uersum tractus exclusiue, & cum oratione diei dicitur Oratio pro electo ut supra. Idem faciet electus in sua sede cum suis assistentibus uersus ad altare.

His dictis electus procumbet cū mitra in faldistorio ante altare consecrator ab eius sinistris super aliquo scabello, alii aut in suis scabellis, & per unum ex subdiaconis fit litania, nam examinatio antiqua sanctorum patrum, & alia præcedentia omittuntur. Cum uentum erit ad locum, ubi dicitur, Vt hunc electum, surgit consecrator nõ tamen cū baculo, & uer-

sus ad electum tertio dicit signans, ut hunc electum &c. Et alii omnes Episcopi Cardinales cum suis libris procumbent: et tamen erecta aliquantulum facie idem faciant. finita litania surgunt omnes: & electus reuertitur ad sedem suam, & sedet cum mitra. Consecrator uenit ante eum, & aliis prætermisissis stans cū mitra simul eum adiuuantibus Episcopis Cardinalibus imponit librum Euāgeliorum supra ceruicem electi sine mitra sedentis: nam tunc mitra ei abstrahitur, quam duo Diaconi retinent usq; in finem: & consecrator atq; assistentes Episcopi ponunt ambas manus super caput electi dicentes. Accipe Spiritum Sanctum. quod tamen consecrator alte dicit. alii submisse, ut alia omnia. si aderunt alii Episcopi parati poterunt & ipsi manus imponere, & omnia. legere ut Cardinales assistentes, deinde surgit electus, & Diaconi assistentes retinent librum super illius spatulis: cõsecrator autem sine mitra dicit super eum orationem. Propiciare Domine supplicationibus nostris, & inclinato super hunc famulum tuum cornu gratię sacerdotalis benedictionis tuę in eum infunde uirtutem per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: qui uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus. Deinde uoce mediocri extensis manibus ante pectus dicat hanc præfationem. Per omnia secula seculorum. Respon. Amen. Dominus uobiscum. Respon. & cum spiritu tuo. Sursum corda. Respon. habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro. Respon. Dignum & iustum est. Vere dignum, & iustum est, æquum, & salutare Nos tibi semper, & ubiq; gratias agere. Domine sancte, pater omnipotens, eterne deus, honor omnium dignitatum, quę glorię tuę sacris famulantur ordinibus. Deus qui per Moysen famulum tuum secreti familiaris affatu inter cetera cęlestis documenta cultiř; de habitu quoq; indumenti sacerdotalis iustitens, electum Aaron mystico amictu uestiri inter sacra iussisti, ut intelligentię sensum de exemplis priorum caperet secutura posteritas, ne eruditio doctrinę tuę ulli deesset ætati. Cum & apud ueteres reuerentiam ipsam sanctificationum species obtineret: & apud nos certiora essent experimenta rerum, q̄ ænigmata figurarum. illius nanq; Sacerdotii anterioris habitus nostrę mentis ornatus est: & Pontificalem gloriam iam nou nobis honor commendat uestium, sed splendor animarum. Quia & illa, quę tunc carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius, quę in ipsis erant intelligenda, poscebant, & idcirco huic famulo tuo. N. quem Apostolicę sedis præfulentem, & primatem omnium, qui in orbe terrarum sunt sacerdotum, & uniuersalis Ecclesię doctorem dedisti, atq; ad summum sacerdotii ministerium elegisti: hanc quęsumus Domine gratiam largiaris, ut quicquid illa uelamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, & in multimodi operis uarietate signabant: hoc in eius moribus, actibusq; clarescat. cõple in sacerdote tuo ministerii tui summa: & ornamenti totius glificatiõis instructū eę



## SACRARVM CERIMONIA RV M

Ictis unguenti rore sanctifica. Tunc cōsecrator genuflexus & sine mitra uersus ad altare incipit hymnum. Veni creator spiritus, & tam electus q̄ alii genuflectunt eodem modo, finito primo uersu surgūt omnes: & chorus prosequitur hymnum. Interim caput electi sedentis in sua sede circūligatur panniculo lineo subtili per Diaconum: ne oleum fluat super capillos, ita ut panniculi extremitates retro super ceruicem pendeant. Deinde consecrator accedens ad electum cum mitra & intincto pollice Dextræ manus in Sacro Chrismate stans ungit caput electi sedentis formās primum signum Crucis, quo coronam totam amplectatur. Deinde ungat reliquum coronæ dicendo. Ungatur & consecretur caput tuum cęlesti benedictione in ordine pōtificiali. In nomine patris & filii & spiritus sancti. Amen. Pax tibi: & cum spiritu tuo, & absterfo aliquantulum pollice cum mica panis deposita mitra prosequatur p̄fationem incipiens. Hoc Domine copiose in caput eius ifluat. hoc in oris subiecta Decurrat. hoc in totius corporis extrema descendat, ut tui spiritus uirtus & iteriora eius impleat, & exteriora eius circumtegat: abundet in eo cōstantia fidei, puritas dilectiōis, sinceritas pacis. sint speciosi mūere tuo pedes eius ad euangelizandam pacem, ad euangelizanda bona tua. Da ei Domine ministerium recōciliationis in uerbo, & in factis in uirtute signorum & prodigiorum. sit sermo eius ut p̄dicatio nō in persuasibilibus humane sapientię uerbis, sed in ostensione spiritus, & uirtutis. Da ei domine claues regni cęlorum, ut utatur: non ut gloriatur potestate: quam tribuis in edificationem, non in destructionem. quodcunq; ligauerit super terram, sit ligatum & in cęlis. & quodcunq; soluerit in terris, sit solutum & in cęlis. quorum detinuerit peccata: detēta sint. & quorum dimiserit, tu dimittas. Qui maledixerit ei, sit ille maledictus. & qui benedixerit, benedictionibus repleatur. sit fidelis seruus & prudens, quem constituas tu domine super familiam tuam: ut det illi cibum in tempore opportuno, & exhibeat omnem hominem perfectum, sit sollicitudine non piger, sit spiritu feruens. oderit superbiam. humilitatem ac ueritatem diligat: neq; eam unq̄ deserat: aut laudibus: aut timore superatus. non ponat lucem tenebras, nec tenebras lucem. non dicat malum bonum, neq; bonum malum. sit sapientibus & insipientibus debitor: ut fructum de profectu omnium consequatur, tribuas ei Domine cathedram Pontificalem ad regendam ecclesiam tuam, & plebem tuę sortis intra mundi limites uniuersi. sis ei auctoritas. sis ei potestas. sis ei securitas. multiplica super eum benedictionem & gratiam tuam, ut ad exorandam semper misericordiam tuam: tuo munere idoneus, & tua gratia possit esse deuotus: per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Res. Amen. Post hæc consecrator inchoat schola prosequente Antiphonam. Unguentū

## LIBER PRIMVS XII

in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram uestimenti eius mandauit Dominus benedictionem in seculum. Ecce q̄ bonum, & quam iocundum habitare fratres in unum. sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. quod descendit in oram uestimenti eius, sicut ros hermon, qui descendit in montem syon. Quoniam illic mādauit Dominus benedictionem, & uitam usq; in seculum. Gloria patri & filio. Sicut erat &c. Deinde repetatur Antiphona. Unguentum in capite. Interim imponitur mappula ad collum electi sedentis, supra quam imponit postea manus, & cōsecrator inungit illi manus cum sacro chrismate, ut sit aliis Episcopis dicēs. Unguantur manus istę de loco sanctificato, & chrismate sanctificatiōis, sicut unxit Samuel Dauid Regem & Prophetam, ita unguantur & cōfirmantur In nomine Dei Patris & Filii & Spiritus Sancti faciētes imaginē Sanctę Crucis Saluatoris nostri, quę nos a morte redemit, & ad regna cęlorum perduxit. Exaudi nos pie pater omnipotēs eterne deus, ut quod te rogamus, exoremus per Christum Dominum nostrum amē. Oremus. Deus pater Domini nostri Iesu Christi, qui te ad Pōtificatus sublimari uoluit dignitatem, ipse, qui per Samuelem Dauid in Regem, & Prophetam inunxit: te nostro ministerio chrismate & mysticę delibutionis liquore pfundat, & spiritualis benedictionis ubertate fecundet: ut quicquid benedixeris, benedicatur. & quicquid sanctificaueris, sanctificetur, & consecrata manus istę per eūdem Christum Dominum nostrum.

Electus manus inunctas simul iunctas in mappula pendēti a collo reponit: baculus non datur: sed mox consecrator deposita mitra benedicit ānulum preciosum imponendo electo dicens. Creator & cōseruator humani geueris Dator gratiæ spiritualis, largitor æternę salutis tu Domine emitte tuam benedictionem super hunc ānulum: ut quicunq; hoc sacro sancto fidei signo insignitus inceserit in uirtute cęlestis defensionis ad eternam sibi proficiat salutem. per Christum Dominum nostrū amē. Electus etiam surgit dum dicitur oratio. ānulum ipsum interea tenet manu dextra aliquis acoluthus ante consecratorem genuflexus. consecrator dicta oratiōe aspergit annulum aqua benedicta: & illum imponit in digito annulari dextrę manus electi sedentis dicens. Accipe annulum fidei scilicet signaculum quatenus sponsam Dei, Sanctam uidelicet ecclesiam intemerata fide ornatus illibate custodias. Amen. Et dum imponit, osculatur manum electi: deinde adiuuātibus Episcopis assistētibus librū Euangeliorum ab eius spatulis remouens dat ad manus electi sedentis dicēs. Accipe euangelium, & uade p̄dica populo tibi cōmisso. potens est enim deus augere tibi gratiam suam. Qui uiuit & regnat cum Deo patre in unitate Spūs Sancti deus per oīa secula seculorū Amē. His peractis cōsecrator redit ad suū faldistorium: & lauat manus. electo autem sedenti



## SACRARVM CERIMONIA RV M

in sua sede Diaconus Cardinalis tergit caput cum medulla panis diligēter, & cum panno mundo. deinde cum pectine mūdāt, & componit capillos, & imponit illi mitram, & tunc electus lauat manus cum mica panis, & bene mundat. Quibus finitis tam consecrator, q̄ alii omnes Cardinales presentes osculatur pedes, manum, & os domini electi: alii autem prelati parati pedem, & manum, alii inferiores pedem tantum. Et mox consecrator p̄sequitur missam usq; ad lectum offertorium. Et idem facit electus Pontifex in sua sede stans: dicto offertorio consecrator accedit ad electum sine mitra: & de eius manu accipit offertorium. Intorticia panes & uini uasa duo, & ad unum quodq; istorum osculatur manum electi: cum reuertitur ad suum faldistoriū: & lauat manus tam ipse q̄ electus, & intrat ad altare & similiter. D. electus accedit ad altare, & ponit se ad cornu epistolę: presbytero Cardinale ministrante librum. & ibi sine mitra simul cū consecratore celebrabit signādo, & omnia dicendo submissa uoce ut cōsecrator, non tamē se loco mouebit usq; ad communionem: quam sumet sub utraq; specie stans in ipso cornu aliquantulum procedens inclinatus finita missa non imponūtur chirothecę, neq; mitra. quā habet cum illis benedictionibus consuetis neq; inronizatur electus, sed stans in medio altaris sine mitra habens ante se crucem populū benedicit dicens. Sit nomē Domini benedictum. Et resumpta mitra uadit ad sedem suam & sedet. & tunc consecrator accedit uersus dominum electum & tertio genu flectens dicit. Ad multos annos. ut dictum ē in presbytero. Et omnes deinde exuunt se sacris uestibus cum orationibus consuetis.

Consecratio, benedictio, & coronatio simul Romani Pontificis. Qd̄ si electus in Romanum Pōtificem uoluerit eadē die consecrari Episcopus benedici, & coronari. Et a superioribus Pontificibus plerūq; seruatum est, ita procedendum erit. Sed eadem seruantur etiam i electo, qui prius erat Episcopus benedicens: & coronando usq; ad sequens capitulum: ubi incipit. cantores. Primo ordinabūtur omnia ad huiusmodi solēnitatem opportuna infra scripta etiam seruantur in coronatione: & consecratione episcopali conuenienti tempore, quę ex lectiōe huius ordinationis facile colligi poterunt: & tandem constituto die Dominico Pōtifex e cubili summo mane ad cameram paramenti, quam Papagalli appellant, egreditur. ibi a Diaconis Cardinalibus, Subdiaconis, Acoluthis & aliis officialibus consuetis paratur amictu albo, & longo cingulo, stola, pluuiali rubeo: & Mitra pretiosa. Cardinales alii circumsistunt, & omnes Prælati & Officiales cum suis Cappis laneis. Sic electus Pontifex paratus cruce præcedente progreditur ad Sanctum Petrum ordine alias consueto: Diaconis Cardinalibus hinc, & inde fimbrias pluuiialis sustinentibus. Caudam autem pluuialis portabit nobilior laicus, qui erit in curia, etiam si esset Imperator, uel Rex, supra eum octo

## LIBER PRIMVS

XIII

nobiles siue oratores portant umbellum hastilibus octo sustentatam, quā hodie baldachinum appellant, ante eum duo seruentes armorū portant faldistorium cum magno cussino. forerius tapetum, & paruum scabellū, & cussinum.

Cum Papa electus peruenerit ad portam ultimam palatii, quę est in capite porticus Ecclesię Sancti Petri in palatio apud portam, extenditur tapetum. ponitur faldistorium, & super illud cussinum magnum, & ad pedes paruum scabellum: & sedens ibi electus recipit ad osculum pedis canonicos, & capitulum basilicę Sancti Petri. deinde surgens intrat Ecclesiam per portam, quę est in medio: & progressus usq; ad secundum circum porphyreticum detracta mitra orat uersus ad altare supra faldistorium a supradietis ibi paratum. & tunc supra scabellum paruum ponitur paruus cussinus, facta oratione surgit. reassumit mitram: & pergit ad capellam Sancti Gregorii, & sedens in sede sibi parata recipit omnes Cardinales, & alios prelatos cum suis cappis ad reuerentiam. Cardinales ad manus sub auri phrygio: prelatos ad pedis osculum. tunc surgens sine mitra astante cruce populo benedicit dicens. Sit nomē domini &c. Subdiaconus dicturus Epistolam deposita cruce post benedictionem capit omnia sua paramenta: & simul cum eo acoluthi exuūt cappas, & induūt super pellicia. super rochetū ad partem se retrahentes: sedet deinde electus aliquantulum cum mitra: & iterum surgens sine mitra uersus ad altare sub silentio dicit: Pater noster &c. Tum alte incipit pro tertia. Deus in adiutorium &c. & sic stat quousq; incipiatur psalmus Legem pone: inde sedet cum mitra, & assistentibus Episcopis cum libro: ac iuuantibus hinc inde diaconis, ut moris est incipit psalmum. Quā dilecta. interim subdiaconus Apostolicus lecturus Epistolam, ut diximus paratus omnibus suis paramentis ex altari subministrāte sacrista accipit sandalia, quę reuerenter portantur ad electum sequentibus illum acoluthis cum super pellicis, & ea simul cum cubiculario camerę imponit pedibus suę sanctitatis acoluthis circum circa fimbrias pluuialis eleuantibus supra illorū capita. Impositis sandaliis Diaconus lecturus Euangelium cum duobus aliis diaconis qui assistent Pape, capiunt paramenta sua, ille amictum album, cingulum, stolam, dalmaticam, manipulum uero postea capiet i altari. Alii uero duo capiet amictum, & dalmaticas tantum, Induti reuerēter simul ad electum accedent qui finitis psalmis, cum dicitur capitulum pro tertia surgit cum mitra: & finitis uersiculis deposita mitra, & astantibus duobus ceroferrariis dicit. Dominus uobiscum. & orationem pro tertia: librum prior Episcoporum Cardinalium: qui ei assistere debet sustinet supra caput: Episcopi uero assistentes iuuant: & tenent cadelam accēsam, dicto Dominus uobiscum post orationem liber remouetur ceroferrarii discedunt. & dicto a cātoribus Benedicamus domino Papa sedet cū



## SACRARVM CERIMONIA RV M

mitra, & lauat manus Episcopo Cardinali adiuuante, & reliqua, ut alias lotis manibus Episcopus Cardinalis redit ad locum suum: & Papa deponit mitram, pluuiale, & stolam: & diacono lecturo Euāgelium ante se stāte induitur consuetis paramentis, quę per acoluthos hoc ordine portantur ex altari: & ipsi Diacono porriguntur. duo Diaconi assistētes, & post eos duo subdiaconi adiuuāt uestiētem. Primum portatur cingulum cum succinctorio. Crux pastoralis, dein stola, tunicella, dalmatica, chirothece, planeta, mitra auri phrygiata: anulū autem non datur si non est cōsecratus Episcopus, quem: si esset consecratus: Cardinalis Episcopus assistens imponeret.

In consecrationibus utuntur hodiernis tēporibus albis paramentis: quāuis antiqui secundum temporis exigentiam colore uterentur. Sed conueniens est, ut utamur secundum quod exigit missa, quę celebratur. In processione autem erunt omnino albi coloris. Cum electus Papa incipit parari Cardinales, & omnes prelati, atq; officiales parantur. Episcopi Cardinales, Patriarchę, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates pluuialibus, & albis mitris. presbyteri Cardinales planetis, & mitris similibus. Diaconi Cardinales dalmaticis & mitris albis: subdiaconi omnes tunicellis. Auditores & clerici camerę super pellicis supra rocheta. Secretarii & aduocati super uestes cōmunes habeant pluuiale cum apertura super humerū dextrum, & Almucia super sinistrum. alii, ut alias.

Consecratio Romani Pontificis secundum antiquas patrum constitutiones spectare solebat ad Episcopum Hostiēsem qui etiam pallio in ea consecratione utebatur. assistebant ei Portuen. & Albanensis Episcopi, & hi tres in benedictione Pontificis quando alias esset consecratus, tres speciales orationes super eum dicebāt. Idem agebāt in coronatione Romani Imperatoris: Sed (ut arbitror) ad tollēdas cōtentiones iam pridem introductum est, ut prior Episcoporum Cardinalium, cum duobus ex senioribus Episcopis id minus obire debeant & in Pontifice: & in Cęsarē. Sicq; nostris temporibus seruari uidemus, ut non habeatur ratio Ecclesiarum, sed prioritatis Episcopalis, Consecratio nostris temporibus nō accedit nisi in Sixto quarto, quę tunc fuit facta secrete, per dominum Rothomagen. qui erat Episcopus Hostiēsis, & nō prior, sed nō publicū. Prior igitur Episcoporum Cardinalium, siue alius: quisquis ille sit: qui electum Pontificem est consecraturus: procedat ad altare maius Sancti Petri: ibiq; ad partem capiat sandalia: & paramēta omnia Pontificalia ac si celebraturus esset cum psalmis: & orationibus cōsuetis: ibiq; expectet Pontificem. Interim Pontifici assistet sub prior Episcopum Cardinalium.

Paratis omnibus ordinibus Pōtifex incēsum mittet in turibulo, & prior Diaconorum cum ferula processionē ad altare maius ordinabit hoc modo: familiares Papę, minores nobiles, cubicularii. Nobiles maiores &

barones, Conseruatores & oratores laici, & nō prelati. Secretarii & aduocati mixtim, ita ut duo antiquiores ex utroq; ordine sint in digniori loco, Acoluthi, clerici, camerę Auditores, acoluthus turiferarius, acoluthi ceroferrarij: qui septem numero esse deberent, Subdiaconus cum cruce Papali, & alijs subdiaconis. Subdiaconi duo latinis: & gręcus cum libris Euāgeliorū, Diaconus Gręcus, Et nota quod pro Epistola & Euāgelio in Lingua gręca solebāt uocari in hac celebritate monachi ex monasterio Cryptę ferratę. Deinde abbates forenses, Episcopi, Archiepiscopi, oratores, prelati, Abbates urbis, qui in hoc die sunt priuilegiati Episcopi assistentes Papę. Patriarchę, Diaconi, presbyteri, & Episcopi Cardinales. Diaconi duo assistentes: & inter eos medius Diaconus lecturus Euāgelium: demum ipse Pontifex qui si pedibus suis incedet: Ipsi Diaconi assistentes simbrias pluuialis portabunt: & maior principes caudā: octo nobiles, seu oratores baldachinum supra eius caput ferent. Deinde sequetur auditor, qui mitram ministrat medius inter duos cubiculares secretos, & inter eos est secretarius Papę: si nō est prelatus, Deinde protonotarii & curiales clerici non parati, ante Pontificem imediate minister cerimoniarum precedit cum duabus arundinibus super alteram stuppā, super alteram uero cādelam ardētem portās. Et cum Pontifex capellam Sancti Gregorii exierit, Cerimoniarius ad eum cōuersus ignem stuppe mittit, & genuflexus alta uoce dicit. Pater Sancte sic trāsit gloria mūdi. quod tertio facit distincto equali spacio, anteq; perueniāt ad portam capelle. procedunt deinde omnes per nauim ipsius capelle Sancti Gregorii, ubi sepulchra sunt Romanorum Pōtificum. & cum illam exierint, fleūt ad dextram: & per portam, quę est ante altare ingrediuntur capellā, & ascendunt etiam ad dextram anteq; Papa cācellos capelle itret: tres ultimi presbyteri Cardinales ueniunt ei obuiam: & osculātur os & pectus Pōtificis a seniori incipiētes: deinde ante Diaconos assistētes procedūt. Cum autem peruētum fuerit ad altare Pontifex deposita mitra facit orationem super faldistorium, deinde surgens remoto faldistorio facit confessionem more solito: stans hoc ordine, a Pontificis dextra stat Episcopus Cardinalis. Consecrator uel assistens si nō est cōsecrator, & post eum Diaconus Cardinalis assistens. a sinistris stat Diaconus Cardinalis lecturus Euāgelium, & post eum Diaconus Cardinalis assistens: post quem genuflexus manet subdiaconus latinus cum libro Euāgeliorum, & manipulo Pōtificis. quem illi imponit dicto Indulgentiam &c. Interim cantores cātant Introitum missę, & kyrieleison. Et hęc quidem supradicta circa descensum ex palatio ad Ecclesiam, & quę in capella Sancti Gregorii & usq; ad factam confessionem superius dicta sunt, preterq; de parando consecrāte. seruātur etiā quādo electus Episcopus non est consecrādus, sed benedicendus, & coronādus tātum. Nunc de ipsa cōsecratione subiūgemus.



## SACRARVM CERIMONIA RV M

Hoc totum Caput præmittitur, si Papa erat prius Episcopus consecratus, in eo namque Cōsecratio Episcopalis continetur.

Cantores, ut finierint Kyrieelison, quiescent. Electus procumbet super faldistorium ante altare, ad eius dextram consecrator, & ad sinistram Diaconus Euāgelii super scabella, Diaconi assistētes post Pōtificem duo Episcopi Cardinales seniores hinc inde super scabella, alii omnes, ut cōmodum erit genuflexi procumbēt omnes cum mitris in capite: & Diaconus Euāgelii incipiet sine mitra litaniam: & omnes respōdent replicando. Cum peruētum fuerit ad locum ubi dicitur. Vt hūc electum. & etiam tertio dicitur ab eodem Diacono, & tã cōsecrator q̄ omnes alii in Episcopali dignitate cōstituti præsentēs, & parati erecto capite: & extensa dextra, nō tamē mouentes se de locis suis benedicunt cōsecrandum tertio, ut in ordinario. Finita litania omnes surgunt: & cōsecrator stat ad infimū gradum sedis Papalis uertēs faciem ad altare, medius iter duos seniores Episcopos Cardinales: qui etiam stola n̄ habere debēt, & librum. Electus Pōtiffex ante eum stabit medius inter assistētes Diaconos uertens faciē suam ad faciē cōsecrantis. Episcopi, Archiepiscopi, Patriarche, qui aderūt parati cum suis libris omnes accedēt: & circulum facient: & omnia cum cōsecratore dicēt uoce tamē submissa depositis mitris, & omnibus stantibus. Episcopus Cardinalis a sinistris super Pōtificem dicit hāc orationē. Oremus adesto supplicationibus nostris omnipotēs Deus: ut quod humilitatis nostrę gerēdum est ministerio: tuę uirtutis compleatur effectū. Deinde Episcopus consecrator dicit orationem cum nota oremus. Propiciare quęsumus domine supplicationibus nostris: & inclinato super hūc famulum tuum cornu sacerdotalis gratię benedictionis tuę infunde in eum uirtutem. per dominum nostrum &c. qua finita usq; in unitate Spiritus Sancti deus, ponit librum Euāgeliorum apertum inter ceruicē, & spatulas electi: quem Diaconi Cardinales retinent usq; ad finem: & tam cōsecrator, q̄ alii duo Episcopi Cardinales ponunt primo manus super eius caput nihil dicentes, & similiter faciunt omnes præsentēs parati in Episcopatus ordine cōstituti. Cōsecrator autem extēsis manibus dicit præfationem consuetam, Per omnia secula seculorum &c. Honor omnium dignitatum, ut supra notauimus, quum electus Papa consecratur alio die, q̄ isto. Et ungit electi caput, deinde manus. Tum imponit ei annulū, & demum dat ei librum Euāgeliorum, & tãdem ambo lauantur, & mundātur: ut diximus, plene in eodem loco. Pontiffex sedet in faldistorio sibi parato in plano inter sedem eminentem, & altare dum lauat cōsecrator in alio loco sibi cōmodo, & lotus deponit paramēta Pōtificalia, & cum pluuiali, ac mitra assistit Pōtifici, ut prius. His finitis nō dicuntur illę tres orationes, quę dici solent: quando electus nō cōsecratur, quia erat Episcopus. Sed mox mundatis manibus, & capite ducitur ante altare, & de manu

prioris diaconorum accipit palliū de corpore, & altari Beati Petri sumptum, ut inferius dicemus. Et quidem omnia ab eo loco ubi incipit. Cantores, ut finierint kyrieelison, quiescāt.

Si electus Pōtiffex iam Episcopus est tantum benedicendus, & coronandus hac die, hoc modo proceditur.

Seruatis omnibus, quę supra diximus, usq; ad cātatum introitum, & kyrieelison. Papa facta cōfessione accipit imediate mitram: & sedet in sede, siue faldistorio sibi parato inter sedem eminentem & altare: & tres primi Episcopi accedūt ad Pōtificem: & faciem ante illius faciem tenētes sine mitra, illorum iunior super Pōtificem stantem sine mitra ipse in medio duorum stans primam dicit orationem uidelicet. Deus qui adesse nō dedignaris: ubicunq; deuota mente inuocaris: adesto quęsumus inuocationibus nostris, & huic famulo tuo. N. quem ad culmen apostolicum inditium tuę plebis elegisti: ubertatem superne benedictionis infunde, ut sentiat se tuo munere ad hunc apicem peruenisse. Secundam dicit imediate secūdus Ep̄s Cardinalis stans & ipse in medio: uidelicet. Supplicatōibus nostris omnipotēs Deus effectum cōsuetę pietatis impēde: & gratia Spiritus Sancti famulum tuum. N. perfunde: ut qui in capite Ecclesiarū nostrę seruitutis ministerio cōstituitur: tuę uirtutis soliditate roboretur. Et tertiam antiquior, Id est prior Episcoporum Cardinalium in eodem loco stās. uidelicet. Deus qui Apostolum tuum Petrum inter ceteros apostolos primatum tenere uoluisti: eiq; uniuersę Christianitatis molem super humeros imposuisti: respice quęsumus propicius hūc famulū tuum. N. quem de humili Cathedra uiolēter sublimatum in thronum eiusdem Apostolorum principis sublimamus: ut sicut profectibus tante dignitatis augetur: ita uirtutum meritis cumuletur: quatenus Ecclesiasticę uniuersitatis onus te adiuuante digne ferat. Et a te qui es beatitudo tuorum uicem meritam recipiat. per Christum dominum nostrum. Amen.

Dictis orationibus Papa etiam sine mitra accedit ad altare, & prior Diaconorum secundo adiuuante capit pallium de altari: & imponit Pōtifici, & dicit. Accipe pallium: sanctam plenitudinem Pontificalis officii ad honorem omnipotentis Dei: gloriosissime Virginis Marię eius Matris: beatorum Apostolorū Petri & Pauli, & Sanctę Romanę Ecelesię. Et firmat cum spinulis.

Accepto pallio Pontiffex accedit ad altare sine mitra: illud osculatur primum: & deinde librum Euāgeliorū: quem subdiaconus a sinistra parte offert. imponit incensum in turibulo Diacono Euāgelii offerente nauiculam, incensat altare more solito, & accepta mitra i cornu altaris stās: a Diacono incensatur. & in os recipit Diaconus tūc osculum, ut alias, sed ascendit ad Cathedram eminentem, & sedens recipit ad reuerentiā Cardinales & prælatos omnes paratos. Cardinales ad osculū pedis, manus,



## SACRARVM CERIMONIA RV M

& oris alios paratos, ad osculum pedis & manus. finita reuerentia surgit Papa sine mitra: & legit introitum & Kyrieleison sustinente librum Cardinali Episcopo: cum aliis assistentibus. Deinde in uoce dicit. Gloria in excelsis deo. Pax uobis: & orationes opportunas, uidelicet de die, & de Spiritu Sancto, & ultimo dicit secrete orationem pro se: que habetur in consecratione Episcoporum.

Dictis orationibus sedet Pontifex, & prior Diaconorum cum ferula descendit ad confessionem beati Petri cum subdiaconis, auditoribus, scriuariis (id est) secretariis, & aduocatis: quibus in duas acies distributis: ita ut in qualibet acie sint ex omnium ordine faciunt laudes Pontifici stantes capitibus detectis, Papa & omnibus aliis sedentibus in locis suis Prior Diaconorum incipit solus alta uoce quasi legendo. Exaudi Christe. subdiaconi, auditores, scriuarii, & aduocati respondunt: Domino nostro Innocentio a Deo decreto summo Pontifici, & uniuersali Papae uita. Et sic tertio dicitur per priorem, & totiens per illos respondetur. Subsequenter idem prior Diaconorum dicit. Saluator mundi. Et illi respondebunt. Tu illum adiuua, & sic ter dicitur & ter respondebitur. Deinde idem prior dicit. Sancta Maria. & illi respondebunt: Tu illum adiuua, & bis dicitur & bis respondebitur. Inde prior idem subiungit. Sancte Michael. & illi respondebunt: Tu illum adiuua. Et tunc deinceps semel dicitur, & semel respondebitur. sequitur prior.

Sancte Michael.

Sancte Gabriel.

Sancte Raphael.

Sancte Ioannes Baptista.

Sancte Petre.

Sancte Paule.

Sancte Stephane.

Sancte Leo.

Sancte Gregori.

Sancte Benedicte.

Sancte Basili.

Sancte Sabba.

Sancta Agnes.

Sancta Cecilia.

Sancta Lucia.

Finitis Laudibus dicitur Epistola latine, & deinde Graece, & proceditur in missa, ut alias, usque ad finem. Datur benedictio: Sed non publicantur tunc indulgentiae. Sacris missarum solemnibus rite peractis proceditur ad coronationem. Pontifex reassumptis chirothecis, & annulis cum omnibus paramentis suis: in quibus celebrauerat, & cum Cardinalibus,

## LIBER PRIMVS

XVI

prelatis, & officialibus omnibus, ut in missa paratis: procedit ad suggestum supra gradus basilicę Apostolorum principis ex materia constructum, & ornatum, ibique in sede eminenti sibi parata sedet: & cum omnes prelati conuenerint: & populus ex basilica in Aream exierit: Diaconus a sinistris deponit mitram consuetam e capite Pontificis: & Diaconus a dextris Tiaram, quod Regnum appellant, & triplici corona ornatum Pontificis capiti imponit populo acclamante Kyrieleison. Et Diaconus a dextris latine, a sinistris uero uulgariter publicant plenarias indulgentias. tum paratur processio ad Lateranum.

Sed quoniam plerumque antequam hec completa sint, hora est satis tarda, & longa ad Lateranum restat uia, multaque ibi adhuc sunt peragenda: consueuerunt aliquando Pontifices, & patres sustentationis gratia aliquantulum cibi sumere. paratur refectio in atrio domus Archipresbyteri basilicę Pontificis & Cardinalibus. pro aliis prelatibus in uicinis domibus canonicorum. Coronato Pontifice ueniunt ad refectioem, & interim paratur, que ad processionem sunt opportuna. sumpta refectioe Pontifex & omnes descendunt ad equitandum, & hoc ordine proceditur ad Lateranum. Primi incedent ualifarii Cardinalium suo ordine: & deinde eorum familie & omnes laici mixtim, ut eis placuerit. Tum per ordinem isti sequentur: totor, & sartor Papę cum ualifariis rubeis, in quibus sunt uestes, que pertinent ad sanctissimum dominum nostrum. familiares & scutiferi Papę, nobiles curie minores, & nepotes affinesque dominorum Cardinalium, scala Papę panno rubeo cooperta, quam portat equus albus ductus per unum ex parasfrenariis purpurea ueste indutum. Qui, postquam Papa ascendit equum cum ista scala: uadit in ordine suo, Dextra equi habenas, sinistra rubrum ferens baculum. hunc sequuntur Duodecim cursores Papę etiam rubris uestibus induti equestres portantes duodecim uexilla rubra bini & bini, Inde tredecim uexilliferi capitum regionum urbis cum suis uexillis cherubin aliquanto maioribus aliis uexillis, etiam uestibus rubris. & equestres omnes uexilliferi. Tum uexillifer populi Romani cum uexillo, & insigniis populi Romani. Deinde uexillum album cum cruce nigra quod portat procurator ordinis beatę Marię Theutonicorum, uexillum cum armis Papę quod aliquis magnus nobilis portat, & demum uexillum ordinis Hierosolimitani rubrum cum alba cruce: quod procurator eius portat. Isti quinque uexilliferi habebunt equos cataphractos, siue bardatos, & coopertos tela fericea usque ad talos equorum cum insignibus suis: ipsi autem erunt armati, ac si prelium essent ingressuri dempta galea cum lacernis ex tela etiam fericea cum insigni, & singuli uexilliferi habebunt quatuor pedites cum lacernis boccasinis cum insignibus dominorum. hunc ordinem uexillorum inueni seruatum. Sed mihi non placet: neque uidetur debitus ordo, nam non honoramus signum, nec signi figuram: sed signati dignitatem. unde po-

*Processio ad Lateranum*



SACRARVM CERIMONIA RV M

nimus uexillum ciuitatis, in qua est Pontifex: in principio, ut minus dignum. deinde uexillum ordinis beate Marie Theutonicorum in quo est Crux nigra in albo. Tum uexillum Pape, inde uexillum Ecclesie, & bene hactenus. demum in loco honorabiliori uexillum ordinis militaris Hierosolimitani cum alba cruce in rubro. quod mihi uidetur preter omnem convenientiam. nam signum crucis albe in rubro non est signum uniuersitatis Christianorum: sed illius tantum ordinis militaris, sicut & nigra in albo alterius ordinis est signum. Vniuersitatis autem christianae signum est crux rubra in albo: ergo uexillum ordinis Hierosolimitani non est preferendum signo Pape, aut signo Ecclesie. locus igitur suus est post uexillum ordinis Theutonicorum, & non post omnes. Si autem adesset uexillum cruciate crux rubra in albo, quia est uniuersale omnium christianorum: illud iure optimo ponendum esset in loco digniori. Post uexilla procedunt duodecim equi albi sine fessoribus phaleris aureis in stratis carmasinis ornati: quos duodecim para frenarii ducunt rubra ueste induti, & baculum rubrum in sinistra portantes. hos sequuntur quatuor nobiles: pilea quatuor carmasina supra baculos quosdam deferentes, qui scutiferi honorarii uocantur Cubicularii deinde sequuntur equitates in suo habitu. oratores laici, & non prelati simul cum baronibus & maioribus nobilibus. Tum subdiaconus apostolicus cum cruce Papali, & suis collegis parati: ut in missa & apud crucem duo magistri ostiarii cum suis uirgis, post hos duodecim familiares Pape rubra ueste induti portantes duodecim intorticia accensa ante sacramentum corporis Christi pedites: inde duo familiares sacriste equestres etiam rubro induti portantes laternas argenteas cum lumine ante sacramentum. Et post eos ducitur per familiarem sacriste rubro etiam indutum, & baculum in sinistra habentem equus albus mansuetus, ornatus: ut illi duodecim, portans sacramentum habens ad collum tintinabulum bene tintinnans. Et supra portatur baldachinum cum insignibus Pape & sacramento: per ciues Romanos qui iter se mutantur terdecies, ut una queque regio habeat suam partem. post sacramentum equitat immediate sacrista: qui ut ceteri prelati, habet equum totum coopertum bocafino, & ipse & omnes alii parati sunt: ut in missa cum paramentis, & mitris. Sacrista in manu gestat album baculum. Sequuntur deinde duo prefecti nauales, & in eorum absentia duo nobiles induti: ut aduocati & secretarii preter Almuciam. Et post eos ipsi secretarii, & aduocati cum Almuciam. Cantores deinde equitant cum superpeliciis. Tum acoluthi, clerici camerarum, & auditores cum superpeliciis supra rochetum. Subdiaconus Græcus, & latinus: & Diaconus Græcus: ut in missa.

Sequuntur de hinc prelati cum equis coopertis & ipsi cum mitra, & pluuiali. Abbates forentes, Episcopi, Archiepiscopi, Abbates urbis, Episcopi assistentes Pape, Patriarche, Diaconi cum dalmaticis, presbyteri cum

Amoluy

LIBER PRIMVS XXXVII

planetis; Episcopi Cardinales cum pluuialibus. procedunt duo Diaconi assistentes Pape: & inter eos medius prior Diaconorum, si ipse dixit Euangelium, prior Diaconorum ferulam in manu portare debet & totam processionem ordinare, & illa ordinata equitare in loco suo. Procedit tandem summus Pontifex super equum album faleratum coopertum a parte posteriori stragiola cramesina sub baldachino. quod octo magni nobiles, siue oratores portant. cum Papa per scalam, quam superius diximus, ascendit equum: maior princeps qui presens adest, etiam si Rex esset, aut Imperator stapham equi papalis tenet, & deinde ducit equum per frenum aliquantulum. Si Imperator: aut Rex soli essent id est non esset alius Rex: soli equum ducerent cum dextra manu. Sin uero esset alius Rex: dignior a dextra, alius a sinistra frenum tenerent. Si non sint reges Digniores ducant equum. Et postquam Imperator, Rex, siue alius magnus princeps aliquantulum equum duxerit: substituantur alii duo magni nobiles eorum loco & mutantur. Si uero Pontifex non equo, sed sella ueheretur quatuor maiores principes, etiam si inter eos Imperator, aut quiuis maximus princeps adesset in honorem Saluatoris Iesu Christi: sellam ipsam cum Pontifice humeris suis portare aliquantulum debent. Sed aderunt etiam quatuor ualidi Pontificis familiares: qui pondus sustinent, Ita ut principes ipsi in signum pie religionis, ac reuerentiae magis, quam ad onus subeundum manus apposuisse uideantur: qui etiam mutantur pro hominum, & itineris dispositione. Similiter & octo nobiles, qui Baldachinum super caput Pontificis ferunt: mutantur post aliquod spacium, & equos suos ascendentes in ordine suo equitabunt: eorum loco nobiles ciues Romani usque ad Lateranum Baldachinum portabunt: mutantur quoque per uices sicut de Baldachino sacramenti diximus, Ante Pontificem cōseruatores, capita regionum, & alii magistratus, ac nobiles urbis peditis prebunt, & prætoriani milites cum eis accincti ensibus circiter centum, & Baculum in manibus portantes ad custodiam corporis Pontificis. Circa Pontificem, aliquando ante, aliquando post equitabit marescallus, siue soldanus curiae, cum duobus sacculis pecuniarum ante sellam, & ipsas pecunias proiciet super populum ad pressuram dimouendam, ut infra dicemus. primum iactum pecuniarum faciet: cum Pontifex incipiet se mouere, alium apud pontem Hadriani, tum in Area apud montem Iordanum. Inde in Area parionis, deinde alium apud sanctum Marcum, postea apud Sanctum Adrianum, & demum ubicunque magnam pressuram apud pontificem uiderit, & ut facilius possit pertransire, ad partem transversam iaciat pecunias. Post pontificem, immediate sequuntur duo cubicularii secreti, medium tenentes Auditorem rotæ decanum: qui seruit de mitra. Et deinde duo medici cum

Stragiola

Baldachinum super caput Pontificis

Area parionis s. Angeli

C



secretario principali in medio, si ille non est p̄latus. Subsequitur deinde umbella rubri coloris: quam unus seruiens armorum, p̄ter galeam totus armatus eques portat. Postremo equitant Vicecamerarius, si non est paratus, & omnes p̄lati non parati, protonotarii, auditor cōtradictorum, si non sit paratus, & similiter corrector literarum: qui si sint parati, equitant in loco promotionis, & omnes togati, uicecamerarius baculum in manu portat. & pertinet ad eum curare, ut ordo a priore Diaconorum datus seruetur in processione. Et secundum antiquas consuetudines, camerarius Papæ non portat ferulam, si est Cardinalis: sed eius uicarius, & uicecamerarius. Quia non ad Cardinalem: sed ad camerarium id pertinet. Hoc igitur ordine ad Lateranum procedunt. Cum Pontifex peruenerit ad montem Iordanum: Iudei illi obuiam ueniunt, genuflexi legem Pontifici offerunt: lingua hebraica legem laudantes, & hortantes Pontificem, ut illam ueneretur. Pontifex uero illis auditis, in hanc sententiam respondet. Sanctam legem uiri Hebræi, & laudamus, & ueneramur, utpote quæ ab omnipotenti Deo per manus Moyfi patribus uestris tradita est: obseruatiã uero uestram, & uanam interpretationem Damnamus, atq; improbamus: quia Saluatorem quem adhuc frustra expectatis Apostolica fides iam pridem aduenisse docet: & p̄dicat Dominum nostrum Iesum Christum: qui cum patre, & Spiritu Sãcto uiuit, & regnat Deus. per omnia secula seculorum. Sed quoniam nonnunq̄ accidit, ut Iudei, populi multitudine opprimantur, solent aliquando impetrare pro eorum securitate, ut hoc faciant superante murali arcis sancti Angeli in angulo ad uiam, qua itur ad palatium.

Cum pontifex ad Ecclesiam Lateranensem peruenerit, descendit in porticum Ecclesiæ, & a Canonicis illius Ecclesiæ honorifice paratis, excipitur cum cruce. Descendit Pontifex ex equo: prior canonicorum Lateranensium offert crucem osculandam pontifici, quam Diaconus Cardinalis accipit, & ad os Pontifici: cui prius Tiaram extraxit: ponit. osculata Cruce Pontifici ponitur mitra, & regum datur in manibus auditoris: ipse uero Pontifex a priore, & canonicis p̄dictis ducitur ad marmoream sedem, ante portam principalem a sinistra stantem: quæ Stercoraria appellatur, & ibi cum sedere faciunt, qui ita tamen sedet, ut magis iacere uideatur, ad quem mox accedentes Cardinales eleuant eum honorifice dicentes: Suscitat de puluere egenum, & de stercore erigit pauperem: ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Surgens Pontifex, accipit de gremio camerarii sibi assistentis: quantum pugno potest complecti pecuniarum. Vbi tamen nihil prorsus sit argenti, aut auri, & spargit inter populum dicens.

Iudei  
Et Moysi ueniat

Videtur

Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo hoc tibi do. pons ligneus recta linea a porta Ecclesiæ principali ad altare maius excitatur cum pluteis hinc inde pectoribus tenus altitudo circiter quinque pedum, latitudo sex. aut septem qui altero ponti coniungitur simili modo constructo a porta, qua ascenditur per Ecclesiam ad Sancta Sanctorum uenienti, quod fit ut Pontifex a populi multitudine non opprimatur, circa altare a gradibus, & supra omnia circumcirca tabulis clausa esse debent, ut per pontem tantum capellam intrent. P̄cedentibus igitur canonicis & cantantibus. Te Deum laudamus: Pontifex cum Cardinalibus intrat Ecclesiam, & ante altare maius supra faldistorium procumbens sine mitra aliquantulum orat. Deinde surgens benedicit populo dicens. sit nomen Domini benedictum &c. Inde cum mitra ascendens ad sedem eminentem sedens recipit ad osculum pedis Canonicos Lateranenses. Deinde Pontifex, per ipsum pontem ascendit ad palatium Lateranum per portam, quæ est in Ecclesia. Et cum peruentum fuerit in prima aula, quæ aula concilii appellatur: sedet Pontifex in sede sibi parata apud tabulam lapideam in capite aulæ, quæ dicitur mensura Christi: Et hinc inde apud eum stant Domini cardinales. Prior uero presbyterorum Cardinalium stans ante Papam cōuenienti interuallo cum Subdiaconis, auditoribus, Aduocatis, & Scrinariis facit laudes Domino nostro, ut fecerat prior Diaconorum in Sancto Petro, Incipiens Exaudi christe &c. Prior presbyterorum p̄dictus: & alii qui faciunt laudes stant detecto capite. Pontifex uero sedet cum mitra, alii cardinales stant cum mitra. Hoc tamen fieri solebat in introitu ipsius portæ in primo plano anteq̄ ad aulam p̄dictam ueniat. commodetamen in hunc locum translatus est hic acutus propter illius loci angustiam. Finitis laudibus, Papa procedit ad capellam Sancti Siluestri. ibi ante portam capellæ sunt due sedes porphyreticæ perforatæ: & ibi sedet Pontifex super primam, Ad quem prior Ecclesiæ Lateranensis accedit, & genuflexus dat Pontifici ferulam in manu in signum correctionis, & regiminis, & clauis ipsius basilicæ: ac palatii Lateranensis: insignum potestatis claudendi, & apeririendi, ligandi atq; soluendi. Surgit deinde Papa cum ferula & clauibus & sedet in altera sede porphyretica ad aliam partem & ibi restituit eidem priori ferulam, & clauis, & ab eodem p̄cingitur super planetam sedens cum cingulo quodam sericeo rubro, cum bursa etiam sericea & rubra: in qua sunt duodecim lapides preciosi cum musco. Tum pontifex p̄cinctus, & sedens e gremio camerarii capit denarios argenteos omnifariam quotquot potest manu continere, & super populum spargens dicit. Disperfit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Et hoc tertio facit. In istis duabus sedibus Pontifex sedet: ut in prima stercoraria.

Ducitur deinde Pontifex ad sancta sanctorum, ubi super faldistorium



si ne mitra genuflexus orat. Inde surgens cum mitra reuertitur ad capellam Sancti Siluestri, in quam intrans sedet super sedem ibi paratam, tum deponit mitram, chirothecas, Pallium, planetam, & assumit pluuiale, & mitram simplicem, & sedens dat presbyterium hoc modo Cardinalibus duos aureos, & duos grossos argenteos. Veniunt Cardinales: & profunde caput inclinant ante Pontificem, porriguntq; & mitram apertam, in qua Pontifex immittit pecuniam: illi accepta pecunia manum Pontificis osculatur. pecunias capit Pontifex e gremio camerarii. Alii praelati genuflectunt ante Pontificem & accipiunt in mitra unum aureum, & unum grossum: & osculantur dextrum genu Papæ. alii uero praelati & officiales accipiunt in manu tantundem, & osculantur pedem. Dato presbyterio Pontifex cum Cardinalibus ascendit ad palatium Lateranensem: & si non facit solenne conuiuium deponit paramenta sua: intrat cameram: quiescit. & prandet: seu cenat. Cardinales ducuntur ad cameras sibi ordinatas. quiescunt. recreantur: & expectant Pontificem: si uult redire ad Sanctum Petrum eodem die. Sin autem reuertuntur domum.

De conuiuio solenni Pontificis cum Cardinalibus, & praelatis.  
Sectio. III.

Ed quoniam maiores nostri consueuerunt in die coronationis, & feria quinta in cena Domini solenne conuiuium celebrare iisdem ferme cerimoniis, aliquid etiam de solenni papali conuiuio hoc loco dicemus. Maxime cum etiam nostra ætate factum sit a Pio secundo: & Paulo item secundo summis pontificibus.

Parabitur igitur aula conuiuii: auleis: & pannis sericeis, aureisq; pro temporis, & loci conditione. In capite aule crit suggestus ad quem triplici gradu ascendetur longus pro latitudine aule. in medio surget quadratus thalamus palmi altitudine: super quo mensa paratur Pontificis. apud parietem crit sedes Papalis, ad quam paruo: & deinde magno scabello ascendetur: ornabiturq; sedes cum panno aureo pendente supra caput, mensa erit alta ad iustam proportionem sedentis a sinistra super suggestum. parabitur alia mensa pro credentia Papæ cum uasis aureis: & argenteis uino, & aqua, & aliis consuetis. Credentiam appellant mensam, supra quam uasa argentea, siue aurea ad conuiuium opportuna præparantur. Et similiter in diuinis, supra quam ad sacrificandum necessaria continentur. Dicitur & credentia actus ipse prægustationis cibariorum, & aliarum rerum. Hæc exponere uolumus, quoniam crebro de credentia mentionem facturi sumus. Antiqui cerimoniarum codices dressatorium dixerunt, a dextra parte aule: infra suggestum parabantur mensæ pro Episcopis, & presbyteris Cardinalibus, & paulo inferius, pro aliis præ-

latis. Et pro Cardinalibus erunt aliquanto altiores. & sedilia habebunt gradum unum, super quem tenebunt pedes Cardinales. a sinistra e regione mensæ Cardinalium parabitur mensa pro Diaconis Cardinalibus eiusdem altitudinis & cum gradu. Et inferius aliæ mensæ pro oratoribus, nobilibus, & officialibus. in fine aulæ: uel in aula præcedente, si erit commoda, parabitur magna credentia cum pluribus gradibus ad magnificentiam, & alia super longam mensam cum uasis, quibus in communis utentur.

Si huic conuiuio interesset Imperator, paratur pro eo sedes ad dextram Pontificis & mensa super plano suggestus super quam solus commedet Imperator. Sedes habebit scabellum paruum uiride & erit ornata panno aureo, non tamen habebit pendente supra caput, similiter parabitur pro eo credentia iuxta credentiam Papæ a sinistris, & ibi erunt familiares Imperatoris pro suo seruitio. Si uero adesset Rex aliquis paratur credentia pro eo paulo remotior ab ea. Sedes uero nulla paratur: quia sedet in mensa post primum Episcopum Cardinale. Imperator siue Rex habebunt tot seruitores: quot eis opportunum uidebitur. Cardinalibus uero singulis sufficiunt quaterni ministri, quorum unus uinum propinet, alter carnes concidat: alter de cultello fercula inferat. quartus prægustet uinum, & aquam, & alia subministret. Pontifici seruire solent nobiliores, qui sunt in curia laici, etiam si sint fratres, aut filii Regum præsertim in illorum præsentia. Pontifex igitur cum paramentis Pontificalibus si celebrauit illa die usq; ad Dalmaticam inclusiue: & cum sandalis inductus, supra Dalmaticam manto rubro aperto a parte anteriori, & mitram habens in capite supra fauonem medius inter Diaconos ducitur ad mensam. Cardinales & praelati omnes habent superpellicum super rochetum, siue supra uestes sui ordinis, si sint religiosi, & mitram albam in capite. supra superpellicum Cardinales & praelati seculares habent mantellum sine cauda apertum a parte ante, & coloris uiolacei siue obscuri. Religiosi si uero coloris sui ordinis sed eodem modo apertos. Ceteri omnes in suo habitu quotidiano. Aderunt familiares Pontificis & alii seruitores in copia. Aderunt etiam seruientes armorum bene ornati cum suis baculis argenteis, qui præire debent ante portantes fercula, & remouere multitudinem a uia.

Magister sacri hospitii, & magister domus prouideant in tempore de modo & ordine ferculorum, De seruitoribus, qui prius, & qui posterius, & quæ quælibet mensa habeat præfectos suos. Quæ uero prius, quæ deinceps, & per quos ferenda, & sic de aliis rebus opportuuis. Pontifex remota prius mensa, ad partem: sedeat in sede cum mitra & mantum post collum apertum, ut nihil ante pectus dependeat, Cardinales, Principes, & praelati & alii conuiuant stent ante mensas paratas. Nobilior laicus etiam



## SACRARVM CERIMONiarVM

Imperator, aut Rex aquam ad lauandas Pontificis manus, primo ferat hoc ordine. Magister sacri hospitii cum clerico cerimoniarum, quem ad esse oportet inordinandis his rebus omnibus: cum seruiantibus armorū. Et si Imperator, aut Rex aquam fere debet cum aliquibus etiam principibus sociatis: Imperatorem aut Regem ad credentiam ducit. Si est nobilis inferior: solus erit, & in credentia aquam prius a ministris probatam accipit in peluibus fertq; consuetis cerimoniis ad Pontificem, praeunte uno ex auditoribus cum mantili ad tergendum manus. Prior Episcoporum Cardinalium, & duo Diaconi assistentes: depositis in manibus seruiorum mantellis: & mitris sic in rochetto seruiunt Papae dum lauat, Episcopus aquam cum portante infundendo: & Diaconi mantile, quod ab auditore acceperant hinc inde tenendo. Dum Papa lauat manus: praelati & laici omnes genuflectunt, Cardinales & praelati stant capite detecto. Cum Papa lauerit reapertur mensa ante eum, & tres Cardinales qui illi seruiant capiunt suos mantellos: & mitras, & uadunt ad loca sua, & Imperator apud sedem suam primo stans lauetur suis cerimoniis, deinde Domini Cardinales lauentur stantes ante mensas cum ministris in capite, post eos lauentur praelati stantes sine mitris, & seculares (si qui sunt) detectis capitibus. Stabunt ante mensas lauantes eo ordine, quo sedere debent in mensa, Prior Episcoporum in capite ad Dextram: si aderit Rex aliquis, erit in secundo loco, si plures Reges, mixti erunt cum primis cardinalibus, primo Cardinalis: deinde rex successiue. Si erunt mixtim principes, aut Filii, uel fratres regū. Si non seruiunt Papae debet se reiter Diaconos Cardinales, uel post eos pro eorum dignitate, & conditione, primogenitus autem regis, quia Rex futurus putatur: post primum presbyterum Cardinalem erit. Sed nullo modo inter Episcopos. Et hoc tam in conuiuio, quam aliis publicis actibus: quibus nostro tempore aliquorum siue ambitione, siue ignorantia aliquando fit seruatum contrarium.

Consueuerunt antiqui ponere Patriarchas quattuor Ecclesiarum principalium inter Episcopos Cardinales mixtim, nostro tempore (credo propter declinationem, siue potius extinctionem illarum: cum sint quodammodo titulares): ponuntur immediate post Cardinales, Deinde assistentes Papae, tum oratores praelati, inde Archiepiscopi, Episcopi, Prototonarii, Abbates, Subdiaconi, Auditores, Clerici camere, & acoluthi. Ad sinistram uero erunt & cum eis Principes, quos prius diximus (si aderunt) post eos autem si praesentes erunt alii principes inferiores illi tamen, qui solent praecedere oratores Regum. Deinde erunt oratores laici, & non praelati, & cum eis senator, & tres conseruatores urbis. De aliis autem laicis, qui sunt extraordinarii, nihil ponimus, nam admitti solent ad uoluntatem Pontificis, & non ordinarie.

Aduertat tamen magister domus, ut prius cum clerico cerimoniarum ponat in scriptis nomina, & ordinem iuatorum ad conuiuium: & maxime laicorum. & si quae sunt contentiones de praesidentia: componatur prius, quod si ibi orientur: si nolunt componi: ambo contententes honeste iubeantur exire: Si tamen esset colorata contentionis causa, & non temeraria, quia tunc solus temerarius eiiciendus esset.

Quod autem de Imperatore Dicimus, intelligimus de Imperatore Romanorum non autem Graecorum. nam ille ut Rex tractatur. Poterunt lauari post primos plures eodem tempore. Postquam omnes lauerunt, Pontifex benedicit mensam stans sine mitra: & tunc Diaconi assistunt. finita benedictione sedet, Imponitur mitra: & Diaconi uadunt ad loca sua. & sedentibus omnibus ordine, quo steterant: portantur fercula. Primum ferculum portabit nobilior princeps, siue Imperator, siue Rex sit. Secundum alius dignior post eum, & sic successiue, & si erunt ex illis qui debent ante sedere in mensa: portato ferculo sedeant in loco suo. Et notandum quod Imperator, Rex, seu maximus princeps capit ferculum quod portare debet ad Pontificem extra portam aulae conuiuii ab aliquo familiari Pontificis illuc apportatum. alii inferiores pro ferculo ad coquinam uadunt. magister sacri hospitii, & magister domus baculos in manibus tenentes, & in habitu sibi condecienti deducunt portantes fercula, quae quidem fercula ad Pontificem, & Imperatorem tantum cooperta portari debent, aliis autem: etiam regibus detecta, & similiter uinum. possunt tamen portari. & debent maximis principibus usque ad aulam conuiuii, & deinde antequam appareant in conspectu Papae detegi. Item in praesentia Pontificis nulli omnino sit publice prae gustatio nisi ipsi Pontifici, & Imperatori tantum. pro Rege autem, aut maximo principe poterit fieri a suis si uoluerint in credentia, uel ubi capiunt fercula. Pro Pontifice & Imperatore fiet ibi unde capiuntur a dantibus, & in mensa a portante, & de omnibus rebus. Cum primum conuiuium incipietur in loco conuenienti ponatur pulpitem. & Subdiaconus, siue capellanus Papae aliquid de sacra scriptura legat usque in fine conuiuii. Interim cum silentio, & sine strepitu omnia administrantur quae diligentissime. Cum Pontifex biberit consueuerunt omnes assistentes propter Episcopos, & superioris dignitatis uiros genuflectere, quod seruari nostris temporibus uidimus: quibus in nullo cerimoniarum libro id legerimus. Epulis abunde ministratis fit secunda lotio manuum: & tunc secundus nobilis laicus portat aquam consuetis cerimoniis, prior Episcoporum Cardinalium, & duo Diaconi dimissis mantellis, & mitris, ut supra, seruiunt. deinde reuertuntur ad loca sua. lauantur & alii ordine suo, quo supra, sedentes tamen. & dum Cardinales lauant unus seruit alteri de mantili illud explicando, & tenendo. dum alius lauat & sic successiue. Ponuntur deinde uinum & confectioes, siue species, ut habent antiqui codices. & demum finito conuiuii lector dicit. Tu



## SACRARVM CERIMONIA RV M

autē Dñe miserere nobis. nisi sit in cena Dñi: quia tñc non profertur. Tu autem. Surgit Pontifex sine mitra assistunt ei Diaconi: & redduntur gratiæ, ut in ordinario. Omnibus completis reducitur Pontifex ad camerā suam. & alii ad propria diuertuntur.

Si autem solemne conuiuium huiusmodi fiet in die, quo Pontifex sacra publice non celebrauerit. Omnia, ut prædicta sunt, seruabūtur nisi de sacris uestibus. Papa indutus amictu, alba longa, cingulo, stola preciosa & manto rubro cum paruo caputio subtus. siue si calores erunt: sine manto cum caputio tantum ducetur ad mensam. Cardinales & prælati erunt in mantellis consuetis sine superpelliciis, & sine mirris. alia omnia ut supra. Aduertendum tamen qđ nunq̄ in conuiuiō Pontificis admittuntur mulieres, etiam si Imperatrix Regina, uel Pontificis consanguinea esset.

Quę mutantur, si coronatio Pontificis fiat extra urbem.

### Sectio. III.

q̄ Væ supradiximus de consecratione, benedictione, & coronatione Romani Pontificis omnia seruabūtur, etiam si extra urbem Romanam fient præter infra scripta. Cum papa ad ecclesiam uenerit, ubi ea fieri debent, canonici & capellani illius Ecclesię illi obuiam exhibunt processionaliter. Sed non recipientur ad osculum pedis, ut canonici Sancti Petri. Intrabit Pontifex in ecclesiam & in medio genuflexus orabit uersus altare maius. Deinde ibit ad capellam ubi paramenta capere debet conuenienti spacio ab altari maiore distante. ut commode processio possit inde explicari. alia omnia usq; ad actum coronationis fient, ut dictum ē, sed ipsa coronatio fiet supra gradus uel loco commodiori, & magis in conspectu populi. nam ibi parandus erit suggestus, ubi maius erit spaciū ad capiendam multitudinem. Pōtifex ornatus poterit equitare cum solempni processione, ut ad Lateranum cōsueuit: ad aliquam aliam Ecclesiam, & in uia fient iactus pecuniarum, & iudei obuiabunt cum lege & respondebitur, & fiet, ut i uia ad Lateranum, Et cum peruenerit ad dictum locum descendet, & super sedem in loco honesto sibi in introitu Ecclesię preparatam sedebit, & tunc extrahetur sibi regnum, & imponetur sibi mitra. & astantibus sibi hinc inde Diaconis, & deinde in ordine aliis Cardinalibus a priore presbyterorum Cardinalium cum subdiaconis & aliis officialibus cōsuetis fient laudes. Exaudi Christe, ut dictum ē superius. tum Pōtifex ascendit ad altare maius præcedēte clero illius Ecclesię, & cantate. Te deum laudamus, procūbet super faldistorio ante altare maius ad orationē sine mitra, & finito Te deum: factaq; oratōe ascēdet ad altare, & benedicet populo, deinde assumpta mitra ascēdet ad sedē eminentem, & dat presbyterum Cardinalibus, & prælati. & finitis omnibus uadit ad locum, ubi ordinatum est cōuiuium, uel ad cameram suam, si

## LIBER PRIMVS XXI

priuatim prandet, Et omnia seruātur: ut in urbe, quę seruari possunt.

De aduentu, & coronatione electi in Imperatorem Romanorum.

### Sectio. V.

### Cap. I.

e Lectus Rex futurus Romanorum Imperator primum consueuit electionem suam per suos solemnes oratores Summo Pontifici intimare, & decretum electionis ostendere, deuotionem ac fidelē reuerentiam exhibere, fauorem & gratiam Apostolicę sedis implorare, offerre se ad quęcunq; fidelitatis iuramēta Romanę Ecclesię præstāda: & demum unctionem, consecrationem: & Imperii Diadema humiliter postulare. Pōtifex uero cōsueuerunt uiso decreto, & examinata electione in sacro Senatu, habitoq; sufficiēti informatiōe tam super forma electionis, q̄ super idoneitate, & habilitate personę electi per cōmissarios a se constitutos ad instātiā dicti electi ipsum electum in spiritualem filium suum, & Ecclesię Romanę suscipere: illiq; fauorem & gratiam concedere, & ipsius regis electi persona idonea reputata: eum nominare, denūciare, assumere, & declarare Regem Romanorum: ac etiam habilē, & sufficientem declarare ad suscipiendam Imperialis celsitudinis dignitatē: decernere cōsecrationē, & coronationē per manus suas eē impēdendas, & suplere omnes defectus &c. hoc seruatum legimus i Karolo quarto a Clemente sexto. & antea in Henrico septimo a Clemente quinto. & in Alberto eius predecessore. & Rodolfo patre a Bonifacio octauo. & a pluribus aliis. & in Venedlao Karoli quarti filio, quem pater adhuc uiuēs in Romanorum regem ab electoribus designari procurauerat: cuius rei approbationē: cum Gregorius undecimus, ad quem delata erat, morte præuentus decernere non posset: Urbanus sextus eius successor legitime cōfecit.

Quod ueniente Imperatore mittatur legati Apostolici. Cap. II.

e Lectus igitur Romanorum Imperator cum statuerit urbem petere ad Imperiale Diadema de manu summi Pōtificis suscipiendū primum cōuenit per nuncios suos cū Romano antistite de modo & tempore intrādi, ut Pōtifex rebus opportunis consulere possit, deinde cum Pontifex nouerit cesarem iam Italiam intrasse mittit illi obuiam duos legatos de latere, qui illum conueniant anteq̄ terras Romanę Ecclesię ingrediatur. Et post gratulationes salutationem, & benedictionem nomine Pontificis: honesto modo exigunt ab illo Iuramentum solitum præstari ab electis Imperatoribus anteq̄ intrant agrum Romanę Ecclesię in forma, qua in decretis cauetur uidelicet. Sanctissimo Dño nostro. Dño. N. diuina prouidētia Papę. Ego. B. Rex Romanorum promitto & iuro per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, & per lignum uiuificę Crucis & per has reliquias sanctorum, qđ si pmittente Dño Romā uenero Sanctam Romanam Ecclesiam & sanctitatem suam, rectorem ipsius



exaltabo secundum meum posse, & uitam, membrum nūq̄ neq; ipsum honorem quem habet mea uoluntate, meo consilio, meo consensu, aut mea exhortatione perdet, & in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quę ad sanctitatem suam, aut ad Romanos pertinent sine uestro cōsilio. Et quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem peruenerit sue sanctitati reddam, & cuiuscūq; Italicum regimen cōmisero: iurare faciam illum, ut adiutor sue sanctitatis sit ad defendendam terram sancti Petri secundum suum posse, Sic me Deus adiuuet, & hęc Sancta Dei Euangelia. Aliquando oratores electi quando ueniunt ad intimam electionem: & ad petendum approbationem nomine electi Regis solent prestare supradictum iuramentum si habent ad hoc speciale mandatum. Hoc iuramentum Federicus tertius Imperator, qui adhuc regnat, dū Senis esset in manibus legatorum Apostolicorum Anno salutis quinquagesimo primo supra mille & quadringentos prestavit, & ante eum plures alii prestiterunt. Dehinc: ut primum Ecclesie territorium ingressus ē Cæsar consuevit cum sua familia expensis Pontificis ali. q̄diu & Romę & in agro Romano fuerit Nicolaus quintus quibus Federico predicto cum familiaribus quingentis tantum expensas promiserit: longe tamen plures exere suo aluit. Vt Sutrium uenit Cæsar uel locum urbis uicinum: ita ut pridie post applicare ad urbem possit: legati Apostolici illum cum aliquibus prelati a Pontifice missis, qui necessaria curent, dimittunt & Romam perueniunt. Sequenti die electus Imperator Romam uersus capit iter, cui honoris gratia obuiam mittuntur a Pontifice prelati, barones, & curiales hoc ordine, ut in Federici aduentu seruatum est. Primi ad sextum lapidem Columneses pceres cum suis amicis, & clientelis, & mox Vrsini atq; alii barones urbis, tum Pontificis copie, quę assunt cum illarum prefecto, Inde uicecamerarius cum prefecto urbis, Senatore, conseruatoribus, officialibus, & aliis nobilibus ciuibus Romanis, deinde ordines curie cum regente Cancellarie sine aliquo alio prelato, Demum alii prelati domestici Pontificis cum omni eius familia, & tandem Sacrum Cardinalium collegium ad radices montis iuxta domum leproforum Cæsarem expectabunt. Hi omnes distinctis iteruallis Imperatori electo obuiabunt. Oratores uero principum si qui in urbe erunt pro suo libito obuiam procedent. Cardinales, ut Cæsarem conuenient, cōgratulationibus, & oblationibus factis nomine Pōtificis, & collegii, illum habentes medium inter duos primos Episcopos Cardinales deducunt usq; ad tentorium, siue alium locum sibi deputatum extra urbem, nam Cæsar non consuevit eadie, qua appulit: urbem intrare, sed pernoctare saltē una nocte extra mentia in campis. Cardinales & alii omnes postq̄ Cæsar ad locum Deputatum peruenerit: in Urbem reuertuntur. Consueuerunt etiam electi Imperatores hac die anteq̄ ponticulum, qui primus ante ingressum urbis post

descensum montem occurrit, pertranseant, prestare iuramentum Romanis in hanc formā. Ego Karolus Rex Romanorum futurus Imperator iuro me seruaturum Romanis bonas consuetudines suas: Sic Deus me adiuuet.

De urbis ingressu Imperatoris.

Cap. III.

Ostera die Cæsar per portam, quę ē sub arce Sancti Angeli hoc ordine quasi triumphans ingreditur. primi duo equites uexilla duo Cæsaris portant, alterum Sancti Georgii, quod ad Sueorum pertinet custodiam, Aquilę alterum. hos sequuntur Cæsaris cohortes armate, tum nobiles proceres, & togati eius. Inde oratores regum, & principum, qui adsunt. Tum si quis adest Rex: aut maximus princeps: ut fuit cum Federico Rex Vngarię, & Bohemię Ladislaus. Et tunc sequitur prefectus urbis, & Senator. Et ad prefectum quidem pertinebat nudum ensē ante Cæsarem ferre. Federico tamen marescallus suus non prefectus gladium pertulit. Inter istos autē, & Cæsarem nemo equitare debet, nisi marescallus, si prefectus non prefert ensē. incedit deinde Cæsar solus equitans, & post eum prelati cōsiliarii proceres inermes: & alii togati sui. Deinde modico interuallo Imperatricis familia: si uxor uirum sequitur succedere debet, ante illā nobiles & prelati, & post Matrone, Virgines, & pediseque, circa illam uero solā equitantē pedites multi. ultimo incedunt Ecclesiasticę copie pompā claudentes. Portā ipsam qua sub arce ingrediuntur nostri codices falso Collinam appellāt. Collina autē porta non est in nouis Leonis Pape suburbiis: sed in antiqua Roma: Quirinalis primum dicta. deinde Collina (ut scripsit Varro) a pluribus montibus, qui in Quirinali monte continebantur. hodie Salaria nuncupatur, quia inde uia salaria itur. In porta igitur, quę sub arce est (nō Collina) celerus urbis sacris uestibus ornatus cū crucibus, & sanctorū reliquiis, presidente Vicario urbis, & aliis Ecclesiarum prelati infulatis Cæsarem expectant, adueniēti cruces deosculādas offerunt, & eum incensant: ac cantantes. Ecce mitto Angelum meum &c. procedunt usq; ad gradus basilicę principis Apostolorum. Ciues autem digniores baldachinū supra Cæsaris caput portant, Cōseruatores freno equum ducunt. Cū uero est ī magna Area ante gradus, prefectus & Senator id gerunt. Et descendente ex equo Cæsare prefectus stapham tenet, deinde ante eū precedit. Inter equitandum autē Cæsaris Camerarius pecuniam spargere cōsuevit, ut diximus in coronatione Pape de soldano. In plano supra gradus basilicę ante primū porticum ad dextram ascendētibus erigitur suggestus ornatus cum throno Pontificali, & sedilibus Cardinalium prelatorum: & aliorū officialium, ut supra descripsimus in coronatione Pōtificis. supra quem suggestum Pōtifex pluuiali, & mitra preciosis indutus ascendit cum ordinibus curię paulo antea, q̄ Cæsar appareat. Electus Imperator cum suis



omnibus seruato ordine: ut equum descendit per gradus ascendit suggestum. Et ut primum Pontificem uidet, detecto capite illum genu terram tangens ueneratur. Et iterum cum appropinquat ad gradus sedis: genu flectit, demum ad Pontificis pedes peruenit: illos in reuerentia Saluatoris deuote osculatur, Pontifex hilari uultu Cesarē aspiciens ad osculū manus, & oris recipit. Tum Cesar iterum genu flexus auri massam ad pedes Pontificis offert, habetque uerba ad Pontificē gratias agens pro honore suscepto, prout ei uidebitur, Pontifex benigne illi respondens illū subleuat, & summe caritatis declaratione amplectitur. Et stante ibi ad dextrā Pontificis Cesare, Pontifex recipit Imperatricē ad osculū pedis, & manus. Regē uero si quis, adest ad osculū pedis manus, & oris, alios autē prelatos, proceres & nobiles Cesaris ad osculū pedis tantū. His finitis surgit Pontifex & manu sinistra Cesarem capiēs e suggestu descendit, & pariter ad secundum usque Ecclesie porticū cū eo progreditur. Deinde Pontifex palatiū ascendit ad camerā suā reuersurus, & Cesar duobus aut quatuor Cardinalibus sociatus tēplū ingreditur: Apostolorū sacras reliquias ueneraturus cū suis omnibus. Inde ad loca cuique destinata diuertuntur. Cesar ipse in palatio Apostolico recipi consueuit: Augusta uero in aliquo loco uicino: Cesar postera die: opportuno tēpore ad Pontificē accedet. Et cum sua sanctitate de incubentibus ad solēnitatē pertractabit. Statim de die coronationis. Et si qua erunt prius peragenda deliberabunt: ut Federici tēpore factum est, qui ante diē Imperialis coronationis inter missarū solēnia benedictionē Imperialē cum sponsa sua Heleonora Regis portugallie filia suscepit. Et Corona regni Langobardici: siue Italici quam superiores Imperatores Modetiē suscipere consueuerunt. Cū Federicus pestis timore illuc accedere nō potuisset: Pontificis Nicolai manibus coronatus est in basilica Petri apud altare maius, quę corona ferrea: (licet aurea sit) nuncupatur.

Cerimonias in coronandis Regibus seruandas in libro Pontificali, quę nuper emēdauimus plene conscripsimus. Proinde eo diligentem lectorem relegamus.

Et notandū quod Cesar anteq̃ coronetur Imperiali Diademate sedet post primū Episcopū Cardinalē. Et si quis Rex adest, sedet tunc post primum presbyterum Cardinalē. Cum uero Cesar erit coronatus: tunc sedebit in sede sibi parata inter Papā: & primū Episcopum Cardinalē. & tunc Rex erit post primū Episcopū Cardinalē. Adueniēte die statuta Imperialis coronationis, quę cōuenientissima ē in Dominica Letare in medio quadragesime (ut Durantes in rationali diuinorum scripsit). Et ita a Nicolao Quinto in coronatione Federici seruātū est. Ecclesia Sancti Petri: & capella maior erunt decenter ornate, ut in maximis solēnitatibus, cum Pontifex est celebraturus diuinā solent ornari, & preter cōsuetā erit

gant duo suggestus hinc, & inde extra cancellos capelle, alter pro Imperatore electo ad sinistram ueniētibus, alter a dextra p Imperatrice. & ornatur tapetis, auleis, sedibus, scabellis, & aliis opportuis Ecclesia tota, & maxime capella. D. Gregorii. D. Mauriti, & quę. D. Marię i turribus appellata extra Ecclesiā in prima porticu sub turri campanaria ē, bene mūdentur: ornenturque. Imperatrix uero, anteq̃ Pontifex descēdat ad Ecclesiā: cum suis ornata preueniens suggestum sibi paratum cōscendit. Summo igitur mane Pontifex cū Cardinalibus, prelatis, & aliis officialibus paratis colore tēpori: & missę cōgruis: ueluti ad supplicationē: & sub baldachino descēdat ad Ecclesiā, & prēmittat duos Diaconos Cardinales cum suis cappis lancis ad Cesarē, qui eum cōgruo tēpore ad ecclesiā deducant. Pontifex facta reuerentia ante altare accedet ad sedē, ubi consueuit accipere paramēta, & ibi recipiet ad reuerentiam omnes prelatos paratos. incipiet tertiam, & accipiet sandalia: ut alias, & dicta oratione induitur omnibus paramētis Pontificalibus. Interim Cardinales qui sunt cum Cesare: ut primum cognouerunt Pontificē intrasse Ecclesiā: & ipsi cum Cesare: & omni sua comitiua ad Ecclesiā descēdant. & egressi primā palatii portam: per primas Ecclesie portas, quę super gradus basilicę patent, ingrediantur porticum ad capellā, quę uocatur beatę Marię inter tures ibi a canonicis, & collegio Ecclesie occurrenti recipitur. Quo deductus Cesar ad altare dicte capelle i manibus primi Cardinalis presentis, & nomine Pontificis recipientis beato Petro, summo Pontifici, & suis successoribus solitum iuramētum prestabit i forma subscripta uidelicet. Ego. N. Rex Romanorum adiuuante Dño futurus Imperator promitto spōdeo, & polliceor, atque iuro Deo, & beato Petro me de cetero protectorem: atque defensorem fore summi Pontificis: & Sanctę Romanę Ecclesie in omnibus necessitatibus: & utilitatibus eius custodiēdo, & conseruādo possessiones, honores, & iura, ac ius, quātum diuino fultus adiutorio fuero secundum scire: & posse meum recta, & pura fide, Sic me Deus adiuuet, & hęc Sancta Dei Euangelia. Tum indutus superpellicio & almucia recipitur a canonicis Sancti Petri in canonicum, & in fratrem, quos omnes stans ante altare dicte capelle recipit ad osculum pacis. Inde precedente clero, & cantante respōsum, Petre amas me: tu scis Dñe quia amo te. Pasce oues meas. Verū. Simon Ioannis amas me plus his: tu scis domine, quia amo te. Pasce &c. Alii Cesaris proceres suo ordine deueniunt ad portam Principalem ipsius basilicę, quę argentea nominatur: & ex quinque media est. Interim duo Episcopi Cardinales post priorem antiquiores facta reuerentia Pontifici cum suis mitris: & pluuialibus ueniunt ad predictam portam, dum Cesar adhuc est in dicta capella inter tures. Et ante eum iunior Episcopus Cardinalis stans sine mitra supra Cesarem genu flexum orantem dicit hanc orationem, Oremus. Deus in cuius manu



## SACRARVM CERIMONIA RV M

corda sunt regum, inclina ad preces humilitatis nostre aures misericordie tue: & huic famulo tuo regi ueram appone sapientiam, ut hauit de tuo fonte consilii, & tibi placeat, & super omnia preccellat. per Christum Dominum nostrum amen. finita prima oratione intrant Ecclesiam Cesare incedente semper inter duos Diacones Cardinales predictos. Et inmediate precedentes duobus Episcopis Cardinalibus prefatis, & flectentes ad sinistram perueniunt ad capellam Sancti Gregorii: ubi Imperator sedes deposita Almutia primo induit sandalia, deinde stans tunicellam, & deum Imperiale paludamentum, & mox inde procedens ad medium Ecclesie: ubi rota est porphyretica, uenit: & ibi ab alio Episcopo Cardinali sibi assistente dicitur super eum alia oratio uidelicet. Deus inenarrabilis: auctor mundi, conditor generis humani, gubernator Imperii, confirmator regni: qui ex utero fidelis amici tui Patriarche nostri Abraham precegesti regem seculis prefuturum. tu presentem regem hunc cum exercitu suo per intercessionem Sanctorum uberi benedictione eternitatis circunda, ut semper maneat leti: & triumphans in pace uictores. per Christum Dominum nostrum. Amen. Procedunt deinde ad confessionem beati Petri sub altare: ubi procumbit super faldistorium Imperator, & duo Episcopi Cardinales ascendunt capellam: & uadunt ad sedes suas, prior autem Diaconorum, ac prior presbyterorum parati descendunt ad eum, atque hinc inde genuflectunt, & Diaconus ipse facit litaniam procumbens ad sinistram, omnibus alta uoce replicantibus, & flexis genibus permanentibus. finita litania surgit prior presbyterorum, & super Caesarem adhuc procumbentem dicit. Pater noster, & ne nos. Saluum fac seruum tuum. & deus meus sperate in te. Ver. Esto ei Domine turris fortitudinis. & a facie inimici. Ver. Nihil proficiat inimicus in eo. & filius iniquitatis non apponat nocere ei. Ver. Domine exaudi orationem meam. & clamor meus ad te ueniat. Ver. Dominus Vobiscum. & cum spiritu tuo. Oremus. Precede que sumus Domine famulo tuo dextram celestis auxilii, ut te toto corde perquirat, & que digne postulat, assequatur. Actiones nostras quesumus Domine aspirando preueni, & adiuuando prosequere, ut cuncta nostra oratio: & operatio a te semper incipiat, & per te cepta finiatur. per Christum Dominum nostrum Amen. Et cum Diacono his finitis reuertitur ad locum suum inter alios Cardinales. Dum ultime orationes dicuntur per presbyterum Cardinalem: prior Episcoporum Cardinalium: cum pluuiali stola: & mitra descendit ad Imperatorem, & simul cum duobus Diaconis finitis orationibus, ducit illum ad altare Sancti Mauricii, ubi stans cum mitra inungit brachium dextrum Caesaris, & scapulas cum oleo exorcizato in modum crucis, & deposita mitra dicit. Oremus Deus omnipotens, cuius est omnis potestas, & dignitas: te supplici oratione: atque humilima prece deprecamur, ut huic famulo tuo. N. prosperum Imperatorie maiestatis cōce

## LIBER PRIMVS

XXIII

das effectum, ut in tua protectione constituto: ad regendum Ecclesiam tuam sanctam: nihil ei presentia officiant, futura nihil obstant: sed inspirante Sancti Spiritus dono: populum sibi subditum equo iusticie libramine regere ualeat, & in omnibus operibus suis te semper timeat, tibi que iugiter placere contendat.

Deus Dei filius Iesus Christus Dominus noster, qui a Patre Deo participationis unctus est pre participibus suis: ipse per presentem sacri Vnguenti infusionem Spiritus Paracliti super caput tuum infundat benedictionem, eandemque usque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc uisibili, & tractabili dono inuisibilia percipere, & temporali regno iustis moderatiōibus eternaliter coregnare ei merearis, qui sine peccato Rex regum uiuit cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum Amen. Interea adducitur Imperatrix si adest, & similiter perungitur in eisdem locis. deinde dicitur per eundem Cardinalem Episcopum oratio super eam cum mitra, quia ad eam non ad Deum oratio dirigitur. Spiritus Sancti gratia nostre humilitatis officio copiosa in te descendat, ut sicut manibus nostris licet indignis oleo materiali oblitata pinguescis exterius: ita eius inuisibili unctione delibuta impinguari merearis interius, eiusque Spirituali unctione perfectissime semper imbuta: & illicita declinare tota mente, atque spernere discas: & ualeas. & utilia anime tue iugiter optare: atque operari queas: & opereris auxiliante domino nostro Iesu Christo: qui cum Patre, & Spiritu Sancto uiuit & regnat deus &c. Et hec quidem fiunt ad altare beati Mauricii: nam ad altare beati Petri nemo in iungitur, nemo ordinatur, nisi Romanus Pontifex solus. His completis Imperatrix ad suum suggestum reuertitur. Et Caesar cum Episcopo Cardinali: & Diaconis ad Pontificem. Diaconi acceptis suis Dalmaticis, & mitris in manibus uadunt ad reuerentiam Papae: qui descendens de sede sua procedit ad altare supplicandum more solito: & recipit ad osculum oris, & pectoris tres presbyteros Cardinales assistentes: genuflexo super suum faldistorium permanente facta confessione Pontifex accedit ad altare, osculatur: & incensat: ut alias, deinde recipit ad osculum oris, & pectoris primo Cesare, deinde tres suos Diaconos Cardinales: & mox ad eminentem sedem ascendit, & Caesar ad suum suggestum cum suis principalibus: & ministris deducitur. Cum Pontifex decessit a latere: ministri Caesaris afferunt gladium cum sua uagina, & cingulo: coronam, sceptrum, & pomum danda suo tempore Imperatori, & Imperatrici, que per sacristam: & clericum ceremoniarum locantur super altare. Interim uero, dum Pontifex facit confessionem, incipit chorus Introitum & Kyrie. Pontifex uero in sede eminenti stans sine mitra legit Introitum, & procedit in missa: ut alias usque ad dictam Epistolam, & graduale. Sed post orationem diei dicit pro ipso Imperatore hanc orationem. Oremus Deus regnorum omnium, & christia



ni maxime protector Imperii: da seruo tuo. N. Imperatori nostro triumphum uirtutis tuę scienter recolare: ut qui tua constitutione sit princeps: tuo semper munere sit potens. Pro secreta. Suscipe Dñe hostias Ecclesię tuę pro salute famuli tui. N. supplicantis: & protectione fidelium populorum antiqua brachii tui operare miracula, ut superatis inimicis secura tibi seruiat christiana libertate per Dñm nostrum Iesum Christum filium tuum &c. Post cõmunionem. Deus qui ad predicandum eterni regni Euangelium Romanum Imperium preparasti pretede famulo tuo Imperatori nostro N. arma cęlestia, ut pax Ecclesię nulla turbetur tempestate bellorum per Dominum nostrum Iesum Christum &c.

Dum cantatur graduale Cęsar descendens e suggestu uenit ad pedes Sanctissimi Dñi nostri deducuntibus eum duobus Diaconibus Cardinalibus paratis. & unus ex clericis camerę ex altari accipit gladium cum sua uagina: & illum ad priorē Diaconorum stantem ante Pontificem ad dextram portat, quę Põtifex uagina extractum de manu ipsius Diaconi accipiens: Imperatori ante se genuflexo in dextra manu tradit, ipse cum mitra sedens: ac dicens. Accipe gladium de super beati Petri Apostoli corpore sumptum per manus nostras licet indignas, uice tñ: & auctoritate Dei omnipotentis: & beatorum Apostolorum cõsecratus Imperialiter tibi concessum, nostręque benedictionis officio in defensionem Sanctę Matris Ecclesię diuinitus ad uindictam malefactorum: laudem uero bonorum. Et memor esto de quo psalmista prophetauit dicens. Accingere gladio tuo super femur tuum potētissime me, ut in hoc uim equitatis exerceas, per eundem molem iniquitatis potētissime destruas, & Sanctam Dei Ecclesiã: eiusque fideles propugnes, atque protegas: neque minus sub fide falsos, quã christianam nominis hostes exteraras: atque dispergas. uiduas, atque pupillos clemēter adiuues: atque defendas, Desolata restaures, restaurata cõserues. ulciscaris iniusta, cõserues benedicta: quatenus hoc agedo uirtutum triumphator gloriosus, Iustitię cultor egregius: cum mundi Salvatore, cuius typum geris in nomine eius sine fine regnare merearis. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto uiuit &c.

Finata oratione Diaconus accipit gladium: & reponit illum in uagina, quã habebat in manu: & simul cum Põtifice accingit illo Cęsarem dicente Põtifice. Accingere gladio tuo super femur tuum potētissime. Et attēde, quia Sancti non in gladio: sed per fidem uicerunt regna. Accinctus gladio Imperator: & miles beati Petri effectus: surgens euaginat gladium, ter illum uibrat, deinde reponit in uagina, & iterum genuflectit, cui Põtifex pomum de altari: & sceptrum, ut de gladio diximus, ad eum portata in manu dextra pomum, & in sinistra sceptrum ponit dicens. Accipe uirgam uirtutis: atque ueritatis, qua intelligas te obnoxium mulcere pios, terrere reprobos, errantes uiam docere, lapsis manum porrigere, disperdere superbos, & releuare humiles. Et aperiat tibi ostium Iesus Christus dñs noster qui de semetipso ait ego

ait: ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur. qui est clauis Dauid & sceptrum domus Israel, qui aperit & nemo claudit. claudit & nemo aperit. Sitque tibi auctor qui eduxit uinctum de domo carceris sedentem in tenebris, & umbra mortis, & in omnibus sequi merearis eum, de quo Dauid propheta cecinit. Sedes tua Deus in seculum seculi: uirga directionis: uirga regni tui. Et imitando ipsum diligas iusticiam, & odio habeas iniquitatem: quia propterea unxit te Deus tuus ad exemplum illius, quem ante secula unxerat oleo exultationis pre participibus suis Iesum Christum dñm nostrum: qui cum eo uiuit, & regnat Deus &c. Demum Imperialē coronam cum sua Tiara allatam sibi ex altari (ut de aliis diximus) imponit super eius caput dicens. Accipe signum glorię: & Diadema regni coronam Imperii. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: ut spreto antiquo hoste, spretilque contagii uitiorum omnium sic iusticiam, misericordiam, & iudicium diligas, & ita iuste, pie, & misericorditer uiuas: ut ab ipso dño nostro Iesu Christo in consortio sanctorum eterni regni coronam percipias, qui cum Patre: &c. Et mox Imperator osculatur pedes Põtificis: & surgens discingit gladio, eumque armigero suo tradit. Et ipse cum corona, sceptro, & pomo procedens, ab illis duobus Diaconibus ducitur ad sedem Imperialē, paratam sibi a dextra Põtificis inter Põtificem, & priorē Episcoporum Cardinalium: quę sedes altior erit sedibus Cardinalium, & humilior Papali sede. habebitque aureum panum post tergum, & paruū scabellum ad pedes, & ibi sedebit quousque Imperatrix coronetur. Imperatrix uero ducetur ab eisdem ad Põtificem, qui surgens sine mitra super eam genuflexam dicit hanc orationem. Deus, qui solus habes immortalitatem, lucemque habitas inaccessibilem, cuius sapientia in sua disponenō fallitur, qui facis cuncta, quę futura sunt, & uocas ea, quę non sunt: sicut ea, quę sunt, qui superbos equo moderamine de principatu deiicis, atque humiles digniter in sublime prouehis: ineffabilem misericordiam tuam supplices exoramus: ut sicut Hester reginam israheliticę cę salutis de captiuitatis suę cõpede solutam: ad regis Assueri thalamum, regnique sui consortium trāsire fecisti: ita hanc famulam tuam. N. humilitatis nostre benedictione christianę plebis salutis gratia ad dignam, sublimemque Imperatoris nostri copulam, & Imperii sui participatum trāsire cõcedas, & ut in Imperiali federe coniugii semper permanes pudica proximam uirginitati palmam continere queat, tibi que Deo uero, & uiuo in omnibus, & super omnia iugiter placere desideret, & te inspirate: quę tibi placita sunt, toto corde perficiat per Christum Dñm nostrum Amen. Deinde sedens cum mitra accipit coronam Imperialē de manu prioris Diaconorum Cardinalium ex altari allatam, & imponit super illius caput dicens. Officio nostre indignitatis. N. Imperatrix solēniter benedicta Accipe coronam Imperialis excellentię: quę licet ab indignis, Episcopalibus tamē manibus capiti tuo imponitur: ut sicut auro, & gemis redimita enites, ita & iterius auro sapien



## SACRARVM CERIMONIA RV M

træ uirtutumq; gémis te omnipotens decorari cōcedat: quatenus post oc-  
casum huius seculi cū prudētibus uirginibus spōso perenni Dño nro Iesu  
Christo, digne, & laudabiliter occurrēs regni cælestis aulæ ingredi merea-  
ris ianuā Eodē Dño nostro Iesu Christo auxiliante, qui cū patre & c. Et co-  
ronata statim osculatur pedes Pontificis, & surgēs inducitur tam ipsa, q̄  
Cæsar simul ad suos suggestus: ubi i sedibus sibi paratis Locatur, & sedēti-  
bus Imperatore: & Augusta in sedibus cū Imperialibus ornāmētis: prior  
Subdiaconorū apostolicorum, cum aliis subdiaconis, & cum capellanis  
aulæ imperialis descendit ad confessionē beati Petri, alta uoce simul cum  
ipsis facit laudes Imperatori dicēs. Exaudi Christe: scriniarii uero urbis  
cū cappis sericeis stantes superius apud chorum rñdent. Dño Federico i  
uictissimo Romāorum Imperatori: & semper Augusto salus, & uictoria  
Qua laude tertio repetita: prior Diaconorū cū suis tribus uicibus dicat:  
Saluator mundi: & scriniarii uicissim respondeant. Tu illum adiuua, Et  
deinde iste cum suis duabus uicibus dicat. Sancta Maria: Et illi uicissim  
respondeant, Tu illum adiuua, & sic deinceps.

Sancte Michael.

Sancte Gabriel.

Sancte Raphael.

Sancte Ioannes Baptista.

Sancte Petre.

Sancte Paule.

Sanctæ Andrea.

Sancte Stephane.

Sancte Laurenti.

Sancte Vincenti.

Sancte Siluester.

Sancte Leo

Sancte Gregori.

Sancte Benedicte.

Sancte Basili. Sancte Saba.

Sancta Agnes.

Sancta Cecilia. Sancta Lucia.

Post hæc omnibus ad locum suū reuertentibus cantatur Allā, uel tra-  
ctus, & deinde, Euāgelium, Credo, & Offertoriū. Deinde Imperator & co-  
rona: & manto depositis, sine sceptro aut pomo descēdit. Et ad Pōtificis  
pedes aurū offert q̄tum sibi placet. Et similr post eū facit Imperatrix, quæ  
deinde nō reuertitur ad suggestum, sed p̄cūbit super faldistoriū, a dextra  
parte altaris sibi paratum in loco, ubi nō impediatur credētiam, & ibi expe-  
ctat usq; ad cōionem. Imperator uero Pontificem ad altare descendētem  
sequitur, & illi in locū subdiaconi calicē, & patenam cum ostiis offert, de-

¶ Tu illum adiuua.

## LIBER PRIMVS XXVI

inde aquam infundendā in uino, Et retrahens se ad partem dextrā stat us-  
quequo Pontifex ad sedem eminētem cōicaturus reuertatur, quē Impera-  
tor sequitur. Et ab eius manibus: ipse primo, deinde Augusta sacrā corpo-  
ris Christi cōionē sumāt. postq̄ Pontifex cū Diacono, & subdiacono cōi-  
cauerint. Nā Subdiaconus postq̄ cū Diacono cōicauit de corpore: & san-  
guine Christi accipit de manu Diaconi apud altare cū circulis: & cerimo-  
niis consuetis duas hostias cōsecratas pro Impatore, & Augusta: & eas ad  
Pontificē portat. Et p̄cepto sacramento Impator quidē Pontificis faciē  
osculatur, Augusta uero manū, & descēdentes ad altare de manu Diaconi  
uinū purificationis sumitur, & descēdāt ambo ad suos suggestus, ibiq; re-  
sumant Imperialia signa. Poterit tñ Pontifex si ei uidebitur, sup Impera-  
torem ante se genuflexū: imēdiate postq̄ illum cū Augusta cōicauerit ifra-  
scriptas orationes dicere. uidelicet. Respice q̄s omnipotēs Deus serenis  
obutibus hunc gloriosum famulū tuum. N. ut sicut bñdixisti Abraham,  
Ysaac: & Iacob: sic illi largiaris bñdictionē spūalis gratiæ, cumq; plenu-  
dine tuæ potentiæ irrigare: atq; pfundere digneris, ut tribuas ei de ore cę-  
li: & de pinguedine terræ abundantia frumētū, uini, & olei, & omniū fru-  
gum opulentiā. Et ex largitate diuini muneris longēua tēpora, ut illo re-  
gnante sit sanitas corporis, imperii pax inuiolata sit i regno: & dignitas  
gloriosa regalis palatii maximo splēdore regiē potestatis, oculis omniū  
fulgeat, luceq; clarissima coruscare: atq; splendescere quasi splēdidissimi  
fulgoris maximo pfusa lumine uideatur, Tribue ei omnipotens Deus, ut  
sit fortissimus p̄tector: & cōsolator ecclesiarū: atq; cœnobiorū sanctorū  
maxime pietatis, regalis munificentia, atq; ut sit fortissimus triūphator  
hostium ad opprimēdas rebelles, & paganas nationes, sitq; suis inimicis  
faciē terribilis, maxima fortitudine, Regalis potentię, optimatibus quo-  
q; ac p̄celsis proceribus, & fidelibus sui regni sit munificus, amabilis, &  
pius, & ab omnibus timeatur: & diligatur. Et post gloriosa tempora: atq;  
felicia uitæ p̄sentis gaudia: in perpetua beatitudine habitare mereatur  
Per Dominum nostrum Iesum Christum & c.

Benedic q̄s. Dñe hūc Principem nostrum. N. quē ad salutem populi no-  
bis a te credimus esse concessum: fac annis esse multiplicem salubri cor-  
poris robore uigentem ad senectutē optatam puenire felicem. Sit nobis  
fiducia obtinere gratiam populo, quā Aaron in tabernaculo, Heliseus in  
fluuio, Ezechias in lecto. Zacharias uetulus impetrauit i templo. Sit illi  
regendi auctoritas: qualē Iosue suscepit in castris, & Dauid sumpsit in p̄-  
liis, Petrus accepit in clauē. Paulus est usus in dogmate: Et ita pastoris of-  
ficium pficiat in Christi ouile: sicut Ysaac pfecit in fruge, & Iacob est di-  
latatus in grege. Quod ipse p̄stare dignetur: qui cum patre & c.

Deus pater ęternę glorię sit adiutor tuus, & p̄tector & omnipotens  
bñdīcat tibi preces tuas in cunctis exaudiat, & uitam tuā in longitudi-



## SACRARVM CERIMONIA RV M

nem dierum impleat: thronū regni iugiter firmet, & gentē, populūq; tuum in eternum conseruet: & inimicos tuos confusione induat: & super te sanctificatio Christi floreat: ut qui tibi tribuit in terris Imperiū: ipse in cælis cōferat premiū: qui uiuit & regnat in secula seculorū Amen.

Post cōionem, Pontifex descendit ad altare: & psequitur missam more cōsueti, Et in fine dat bñdictionem solennē dicens. Sit nomen Dñi & c. Et publicantur immediate indulgentiæ per unū ex Diaconis assistentibus, siue plenaria, siue ut Pontifici placuerit. Tum Cardinales: & p̄lati deponunt paramēta, & accipiunt laneas cappas, Pontifex uero dimissis missalibus indumentis accipit pluuiale, & mitram p̄ciosam, Et cū Impatore descendit ad gradus basilicę sub eodē baldachino. Si ē Dñica letare Hierusalem, Pōtifex sinistra portat rosam aureā, dextra bñdicat assistētibus, atq; hinc inde eleuātibus fimbrias diaconibus. hāc aut auream rosam Pōtifex anteq̄ ad ecclesiam descendat in camera papagalli bñdicat cum balsamo: & muscho, quod in singulis annis fit in tali die, prout inferius in suo loco plene scribemus. Si uero esset alius dies dextra, sicut sinistra tenebit Dextram Impatoris. Diaconus a sinistris. retro erit inter Papam: & Impatorem, & cum dexteritate eleuabit. fimbriam eleuabit a dextris. Caudā uero portabit maior p̄iceps. Et si erit Rex, principes uel rex: & p̄lati: qui uenerunt cum Cæsare, dum missarum & coronationis solennia sūt, semper Cæsarem sequuntur. Et cum ipso in suo suggestu constituūt semp̄. Et similiter, qui cum Augusta, eam semper comitantur, assistuntq;. Quæ finita missa dimissis Pōtifice, & Imperatore in Ecclesia ad domum suam cum suis reuertitur.

Processio Pontificis, & Cæsaris per urbem. Cap.

Cæsar uero cum corona in capite Sceptro, & pomo in manibus ad latus Pōtificis incedens: nisi illius manu ducatur: quia tunc pomū, uel sceptrum trā in sinistra retinet cū ad finem graduū peruenerit traditis sceptro: & pomo uni ex suis preuenit ad equū Pontificis, & in honorem saluatoris nostri Iesu Christi, cuius uices pontifex in terris gerit, tenet staphā quoad Pontifex equum ascenderit. Et deinde accepto equi freno per aliquos passus ducit equum Pontificis. Pontifex: dum Impator hęc utilitatis officia uult exhibere: debet aliquantulum modeste recusare. & tandē cum aliquibus bonis uerbis honorem nō in personam suam: sed illius cuius locum tenet, recipiendo permittit illum aliquantulum progredi, tum firmat se, & nullo pacto permittit Cæsarem ulterius ire, qui mox conscēso equo suo accedit ad sinistrum latus Pontificis. Et sub eodem baldachino equitat, Et hoc ordine procedunt. primum p̄cedant familiæ Cardinalium cum suis ualiffis. Et simul mixtæ familiæ p̄latorum, p̄cipum, & omnium curialium tam Cæsaris, q̄ Pontificis. Deinde duo cum ualiffis pontificis. Inde familiares domestici Impatoris. Et post eos familiares

Papę, tum nobiles, barones, & comites minores utriusq;, equus cum scapula Papę, tum uexilla rubea, quæ duodecim cursores portant. Deinde uexillum populi Romani, uexilla Imperii, uexillum Papę, uexillum Ecclesię, uexillum crucis, cum uexilliferis armatis, & ornatis, ut in coronatiōe Papę. hos sequuntur duodecim equi albi phalerati, sine sessoribus. Deinde quatuor nobiles portantes pilea ex cramisino quatuor Papę cum baculis, Quibus succedunt aduocati, & secretarii mixtim secundum prioritatem officii p̄cedentes cum suis caputiis circa collum, quos tamen p̄cedunt secretarii Imperatoris. Tum sequuntur cubicularii etiam cum suis capuciis, inde acoluthi Clerici camerę apostolicę, & post eos statim auditores cum rochetis, & cappis. Deinde subdiaconi cum Cruce papali, cū galero indici coloris, & cum aliis subdiaconis cum cappis ut alii, tū duo portantes laternas cū lumine ante sacramentum equitates, deinde equus albus phaleratus cum tintinabulo portans sacramentum, & supra sacramentum baldachinum per ciues Romanos portatur, & circa duodecim intorticia, quæ portantur per duodecim familiares Papę, siue per duodecim beneficiatos Sancti Petri cum superpelliciis: Et melius, ut uidi seruari per Dñm Papam secundum. Post sacramentum equitat sacrista cum ferula alba. Inde: Si qui sunt maximi Domini, principes, aut Duces. principes electores immediate ante Cardinales procedunt. Et si quis adesset frater, aut filius Imperatoris iret medius inter iuniores Diacones Cardinales, Rex erit a sinistris senioris Ep̄i Cardinalis. Et si plures adessent Reges, locarentur cum aliis Ep̄is Cardinalibus. sequūtur duo Diaconi Cardinales assistentes Pontifici. Et si cum Cæsare essent duo principes electores, qui p̄ferrent gladium: & pomum Cæsaris, isti deberent ire immediate ante Cæsarem, sicut Diaconi ante Pontificem, & quādo uia esset arcta, irent ante ipsos Diacones assistentes. Si uero nō sint principes electores, qui portant illa uidelicet gladium pomum, seu sceptrum, nam alterum istorum duorum portabit Impator, illi duo uadant simul cum subdiacono, qui portabit Crucem, Et illum in medio habeant. sequitur Pontifex sub Baldachino, Et Impator cum sua corona: & imperiali habitu a sinistris. post Pontificem sequuntur duo cubicularii secreti cum seruiēte, & mitra. Et duo medici cum secretario, si nō sit p̄latus. Et post Impatorem duo camerarii sint cum uno secretario. Inde equitabit seruiēs armorum cum uno secretario cum umbella. deinde p̄lati assistētes Papę. Et si quis Archiep̄s princeps elector Impatoris adesset, iret ante assistētes Papę. post quos ibunt p̄lati, assistentes, siue consiliarii Impatoris cum cappis: & galis, ut alii p̄lati, alioquin nō irent inter cappatos. Sequuntur deinde p̄lati, oratores: Archiep̄i, Ep̄i, prothonotarii, & abbates cappati: & pileati: & demū alii curiales togati, tā Papę, q̄ Cæsaris. Hoc ordine recta uia per campum florum, & iudeorum plateam deueni-



ent ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ in cosmedim. Et ibi Pōtifex, si rosam habet: illam eques Imperatori equiti dono dat. Et ad dextram cōuersus per transiberim cum suis omnibus ad palatium reuertitur. Cæsar autem uia, qua sibi melius placet rosam manu gestaus ad pontem Adrianum redit, ubi uiros complures, & de se optime meritos equestri dignitate insignire solet.

Quo facto: ad Lateranum cum suis progreditur. Canonici: & capitulum Ecclesiæ supplicabundi Cæsari in porta principali occurrentes illū honorifice suscipiunt. & postq̄ crucem, & reliquias osculatus fuerit, In celsant: & præcedentes, atq; cantantes. Te Deum laudamus. ad altare maius deducunt, ubi procumbens super faldistorium orat detecto capite, deinde surgens osculatur altare. Tum resumpta corona recipitur in canonicum, & in fratrem Ecclesiæ Lateranensis: & Canonicos omnes recipit ad osculum pacis. quibus finitis ascēdit ad palatium Lateranē. & cum suis celebrat solenne conuiuū suis moribus: & cerimoniis. Deinde, si placet, recurrit ad palatium Apostolicum ad cameras suas.

De coronatione Imperatoris absente Papa.

Si quando autem accideret, qđ propter absentiam summi Pontificis ab urbe Cæsar non posset ab ipso Pontifice coronari: consuevit Pōtifex mittere ad urbem aliquem Ep̄m Cardinalem, qui simul cum legato Apostolico: qui urbi præest Imperatorem electum coronet. Si autem legatus esset iste Ep̄scopus Cardinalis: non esset necessarium mittere alium Ep̄scopum, sed quemcunq; uellet alium presbyterum Cardinalem. Et tunc procedetur hoc modo.

Electus Imperator ad urbem ueniēs pro corona Imperiali habebit obuiā barones, nobiles, officiales, ciuesq; urbis, & officiales curiæ Romæ. & remanebit extra mēnia illa nocte, ut supra dictum est. Sequenti die intrabit per portam sub arce sancti Angeli: que, ut diximus non est Collina cum suis principibus ordine prædicto. Et in porta recipiet a Vicario Pōtificis cum prælatis: & clero urbis in modum supplicantiū paratis. Et deducetur ut supra ad gradus basilicæ sancti petri, ibiq; noo super suggestū, sed ante primas portas recipietur ad osculum tantum, per Ep̄m Cardinalem coronatorem: & legatum: qui ibi aderunt cum aliis prælatis curiæ parati cum pluuialibus & mitris. aderunt et̄ cum Cardinalibus officiales curiæ, Subdiaconi, Auditores, Acoluthi, & si qui sunt alii: & et̄ barones aliiq; nobiles. Sanctæ Romane Ecclesiæ. Et electus statim post osculum offerat aurū duobus Cardinalibus: quod offerre debet Pontifici, & dicat hæc uerba. Si sanctissimus pater Dñs noster. N. summus Pontifex presens hic esset offerrem illi autum istud presens, sed per eius absentiam offero ipsum uobis dñis Ep̄o, & Legato Cardinalibus recipientibus illud uice, & nomine dicti Domini nostri Papæ.

Quo facto intrabunt porticum. & si tunc erit procedendum ad solennitatem coronationis. quod cōmode: & decenter fieri potest. ibi supra altare Sanctæ Mariæ in turribus præstabit iuramentum fidelitatis in manibus Cardinalium. Et similiter si aliud iuramentum esset innouandum: seu cōfirmandum, tunc immediate innouabit. Deinde recipietur in canonicum Ecclesiæ Sancti Petri. ut superius dictum est. intrabit deinde Ecclesiā: & ibi ante portam argenteam Ep̄s Cardinalis dicet super eum primā orationem. Deinde ducitur ad capellā Sancti Gregorii ad capiēda sua ornamenta, & Ep̄s Cardinalis uadit ad altare maius, & ibi super faldistorium capit sandalia: & paramenta oīa Pontificalia. Et nota qđ debet habere exp̄ se facultatem a Pontifice super altare Beati Petri celebrandi, ut moris est. Cæsar indutus Imperialibus indumētis uenit ad medium Ecclesiæ. Et ibi super eum legatus apostolicus dicet secundam orationem. ueniet deinde ad confessionem Beati Petri. & procūbet in faldistorio. Et Diaconus qui seruit in missa facit super eum litaniam: orationem aut̄ cum uersiculis: & Pater noster dicet Legatus apostolicus. Deinde ducetur ad altare Sancti Mauricii, & ibi inungetur a Cardinali celebrante tam ipse: q̄ Augusta (si adest) cum orationibus opportunis. Reuertentur Deinde ad altare. Et facta confessione Imperator ad suggestum sine osculo pacis. ad faldistoriū suum reuertitur. Et proceditur in missa usq; ad Graduale. Dum cantatur Graduale, Imperator descendit ad altare, & celebrans Cardinalis ante altare stans cum mitra gladium sumit de altari, & illum nudum Imperatori tradit dicens. Accipe gladium &c. Et idem dicit legatus submissa tamen uoce, det eidem mox pomum: & sceptrum cum sua oratione Ecclesiæ mō mitras aut̄: & coronas imperiales ambo imponēt Cæsari: & Augustæ. Sed legatus alta uoce profert uerba. Accipe signum &c. Et celebrans dicet eadem uoce submissa. Coronati Augustus: & Augusta reuertunt̄ ad suos suggestus sine osculo pacis. Et ad offeritorium ueniunt cum coronis: & habitu Imperiali. Et oblato auro reuertitur ad suggestus. neq; ministrabit Imperator calicem: & ampullam. sed tempore congruo ueniet ad cōmunionem sine manto: & coronis. Post cōmunionem Imperatori nō dabitur osculum pacis a celebrante, sed reuertetur ad suum suggestum. Imperator finita missa ipse cum suis: & cum legato si placebit ibi Lateranum, & ibi perficiet suas solennitates. Cerimonię omnes, quæ pertinet ad personam Pōtificis, dimittantur, ut oscula pedum, manuum, & oris. Quin etiam nec in missa illi deseruiet Imperator, quod Pōtifici præstitisset præsentem: nec stapham illi, dum equum inscendit, tenet, nec equum ducit.

Hęc fere omnia seruata fuerunt cum Carolus quartus coronatus fuit Romæ per Dominum Petrum Ep̄m Hostiensem. quem ex Auinione Innocentius sextus nūcium Apostolicum ad hoc miserat, & per Dominum Egidiū de Albornozio tituli Sancti Clementis presbyterum Cardinalem.



ac Legatum Apostolicum in Italia Anno salutis .Millesimo trecētesimo quinquagesimo sexto. Non .Aprilis, ut ex literis ipsius Karoli, quę ad huc extant, & Registratę sunt in archiuuis Ecclesię, publice patet. Voluit tamen idem Pontifex, qđ Cardinales predicti publice protestarentur Domino Imperatori, qđ propter omissionem reuerentiarum obsequiorum, & multarum cerimoniarum, quę pertinent ad personam Romani Pontificis: non esset aliquomodo derogatum priuilegiis, & honorificentis Romane sedis, & suorum successorum. Et de hac protestatione & consensu Imperatoris exigerent quadruplices literas Regalibus, & Imperialibus sigillis munitas, sicut & factum est.

## Decoronatione Imperatricis sine Imperatore.

Imperatrix si uenerit Romam, pro corona Imperiali suscipienda sine Imperatore, uel quod non potuit uenire cum Imperatore, uel post eius coronationem ei est coniuncta: hoc ordine coronabitur. Die qua urbem intrabit procedent ei obuiam nobiles, & officiales urbis, & ordines curię, ut de Cæsare dictum est. Sacer Senatus ante portam urbis eam expectabit: & media inter duos Cardinales Diacones introducetur. In fine autem: & sub Baldachino clerus cum processione in porta illi occurret. ducetur ad Pontificem: qui eam in publico consistorio in prima aula ad pedes, & manus osculum recipiet. ut alii Reges recipi consueverunt, non tamen sedebit inter Cardinales, sed post osculum pedis, & manus discedet ad suum hospitium. Deinde parabitur in Ecclesia Sancti Petri suggestus extra cancellos pro Imperatrice, & dicta die Pontifex procedet ad Ecclesiam supplicatione præeunte sub Baldachino, & paramentis tempori congruis, ascendit ad altare. orat. sedet. Pontifex autem stat, ubi solet capere paramenta: cui fit reuerentia a prelatibus. Incipitur Tertia, & accipiet sandalia, & procedet usq; ad finem Tertię, & capit omnia Pontificalia indumenta. Interim duo Iuniores, Diacōni Cardinales cum suis cappis lancis ducunt Augustam ad Ecclesiam. Et prior Episcopus Cardinalis cum Pluuiali, Stola, & Mitra accedens in tempore expectat eam in porta Ecclesię principali. & ibi super eam genuflectentem deposita mitra legit hanc orationem.

Omnipotens sempiterne Deus: Fons, & origo totius bonitatis: qui feminei sexus fragilitatem nequaquam reprobando auertis: sed dignanter comprobando potius eligis, & quod infirma mundi: quęcunq; ut fortia confunderes eligenda decreuisti. Quiq; etiam glorię, uirtutisq; tuę triumphum in manu femineę Judaicę olim plebis de hoste sæuissimo assignare uoluisti, Respice quęsumus ad preces humilitatis nostrę: ut supra hanc famulam tuam. N. quam supplici de-

uotione Imperatricem eligimus: benedictionum tuarum dona multiplices, eamq; dextera tuę potentię semper, & ubiq; circumdata: & ut dono tui numinis undiq; firmiter adiuta: ut uisibilis, seu inuisibilis hostis nequitias triumphaliter expugnare ualeat, & una cum sacra Rebeca, Lia, atq; Rachele: beatis, reuerendisq; Feminis, fructu uteri sui secundari, seu gratulari mereatur ad decorem totius Imperii, statumq; Sanctę Ecclesię regendum, necnon protegendum: per Christum Dominum nostrum: qui ex intemeratę Beatę Marię Virginis aluo nasci: uisitare, & renouare dignatus est mundum. Qui tecum uiuit, & gloriatur Deus in unitate Spiritus Sancti, per immortalia secula seculorum. Amen.

Ducitur deinde ad confessionem beati Petri, & procumbit supra falsistorium sibi in eo loco paratum. Et a subdiacono Apostolico fit litaniam, & ea finita prior presbyterorum cum suis paramentis ad confessionem descendens stans sine mitra dicit super eam. Pater noster. Et deinde. Et ne nos inducas intimationem. Respō. Sed libera nos a malo. uerf. Saluam fac ancillam tuam Domine. R. Deus meus speratē in te, uerf. Esto ei quęsumus Dñe turris fortitudinis. R. a facie inimici. uerf. nihil proficiat inimicus in ea. R. & Filius iniquitatis non apponat nocere ei uerf. Domine exaudi orationem meam. R. & clamor meus ad te ueniat. Dñs uobiscum. R. & cum spiritu tuo. Oremus.

Prętende quęsumus Domine famulę tuę dexteram cęlestis auxiliij: ut te toto corde perquirat, & quę digne postulat, consequi mereatur. Actiones nostras quęsumus Domine aspirando præueni, & adiuuando prosequere: ut euncta nostra operatio: & oratio a te semper incipiat, & per te cepta finiatur, per Christum Dominum nostrum. Amen.

Finitis orationibus reuertitur presbyter ad locum suum, & prior Episcoporum Cardinalium procedit ad altare Sancti Mauricii: quem Augusta media inter Diaconos sequitur. Et ibi apud altare Episcopus ipse inungit illam stantem de oleo exorcizato: brachium dextrum, & scapulas stās cum mitra dicens.

Spiritus Sancti gratia nostrę humilitatis officio copiosa in te descendat, ut sicut manibus nostris licet indignis oleo materiali obliterata pinguis exteriorius: ita eius inuisibili unguine delibuta impinguari merearis interiorius, eiusq; Spirituali unctiōe perfectissime semper imbuta: & illicita declinare tota mente, & spernere discas, & ualeas, & utilia anime tuę iugiter optare, atq; operari queas: & opereris auxiliante Domino nostro Iesu Christo. Qui tecum uiuit, & regnat in unitate &c. Reducitur deinde ad suggestum suum Imperatrix, & Cardinales reuertuntur ad Pontificem, & Diaconi quidem depositis cappis capiunt paramenta sibi conuenientia, & faciunt reuerentiam Pontifici. Deinde



## SACRARVM CERIMONIA RV M

Pōtīfex pcedit ad altare per supplicationē, occurrūt tres p̄byteri cāta-  
tur Introitus a cātoribus, & pcedit i missa usq; ad Graduale. Imperatrix  
a Diaconis illis quāuis paratis ducit ante Pōtīficē: qui surgens deposita  
mitra super eā ante se genuflexā dicit hāc orationē. Deus qui solus habes  
īmortalitatē, lucēq; habitas inaccessibilē, cuius prudētia in sua dispōne  
nō fallitur. qui fecisti ea: quę futura sūt: & uocas ea, quę nō sunt. qui super  
bos equo moderamine de p̄cipatu eiicis, atq; humiles dignāter in subli-  
me puehis: ineffabilē misericordiā tuā supplices exoramus: ut sicut He-  
ster Reginā Israheliticę cā salutis de captiuitatis sue cōpede solutam ad  
Regis Assueri thalamū, regniq; sui cōsortiū trāsire fecisti: ita hāc famulā  
tuā. N. humilitatis nostrę benedictiōe christiane plebis salutis gratia: ad  
dignā: sublimēq; Imperatoris nostri copulā, & Imperii sui participatum  
trāsire cōcedas, & ut Imperialis federe cōiugii semper permanēs, pudici-  
tię p̄ximā Virginitati palmā cōtinere queat. Tibiq; Deo uiuo: ac uero i  
oibus, & super oīa iugiter placere desideret, & te inspirante, quę tibi pla-  
cita sunt, toto corde perficiat per Christum Dominum nostrum. Amen.  
Deinde sedens cum mitra imponit illi Tiarā cum Corona Imperiali al-  
latam sibi ex altari: ut diximus de Imperatore, & dicit. Officio nostrę in-  
dignitatis in Imperatricem solenniter benedictam Accipe Coronā Im-  
perialis excellentiē, quę licet ab indignis: Episcopalibus tamē manibus  
capiti tuo imponitur. unde sicut auro, & gēmis redimita enites, ita & ite-  
rius auro sapientiē, uirtutumq; gēmis decorari concedat. quatenus post  
occafum huius seculi cum prudentibus Virginibus sponso perēni Do-  
mino Iesu Christo digne, & laudabiliter occurrens regni cęlestis aulę in-  
gredi merearis Ianuam, eodem Domino nostro auxiliāte: qui cum Patre,  
& Spiritu Sancto uiuit &c.

Coronata Imperatrix mox osculatur pedē Pōtīficis cū corona, & surgēs  
reducitur a Diaconis ad suggestū, & cū cantatur deinde offertoriū, reuer-  
tatur ad Pontificem, & illi offerat aurū quātū placet: deinde si uult cōmu-  
nicare de sacramento altaris (ut cōgruum est) procumbat super faldisto-  
rium ad partem conuenientē sitū, ut superius diximus, & oret quousq; sit  
tēpus, sine Corona tñ, & cum Pōtīfex in sede sua eminēti cōmunicauerit:  
ducatur Imperatrix sine Corona ad eius pedes, & cōmunicet, osculeturq;  
manū Pōtīficis, & descēdēs ad altare: purificet cū uino. cōmunicabit Im-  
peratrix post Diaconū, & subdiaconū, & a Diacono accipiet uinū purifi-  
cationis. Deinde assumpta Corona reducetur ad suum suggestum.

Et nota quod Imperatrix deducetur semper eundo, & redeundo ab il-  
lis duobus Diaconis: siue paratis: siue non paratis, & illam sociabunt sui  
p̄lati, & proceres, atq; matrone, & alię mulieres. Finita missa Im-  
peratrix deducitur ad suum Hospitium, Pontifex cum suis p̄latis  
non paratis reuertitur ad cameram suam: nam Cardinales, & p̄lati

## LIBER PRIMVS XXX

lati dimittant in Ecclesia paramenta, & capiant cappas lanceas.

De Triplici Imperatorum Corona. C.

Quoniā uulgari opinione fertur Romanorū Imperatorem tri-  
bus coronis ornari oportere uariorū metallorū, Argentea Aquis-  
grani i Germania, Ferea Modetię i Lōbardia, & aurea Romę.  
sup qua re clarissimus Iuriscōsultorū sui tēporis Baldus opusculū edidit:  
mysticas metallorū significationes solertissime interpretādo, nō uidebitur  
forte absurdū aliquid de ea re p̄ ueritate ostēdēda differere. Et ut omitta-  
mus priscos illos Romanorū Imperatores: qui toti fere orbi Imperabant  
ante Aurelianū: ut Eutropio placet, nulla corona nisi Laurea, aut ex alia  
aliqua felici arbore usos fuisse, nihilq; grauius odisse populū Romanū: q̄  
Regiū nomē. hoc uero affirmamus āte Carolū Magnū in cuius personā  
Imperiū trāslatū est a Gręcis in Latinos, neminē Imperii Romani coro-  
nā ex manu Romani Pōtīficis Romę suscepisse. Et ut sepe Apio secundo  
audiuimus re: Germanicę peritissimo, cui a manu seruiuimus: & i histo-  
ria eius Austriale legimus, Cęsar nullā omnino Coronā accipit nisi aure-  
am: & alias quidē Coronas pro uariis regnis. Romę uero, & a Romano  
Pontifice Romani Imperii Coronam suscipit. Otho frisingē Episco-  
pus, & Federici primi Patruus uir Doctus, & eloquēs historiā scripsit suo-  
rum tēporū, in ea tradit Federicū ipsum coronis quinque aureis decoratū  
fuisse. prima de Regno Francorū apud Aquisgranū. secūda Ratispōne de  
regno Germanię. tertia Papię de Regno Langobardico. Quartā Romę  
suscepit pro Romano Imperio ab Hadriano quarto sūmo Pōtifice, quin-  
tā uero Modetię pro regno Italico illā suscepisse testatur. Quę quidē Co-  
rona ideo appellat̄ ferrea: qđ laminā quādā habeat ferreā i sūmitate: alio  
quin aurea, & p̄ciosissima. Sed differt forma Coronę Imperialis ab aliis:  
nā ea sub se Tiarā quādā habet in modū fere Episcopalis mitrę humilio-  
rē tñ magis apertā, & minus acutā: estq; eius apertura a frōte nō ab aure,  
& semicirculū habet per ipsam aperturā aureū, i cuius sūmitate Crux par-  
uula eminet, eā Tiarā alię Coronę nō habeāt, & quoniā hāc Imperialē  
coronā bis: aut ter in Germania uidimus dū Cęsar regalia quibusdā prin-  
cipibus cōcederet: ideo illā exprimere conati sumus. Legimus, & in aliis  
historiis quosdam Imperatores Arelate ēt Coronam suscepisse de regno  
Arelatensi, & alibi alias p̄ aliis regnis. Nam & Carolus quartus Auinio-  
nem uenit ad Vrbanum quintum Anno salutis Millesimo tricentesimo  
Sexagesimo quinto multo ante iussu Innocentii sexti Romę Imperator  
Coronatus. Qui rebus: quarum gratia ad Pontificem uenerat absolutis:  
Arelate profectus est. Sciant ergo qui de tribus Coronis fabulantur, &  
Romanorum Imperatorem unam tantum pro Romano Imperio Coro-  
nam suscipere, & eam quidem Romę, & a Romano Pontifice. alias autē  
alibi pro aliis, & diuersis regnis.



SACRARVM CERIMONIARVM  
DE CANONIZATIONE VNIVS SANCTI  
SECTIO.VI.

Et primo de inquisitione, & cōmissione causę.

**P**ostq̄ increbescēte fama de excellentia uite, opinione sancti-  
tatis, & miraculorū corruscatiōe sūmus Pōtifex sepe fuerit per  
Reges Principes: seu populos certior factus, rogatusq;: ut aliquē  
uita iā functum ascribēdū in Sanctoꝝ catalogo, & uenerandū: ut Sanctū  
decernat, re cum fratribus mature tractata: si pcedēdum ad inquisitionē  
cēserit. Cōmittat aliquibus p̄latis illis partibus: ubi uitā duxit, & mor-  
tuus iacet ille, de quo agitur: ut se diligēter informēt, & solerter inquirāt  
de fama, opinione, & deuotione populorū circa illū talē, quā inquisitionē  
in genere, & sine testiū iuridica examinatione facere debent, & quę inue-  
nerunt suis literis ad sūmū Pōtificē fideliter referre. Pōtifex iterea cōmis-  
sarioꝝ relatione: pponit oīa sacro collegio, & cū eis deliberat an satis di-  
gna uideātur, quę relata sunt ad ulterius iquirēdū; qđ si placuerit: cōmit-  
tatur iisdē, uel aliis p̄latis: ut diligētissime iquirāt de ueritate rei, testes  
examinent, & oīa perscrutētur: quę ad ueritatē eliciēdā sunt opportuna.  
Et debēt his cōmissariis articuli, & interrogatoria mitti sub bulla Apo-  
stolica: cū quibus examinare debēt testes de excellētia, & sanctimonia ui-  
tę, de puritate fidei, de patratiōe miraculorū: & illis mādare: ut depositio-  
nes testiū, & oīa fideliter per literas suis sigillis signatas ad curiā transmit-  
tāt. Quibus receptis Pōtifex cōmittat illa examināda aliquibus Audito-  
ribus sacri palatii: qui uideant, & ordinent processum, & uideant an in-  
quisitio, & probatio est legitima, & sufficienter facta.  
Deinde si retulerūt rē bene eē paratā. Iterū de cōsilio fratrum cōmittat tri-  
bus Cardinalibus Episcopo p̄bytero, & Diacono: qui diligēter exami-  
nēt inquisitionē, p̄bationes, & depositiones testiū, & cōsiderēt solertissi-  
me oīa cōsideranda. Et cū placuerit sanctissimo Dño nostro, referāt in se-  
creto cōsistorio. Et primo de excellētia uite, & fidei puritate: quę si iudica-  
būtur collegio bene p̄bata, & digna sanctificatione: tūc pcedēt ad nar-  
rationem, & probationem miraculorum, & de cōsensu Cardinalium fini-  
et Sūmus Pontifex uitam, & miracula, quę ita erunt sufficienter esse pro-  
bata. Deinde deliberabūt an quę probata sunt, uideant talia propter quę  
merito sit decernēda canonizatio. Tunc ex consilio fratrum diffinit Pō-  
tifex canonizationem esse faciendam. Fit post hęc publicum cōsistoriū:  
in quo Pontifex cum pluuiali rubeo, & mitra preciosis residet, & aduoca-  
tus causę longa oratiōe proponit uitam, gesta, & miracula canonizādi:  
& demū supplicat noīe Principū, & populorū: qui de ea rescripserunt bo-  
nę memorię talem ascribendum eē a sua sanctitate in Catalogum San-  
ctorum Christi: utq; a cunctis fidelibus pro Sancto ueneretur decer-

nendum, Pōtifex audito aduocato: laudat eius facundiā: dicit libenter se  
audiuisse tā mirāda illius uiri p̄conia, uelle tñ super hac re maturius cū  
fratribus suis deliberare, hortari, atq; monere oēs: ut diuinam clementiā  
implorēt, quatenus dignē inspirare in mēte sua, & fratrum suorū Sanctę  
Romanę Ecclesię Cardinaliū, atq; omniū p̄latoꝝ: quorū cōsilio in tāto  
negotio sit usus: ea quę suę placitura sunt diuinitati, neq; permittat er-  
rare Ecclesiā suam Sanctā. p̄latos uero monet: ut super his cogitare de-  
beant: ut cum requisiti fuerint, mature possint respondere: his dictis fini-  
tur cōsistorium. In hmōi cōsistorio: ut apud antiquos codices legimus:  
solebant sex: aut octo p̄lati successiue orare narrātes merita canonizan-  
di, & supplicantes pro canonizatione, aduocatus autē in principio tan-  
tūmodo petebat a Pōtifice: ut p̄lati audirētur: & supplicabat: ut cano-  
nizatio decerneretur. Post hęc cū placuerit Sāctissimo Dño nostro uocē-  
tur oēs p̄lati curię in secreto cōsistorio cum Pontifice, & sacro colle-  
gio, & ibi proponat breuiter Sanctitas sua ad quid uocati sint, deinde si  
placet: per aduocatum faciat summam repeti uitam, & miracula cano-  
nizandi, & quę sunt probationes in genere tantum, post hęc narret quan-  
ta cum diligentia, & fide inquisitio, & processus super hac re factus sit de  
multiplici, & canonica attestatiōe, de instanti Principum, & populoꝝ  
rum postulatiōe. Et demum conscientiam illorum onerando exquirat si-  
gillatim a quolibet suam in ea re sententiam. & cum omnes finierint, agit  
gratias de bono consilio, & hortatur eos orēt Deum: ne sinat se errare in  
tanto negotio, & sic omnes recedunt. In hoc cōsistorio debent esse Pa-  
triarchę, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, ad quos tantum pertinet dī-  
cere sententiam suam. poterunt interesse aliqui protonotarii ordinarii:  
ut sint rogati de his, quę gerantur. Aderunt etiam auditores rote, & ma-  
xime cōmissarii causę, ut si quid esset declarandum: possint: ut bene infor-  
mati gentes aliorum declarare. Summus Pontifex erit cum mitra, & plu-  
uiali, procurator fiscalis aderit, & faciet rogatos protonotarios de con-  
silio, & cōsensu p̄latoꝝ. Deliberatur deinde dies canonizatiōis: & in-  
terim in Ecclesia construitur suggestus ligneus tantę amplitudinis: ut su-  
per illū instituat: apteturq; capella cum altari: credentiis, throno Pon-  
tifical, isedibus Cardinalium assistentiū Papę oratorū, p̄latoꝝ. cho-  
ro pro cātoribus, & locis omnium ordinum Romanę curię ad instar ca-  
pelle palatii Apostolici a cancellis, & supra quoad formam sediliū, & ca-  
pacitatem. In eo suggestu erunt duę sedes Papales una eminens ad fini-  
stram partem, & alia erit amouibilis, ascendetur ad suggestum per pōtem  
cum duplici ostiolo a capite, & in imo. ornabitur suggestus in extrema-  
tibus circumcirca cum herbis, & floribus, & intus cū pānis, & tapetis op-  
portunis ornabit Ecclesia, & suspēdetur per totū isignia Pōtificis, Eccle-  
się, & imago canonizādi, atq; et isignia p̄curatiū canonizationē, fiet bal-



dachinū nouū cū insignibus Pōtificis, procuratorū canonizationis, & imagine sancti: qđ debet suspēdi supra altare. ubi Pōtifex celebrat, fiet et uexillū magnū cū imagine sancti, qđ portabit ante religiosos: siue illos: qui procurāt canonizationē. & ponitur super ostiū supra suggestu. Cū Pontifex uenit ad Ecclesiā ponatur circū circa sup deambulatoriū itorticia numero octuaginta: uel circa sex libraꝝ pro qualibet: que ardeant dū sit officiu. Paretur cera distribuēda, imprimis pro Pōtifice duę cere albe duodecim libraꝝ pro qualibet, pro Cardinalibus quatuor libꝝ. Itē p elevatione Sacramēti duodecim itorticia librarū. vi. pro quolibet, pro altari septē cerei, & duo pro credētia duarū libraꝝ. Itē pro offertorio duo magni cerei duodecim librarū: quos offert primus Cardinalis. Itē tres cerei sex libraꝝ: quos offerēt tres oratores: seu deputati cum tribus Cardinalibus. Et oēs cerei supradicti erunt albi preter octuaginta intorticia Ecclesie. Itē ordinētur cerei de cera cōmuni p pꝛelatis, oratoribus, & magnis nobilibus duarū libraꝝ, pro officialibus, & cantoribus unius libꝝ, p clero, & aliis: ut placuerit, Intimetur etiam clero urbis: ut summo mane cōueniant supplicātes in porticu Ecclesie sancti Petri.

De his, que fiunt in die canonizationis. Cap. II

Tatuta igit die canonizationis Pōtifex paratus pluuiali rubeo, & mitra pꝛeciosa cū Cardinalibus pꝛelatis, & officialibus paratis pꝛessionaliter descēdit ad Ecclesiā sub baldachino. In camera paramēti. distribuūtur cerei: & ab omnibus portātur accēsi. Cū uero Pōtifex peruenerit ad porticu sancti Petri excipit ibi a clero urbis in modū supplicatiū parato, intrat Ecclesiā Pōtifex: & ascendit suggestū cū pꝛelatis & aliis officialibus. clerus uero suggestū circūstat. Pōtifex oratione facta ante altare ascēdit eminentē sedē, & accipit Cardinales, & pꝛatos paratos ad reuerētia. qua facta descēdit, & super aliā sedē sibi ante altare paratā se det uersus renes ad altare ubi facit Sermonē referēs, que gesta sūt: & uitā ac miracula sancti sūmarie, & i genere, Demū hortat oēs: ut secū pariter Dño pias pꝛces fūdāt orātes ne pmittat errare Ecclesiā suā i hoc negocio. surgit deinde Pōtifex, remouet sedes, & pꝛcūbit sup faldistoriū cū mitra. Cantat litaniam a cātoribus, & nulla fit mētio de canonizādo, oibus in terrā genuflexis orātibus. finita litaniam Diaconus a dextris surgit: & uersus ad populū, alta uoce dicit. Orate. iteꝝ gēus flectit, & oēs pꝛlixius orāt. tum Diaconus a sinistris surgēs eodē modo dicit. Leuate, & oēs surgūt. Tūc Pōtifex stās sine mitra incipit i uoce: Veni creator Spūs, & tā ipse q̄ alii oēs genuflectūt ad primū uersum, cātores pꝛsequūtur hymnū: & Pōtifex cū mitra ascendit ad sedē eminentem, & mitra deposita expectat finem hymni: quo completo duo cantores dicunt uersum. Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & alii respondent. Et renouabis faciem terrę, & Pontifex. Oremus. Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustra

tionē docuisti da nobis in eodē Spiritu recta sapere, & de eius semper cōsolatiōe gaudere per Dñm nostrū Iesum Christū Filiū tuū: Qui tecū &c. Tunc procurator causę instāter petit a Pōtifice nomine procuratorio, & noie principū, &c. pronūciari, & declarari beatū. N. in Sāctorū catalogū ascribēdū, & ut sanctū uenerādū a Christi fidelibus. Pōtifex anteq̄ pronūciat, cōsueuit pꝛtestari in hāc formā, quod inuenimus seruatū a multis Pōtificibus. Sunt tñ aliqui clarissimi uiri: qui dicūt hoc introductū ex quadā causa, que nūc cessat, quia Papa tūc quodāmodo cogebatur ad canonizandū quēdā cōtra suā opinionē: & propterea protestabatur, nūc autē nō uideri cōgruā illam protestationē. Sed de hoc statuatur sūmus Pontifex: & sacer senatus. Forma protestationis.

Nteq̄ ad pronūciationē ueniamus pꝛtestamur publice apud uos a oēs hic pꝛsentes: qđ per hūc actū canonizationis nō intēdimus aliquid facere: quod sit cōtra fidē: aut Ecclesiā catholicā: siue honorē Dei. Deinde alta uoce sedēs tñ cū mitra pronūciat in hūc modum. Ad honorē Sāctę: & Indiuiduę Trinitatis, & exaltationē fidei catholice ac christianę religionis augmētū: auctoritate eiusdem Dei omnipotētis Patris & Filii, & Spiritus Sancti, & beatorū Apostolorū Petri, & Pauli, & nostra, de fratꝛū nostrorū cōsilio decernimus, & diffinimus bonę memorię. N. sanctū esse: & Sāctorū catalogo ascribēdū, ipsumq; catalogo huiusmodi ascribimus. Statuētes: ut ab uniuersali Ecclesia anno quolibet i die tali Festū ipsius, & officium sicut pro uno cōfessore (si sit cōfessor) uel Martyre (si sit Martyr) deuote: & solēniter celebretur. Et si dño Papę placuerit, poterit addere ista uerba. insuper eadem auctoritate omnibus uere pēnitētibus, & cōfessis: qui ānis singulis ad sepulturā eiusdē in die tali de uoti accesserint, unū annū, & quadraginta dies, accedētibus uero ānis singulis in octauas dicti Festi ad sepulturā quadraginta de iniūctis sibi pēnitentiis misericorditer relaxamus.

Quibus finitis procurator fiscalis rogat protonotarios &c. de protestatione facta p Papā, & pꝛcurator causę simpliciter rogat de solēni pꝛnūciatione canonizationis: & petit istū. Et a Papa decerni bullas sup his opportunas, & mox surget Pontifex sine mitra, & incipit. Te Deū laudamus: & chorus pꝛsequitur. Diaconus a Dextris i fine dicit. Ora p nobis beate. N. Et Pōtifex deide dicit orationē de cōmuni: Sācto canonizato: cōueniētē (si nō habet pꝛpria) & cōcludit. p Christū dñm nostrū. Finita oratiōe Diaconus a dextris stās ante Pōtificē dicit alte, Cōfiteor Deo oipotētī &c. & post Aplos noiat sanctū. N. & Papa sine mitra cruce sua pꝛsente dicit. pꝛcibus & meritis, &c. & in fine dat indulgētiā: ut sibi placet. Legimus Bonifaciū nonū Pontificē cū canonizauit beatam Brigidam dedisse plenariam indulgentiam uisitantibus Ecclesiās beati Petri: & Sancti Laurētii in panisperna. ubi iacebat corpus illius sanctę.



## SACRARVM CERIMONIA RV M

His finitis, Pontifex incipit tertiam, & accipit sandalia, uel si magis placet, dimissa tertia accipit paramenia omnia pontificalia, & cantat missam solitis suis cerimoniis, uel de sancto. uel si aliqua solennitas esset, cantat de die cum cōmemoratione de sancto. & si non posset: aliquis Cardinalis celebret pro eo. Dum cantatur Credo, tres Cardinales commissarii descendunt ad portam inferiorem suggestus: & ordinant offertoriū, & debito tempore anteq̄ Papa lauet manus in sede eminenti. ueniunt ordinate. Et primus Id est Episcopus Cardinalis offert duos magnos cereos & cum eo primus orator offert cereum suum, & canistellum deauratum cum duabus turturibus, Tum presbyter Cardinalis offert duos magnos panes cum mappulis, & secundus orator cereum suum, & canistellū argentatum cum duabus columbis albis: ultimo Diaconus Cardinalis offert duo uasa uini, & tertius orator suum cereum, & canistellum diuersorum colorum cum uariis auiculis. Cardinales osculantur genu: alii pedē summi Pontificis. proceditur deinde in missa, ut alias.

### DE PLVRIBVS BENEDICTIONIBVS SECTIO SEPTIMA

Ordo seruandus in creatione noui Ducis a Paulo secundo institutus.

**REANDVS** in Ducem, per summum Pontificem ueniet ad cameram Pontificis indutus manto aureo, panno contexto, aperto a dextro humero ad terram usq; & sequitur Pontificem ad Ecclesiam descendentem: portabitq; caudam pluuialis. facta oratione ante altare Pontifex statim faciet confessionem cū celebrante, deinde ascendet ad sedem eminentem: & recipit Cardinales ad reuerentiam, non tamen imponit incensum, nec cantores incipiēt Introitum. & interim creandus Dux sedet ad pedes Pontificis super primum gradum, & celebrans osculato altari accedet ad suum faldistorium & ibi expectabit. Finita reuerentia: creandus Dux accedit ad pedes genuflexus sanctissimi Domini nostri, & fit miles Sancti petri, et si prius erat miles.

Ordo benedicendi nouum militem.

Pontifex primo stans sine mitra benedicit ensē: quem unus ex acolythis nudum tenet in manu: dicens. uers. Adiutorium nostrum in nomine Domini. & Quia fecit celum & terram. uers. Domine exaudi orationē meam. & Et clamor meus ad te ueniat. uers. Dominus uobiscum. & Et cū spiritu tuo. Oremus. Exaudi quęsumus Domine preces nostras, & hunc ensē, quo hic famulus tuus circuncingi desiderat: maiestatis tuę dextra dignare bene dicere, quatenus eē possit defensor Ecclesiarum, Viduarū, Orphanorum, omniumq; Deo seruientium, contra seuitiam paganorū, aliisq;

aliisq; sibi insidiantibus sit terror: & formido prestans ei: quę persecutio nis, & in defensionis sint effectum. Per Christum Dñm nostrum. Amen.

Benedic Domine sancte Pater omnipotens eterne Deus, per Inuocationem sancti tui nominis: & per aduentum Christi filii tui Domini nostri: & per donum Spiritus Sancti paraclēti hunc ensē, ut hic famulus tuus: qui hodierna die eo tua concedente pietate precingitur. inuisibiles inimicos sub pedibus conculcet, uictoriaq; per omnia potitus maneat semper illesus Per Christum Dominum nostrum. Amen. Deinde aspergit aquam benedictam. Tum stans sine mitra dicit. Benedictus Dominus Deus meus: qui docet māus meas ad prelium, & digitos meos ad bellum: misericordia mea, & refugium meum: susceptor meus & liberator meus. protector meus, & in ipso speraui: qui subdit populū sub me. Gloria patri, & filio & c. & Sicut erat in principio & c. uers. Saluum fac seruum tuum domine. & Deus meus sperantem in te. uers. Esto ei Domine turris fortitudinis & a facie inimici. uers. Dñe exaudi orationē meam. & Et clamor meus ad te ueniat. uers. Dñs uobiscum. & Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine sancte Pater omnipotens eterne Deus: qui cuncta solus ordinas, & recte disponis: qui ad coercendam maliciam reproborum: & tuendam iusticiam: usum gladii in terris hominibus tua salubri dispositiōe permisisti, & militare ordinem ad populi protectiōem institui uoluisti, quiq; per beatum Ioannem Baptistam militibus ad se in deserto uenientibus ut neminem concuterent: sed propriis stipendiis contenti essent: dici fecisti: clementiam tuam Domine suppliciter exoramus: ut sicut Dauid puero tuo Goliath superandi largitus es facultatem, & Iudam machabeum de feritate gentium nomen tuum non inuocātium triumphare fecisti: ita & huic famulo tuo: qui nouiter iugo militię colla supponit: pietate celesti uires, & audaciam, ac fidei, & iusticię defensionem tribuas: & prestes ei fidei, spei, & charitatis augmentum, & tui timorē pariter, & amorem, humilitatem, perseuerantiam, obedientiam, & patientiam bonam, & cuncta in eo recte disponas: ut neminē cum gladio isto, uel alio iniuste ledat, & omnia cum eo iusta, & recta defendat. & sicut ipse de minori statu ad nouum militię promouetur honorem: ita ueterem hominem deponens cū actibus suis nouum induat hominem, ut recte retineat, & recte colat. perfidorum consortia uitet, & suam in proximum caritatem extendat, preposito suo in omnibus obediat, & suum in ciuitate iustum officiū exequatur Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde sedens cum mitra Pontifex imponit nudum gladium in eius manu dicens. Accipe gladium istum in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. & utaris eo ad defensionem tuam, & Sanctę Ecclesię Dei, & ad confusionem inimicorum Crucis Christi, & fidei Christianę: & quātum humana fragilitas tibi permiserit: cum eo neminem iniuste ledas.



## SACRARVM CERIMONIA RV M

Quod ipse prestare dignetur: qui cum Patre, & spiritu Sancto uiuit, & regnat in secula seculorum. Amen. Et reposito gladio in uagina per eundem militem: accingitur eodem gladio per duos nobiliores milites presentes: Pontifice dicente. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. in nomine patris Domini nostri Iesu Christi. Et attēde quod sancti, non in gladio: sed per fidem uicerunt regna. Nouus igitur miles ense accinctus illum de uagina ter uibrat nudum uiriliter, & eo super sinistrum brachium ter so: mox in uaginam recondit. Deinde Pontifex insigniens illum caractere militari dat sibi osculum pacis dicens: Pax tibi. Tum accipiens illius ensē nudum ter militem percutit plane super spatulas dicens. Esto miles pacificus, strenuus, fidelis, & Deo deuotus. & mox dat sibi leniter alapam dicens. Exciteris a summo malitię: & uigila in fide Christi: & fama laudabili. Tunc nobiles assistentes. imponunt sibi calcaria, & cantores: siue Pontifex (si magis placet) dicit Antiphonam. Speciosus forma præ filiis hominum, accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Deinde dicit Pontifex. uer. Dominus uobiscum. & cum spiritu tuo. Oremus. Omnipotens sempiternus Deus super hunc famulum tuum. N. qui hoc eminenti mucrone circumcingi desiderat. gratiam tuę benedictionis infunde, & eum dextrę tuę uirtute fretum: fac contra cuncta aduersantia cęlestibus armari præsidis. quo nullis in hoc seculo tempestatibus bellorum turbetur Per Christum Dñm nostrum. Amen.

Finita oratione nouus miles osculatur pedem Papę, tum surgit deponit ensē, & calcaria, & redit ad sedendum ubi prius. Cantores incipiunt Introitum, Incensatur altare, & procedit in missa usque ad cantatum Graduale: quod dum cantatur futurus Dux ducitur ante Pontificem: ubi genuflexus præstabit iuramentū. Ego. N. annuente Domino futurus Dux promitto, spondeo, polliceor, atque iuro coram Deo, & Beato Petro Apostolorum principe me de cetero reuerentiam: & obedientiam seruatur (et si alias obligatus sum) Sacrosanctę & Apostolicę Ecclesię, & uobis domino meo domino. N. Diuina prouidentia summo Pontifici, & successoribus uestris canonice intratibus, nec deficiam in omnibus necessitatibus uestris, & utilitatibus iuxta uires meas, & quantum potero diuino auxilio fultus pura, & bona fide custodiendo etiam & conseruando omnes possessiões, terras, loca, honores, iurisdictiones, & iura uestra, & Sanctę Romanę Ecclesię in omnibus, & per omnia, & propter honorem, & præminētiam Ducalem: quam hodie a uobis recepturus sum etiam promitto in recognitione tantę susceptę gratię pro me, & successoribus meis perpetuo dare uobis: & successoribus uestris singulis añis in die festiuitatis beatorum Apostolorum Petri, & Pauli unum palafrenum album bene: & decenter ornatum. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta dei Euangelia. Prestito iuramento Pontifex descendit ad faldistorium, & procūbit super illud

ante altare cum mitra. Dux futurus prosternit se ad sinistrā Papę aliquantulum retro supra scabellū uiride. Subdiaconus uero apostolicus facit Litaniam ceteris cum choro rudentibus Kyrie eleison &c. ubi autē dixerit, ut obsequium seruitutis: & replicatum fuerit: surgit Pontifex, & signans super ducem alte dicit. Ut hunc famulū tuum in Ducē eligere digneris te rogamus audi nos. Et iterum ut hūc famulum tuum bñdicere digneris: te rogamus audi nos. Et tertio, ut hunc famulū tuū ad Ducale fastigium pducere digneris: te rogamus audi nos, & semper chorus rudent replicando. Recumbit deinde iterum Pontifex: & Subdiaconus: atque alii faciunt Litaniam. Qua finita Papa reuertitur ad sedem eminentem, & futuro Duce permanente prostrato Papa deposita mitra stans dicit super eū Pater noster. Deinde & ne nos inducas &c. uer. Saluū fac seruū tuum. & Deus meus sperantem in te. uer. esto ei Dñe turris fortitudinis. & A facie inimici. uer. nihil proficiat inimicus in eo. & Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. uer. Dñe exaudi orationem meam. & Et clamor meus ad te ueniat. uer. Dñs uobiscum. & Et cum spū tuo. Oremus. Prætende quęsumus famulo tuo. N. Duci dextram cęlestis auxilii, ut te toto corde perquirat, & quę digne postulat, consequi mereatur. Actiones nostras quę dñe aspirando præueni, & adiuuando prosequere: ut cūcta nostra oratio, & operatio a te semper incipiat: & per te cepta finiatur. per Christum Dñm nostrum. Amen. Sedebit deinde Pontifex cū mitra, & Dux futurus ducetur ad eius pedes. & tunc Pontifex accipiens ducale Biretum imponit eius capiti ante se genuflexi dicens. Accipe insigne Ducalis præminētia, quod per nos capiti tuo imponitur. in nomine Patris. & Filii. & Spūs Sancti. Amen. Et intelligas te amodo ad defensionem fidei, Sacrosanctę Ecclesię, uiduarum, pupillorū, & quarūcunq; aliarum miserabilium personarum fore debitorum, uel isque deinceps utilis esse executor: perspicuusque dñator coram dño, & inter gloriosos athletas uirtutum merito ornatus appareas. quā gratiam tibi concedere dignetur Dñs noster Iesus Christus. Qui cū patre & spū sancto uiuit, & regnat in secula seculorū. Amen. Post hæc imediate dat sibi sceptrum in manu dextra dicens. Accipe uirgam directionis: & iusticię, in noie patris. & Filii. & Spūs Sancti. Amen. per quā ualeas unicuique secundum merita sua tribuere siue boni fuerint, siue mali, semper Deū ante oculos hñs non declinans a dextris: uel a sinistris, sed cum omni bonitate: & charitate bonos foueas, malos coerceas: ut oēs intelligāt: & sciant te iusticiā dilexisse, & iniquitatē odio habuisse. quā gratiam tibi concedere dignetur, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Et mox cū bireto, & sceptro osculatur pedem Pontificis: qui deinde surgens sine mitra dicit super nouū Ducem adhuc genuflectentem cum suo habitu hanc orationem. Deus pater aternę glorię sit adiutor tuus: & protector tuus, & omnipotens benedicat tibi, preces tuas in cūctis exaudiat



## SACRARVM CERIMONIA RV M

& uitam tuam longitudine dierum adimpleat: statum domini tui iugiter firmet: & gentem, populumque tuum in eternum conseruet, & inimicos tuos confusione induat, & super te sanctificatio Christi floreat: ut qui tibi tribuit in terris dominium: ipse in Caelis conferat praemium. Qui uiuit: & regnat per omnia secula seculorum. Amen. Surgit deinde nouus Dux: & sociatus per duos iuniores Diaconos Cardinales ducitur in locum suum ad sedendum. id est inter duos ultimos Diaconos Cardinales. Quod recipiatur ad osculum a Cardinalibus non uidetur conuenire, cum non sit ex ordine illorum: neque par. His finitis proceditur in missa usque ad offertorium. Et tunc nouus Dux deposito bireto accedit ad pedes Pontificis: & offeret aurum quantum uoluerit: & recipietur ad osculum pedis, manus, & oris, & mox reuertetur ad locum suum. & finita missa recedet inter ipsos iuniores Diaconos Cardinales.

Quae seruantur in Duce minoris potentie.

Et haec quidem seruantur ut supradictum est, si Dux est magnae nobilitatis & potentie, ut fuit tempore Domini Pauli Papae secundi Borsus ferrariae. Si uero esset mediocris potentiae, ut fuit tempore Domini Sixti Papae quarti Federicus Dux Urbini: omnia seruantur: nisi quod non duceretur a Cardinalibus: sed a duobus assistentibus Papae principalibus: & sederet ultimus post omnes Cardinales. Quod si adhuc esset inferior: tunc omnia alia seruantur nisi quod non daretur ei sceptrum, neque sederet in banco Cardinalium: sed ad pedes Papae in supremo gradu, & cundo incederet ante Crucem post oratores: & alios principes.

Ordo seruandus in benedictione, & inuestitura noui almarum urbis praefecti a Sixto quarto institutus. Cap. III.

Imprimis praeparantur hora competenti uestes praefecturae uidelicet tunicella serica ornata fimbriis auratis: & mantum et aureo limbo circumtextum: apertum a parte dextra: & infula ad similitudinem bireti ducalis. & omnia portentur ad ecclesiam, ubi est celebrandum. Pontifex autem procedit ad ecclesiam, ut consuevit cum pluuiali, & mitra preciosis. orat ante altare. facit confessionem cum celebrante. ascendit sedem eminentem, & Cardinales exhibent consuetam reuerentiam. deinde duo ex proceribus Romanis praesentant nouum praefectum in suis uestibus summo Pontifici: qui genuflectit super infimum gradum solii Pontificalis. & Pontifex surgens sine mitra dicit super eum orationes: quae in nouo milite creando dicuntur: & alia omnia facit: quae ad creationem noui militis pertinent. Si autem antea esset miles: illis dimissis procedit ad benedictionem in hunc modum. surgit sine mitra & dicit. uer. Adiutorium nostrum in nomine Domini. qui fecit caelum & terram. uer. Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus in nomine tuo congregatis famulis tuis te medium esse Christi corona ualente da gratiam huic famulo tuo praefecto nostro: quam abra-

## LIBER PRIMVS XXXV

ham in holocausto. Moyses in exercitu. Helias in eremo, Samuel meruit cri-nitus in templo concede Domine concordiam: quam inspirasti Patriarchis. praedicasti populis. tradidisti apostolis. mandasti uictoribus: benedic quibus Domine hunc praefectum nostrum, quem ad salutem populi nobis a te credimus esse concessum. fac eum esse annis multiplicem: ingenti, atque salubri corporis robore uigentem, & ad senectutem operatam, atque demum ad finem peruenire felicem. Sit nobis fiducia eam obtinere gratiam pro populo: quam Aaron in tabernaculo. Eliseus in fluuio. Ezechias in lecto. Zacharias uetus impetrauit in templo. sit illi regendi uirtus: atque auctoritas: qualem Iosue suscepit in castris Gedeon sumpsit in preliis, Petrus accepit in clauae. Paulus est usus in dogmate, & ita pastoris cura proficiat in ouile, sicut Isaac profecit in fruge: & Iacob est dilatus in grege. Quod ipse praestare dignetur: qui cum patre: & spiritu sancto uiuit: & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Benedicat deinde uestes: quae per aliquem acoluthum ad dextram Pontificis tenentur. Pontifex uero stans sine mitra dicat uers. Adiutorium nostrum in nomine Domini. qui fecit caelum & terram. uers. Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Deus omnium bonorum uirtutum dator, omnium bonorum largus infusor: supplices te rogamus, ut manibus nostris operam tuam benedictionis infundas: tunicellam, mantum, & regnum preparatum uirtute sancti spiritus benedicere, & sanctificare digneris, & omnibus eis utentibus gratiam. His dictis sedet Pontifex cum mitra, & sine alia uestium benedictione, quam secularium principum uestes non benedicuntur. exiit praefectus ueste communi ab illis proceribus, & adducitur ad pedes Pontificis cum stricta ueste. Qui illi primo imponit tunicellam: & deinde mantum cum apertura super humerum dextrum dicens. Induat te Dominus uestimento salutis: & indumento letitiae circundet te in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Amen. Imponit deinde ei genuflexo infulam: siue biretum praefecturae dicens. Accipe in signe praefecturae praeminentiae quod per nos capiti tuo imponitur in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Et intelligas te amodo ad defensionem fidei: & sacrosanctae Ecclesiae fore debitorem, quod ut opere perficere ualeas ille tibi concedere dignetur: qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Surgit demum Pontifex: & sine mitra dicit super praefectum genuflexum, hanc orationem. Oremus. Deus pater aeternae gloriae sit adiutor tuus: & protector: & omnipotens benedicat tibi, preces tuas in cunctis exaudiat, & uitam tuam longitudine dierum adimpleat, inimicos tuos confusione induat, & super te sanctificatio Christi floreat, & qui tibi in terris contulit praefecturam: ipse tibi in caelis conferat aeternam gloriam. Qui uiuit, & regnat in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

His finitis cantores incipiunt Introitum, Imponitur incensum a Pontifice: & incensatur altare: & reliqua ut alias. Nouus praefectus cum suo ha-



## SACRARVM CERIMONIA RV M

bitu sedet ad pedes Pontificis in supremo gradu.  
De benedictione rose, que fit dominica Letare Hierusalem, & eius traditione.

Consueuerunt Romani Pontifices in Dominica quarta quadragesime: in qua cantatur in Ecclesia Letare Hierusalem: Rosam auream benedicere, & illam post missarum solennia alicui magno principi, si presens est in curia, dare. Si minus esset in curia princeps tanto muer dignus mittitur extra ad aliquem Regem: uel principem: ut placuerit sanctissimo Domino nostro cum consilio sacri collegii, nam consueuit summus Pontifex ante: uel post missam conuocare Cardinales ad circulum in camera sua, uel ubi sibi placet: & cum eis deliberare cui danda: uel mittenda sit rosa. Pro eius igitur benedictione iuxta lectum paramenti, ubi sanctissimus Dñs noster accipit sua paramenta: paratur paruū altare, & super illud duo candelabra, & Pontifex indutus amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali, & mitra accedit ad ipsum altare, & deposita mitra dicit: Adiutorium nostrum in nomine Dñi. &. Qui fecit celum, & terram. uer. Dñs uobiscū. &. Et cū spiritu tuo. Oremus. Deus cuius uerbo & potentia facta sunt omnia, & cuius nutu uniuersa diriguntur: qui es leticia, & gaudium oīum fidelium: maiestatem tuam suppliciter exoramus, ut hanc rosam odore, uisusque gratissimā, quā hodierna die in signū spiritualis leticie in manibus gestamus: benedicere, & sanctificare tua pietate digneris, ut plebs tibi dicata ex iugo babilonicę captiuitatis educta: per unigeniti filii tui gratiā: qui est gloria, & exultatio plebis Israel illius Hierusalem: que sursum ē mater nostra sinceris cordibus gaudiū repñtet, & quia ad honorem noīs tui Ecclesia tua hoc signo hodie exultat, & gaudet: tu ei Dñe uerū, & perfectum gaudium largiaris, & deuotionem eius accipiens peccata dimittas, fide repleas, indulgentia foueas, misericordia ptegas, aduersa destruas, prospera cūcta concedas: quatenus per fructum boni operis in odorem unguetorum illius floris transeat: qui de radice lesse productus, flos campi, & liliū cōuallium mystice p̄dicatur: cum quo ī superna gloria cum sanctis omnibus sine fine letetur. Qui tecū uiuit, & regnat ī unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Finata oratione inungit cū balsamo rosam aureā: que est in ipso ramulo: & sup imponit muscum tritum: que p̄ sacristam ei ministrantur, & imponit incēsum in turibulo more consueto, & demum aspergit rosam aqua bñdicta: & adolet incēso. Interim clericus camerę Apostolicę sustinet rosam, quā deinde dat ad manus Diaconi Cardinalis a dextris: & ille ad manus Pontificis: qui manu sinistra rosam gestans, & dextra bñdicēs progreditur ad capellam, & Diaconi Cardinales hinc inde eleuant simbras pluuialis, cū peruenit ad faldistorium, dat rosam Diacono p̄dicto: qui eā clerico camerę tradit, & ille eam sup altare ponit. finita missa Pon

## LIBER PRIMVS XXXVI

tifex facta oratiōe ante altare: recipit rosam, ut supra: & eam defert ad cameram suam: Et si ille, cui eā dare uelit, ē presens, uocatur ad eius pedes: & genuflexo dat ei rosam dicens. Accipe rosam de manibus nostris: qui licet immeriti locum Dei ī terris tenemus: per quam designatur gaudium utriusque Hierusalem triumphantis scilicet, & militantis Ecclesię: p̄ quam omnibus Christi fidelibus manifestat flos ipse speciosissimus, Qui est gaudium, & corona sanctorum omnium, Suscipe hāc tu dilectissime fili, qui secundum seculum nobilis, potens, ac multa uirtute p̄ditus es, ut amplius omni uirtute in Christo Domino nobiliteris tanq̄ rosa plantata super riuos aquarum multarum. quam gratiam ex sua uberanti clementia tibi concedere dignetur, qui est trinus, & unus in secula seculorum. Amē. In nomine patris, & filii, & spiritus sancti amen. Hoc aliquando in capella factum fuit finita missa anteq̄ Papa descenderet de sede sua, sed conuenientius est: ut Papa reuertatur ad cameram cum rosa, & ita apud maiores factitatum reperio. Ille cui rosa data est: postq̄ manum, & pedem Pontificis osculatus est: eiq; pro tempore gratias agit: cum Papa in Camera uestes sacras deposuerit, ipse rosam manu gestans associatur usq; ad Domum suę habitationis a collegio Cardinalium, medius inter duos antiquiores diaconus post omnes alios Cardinales, circa illum sunt pedites cursores Romanę curiæ cum suis baculis: qui solēt illa die strenas ab eo, qui rosam habuit, accipere.

De ense in nocte natiuitatis dñi dando, & benedicendo. Cap.

In nocte natiuitatis Domini nostri Iesu christi consueuerūt Romani Pontifices ensē benedictum cum quodam capello Ducali ornatum candidis margaritis in formam columbæ alicui magno principi, si presens ē, dare: uel si non sit presens: ad aliquem regem: uel alium principem per aliquem ex suis transmittere. Sed quis ensis benedictus uocatur non tamen reperi eius benedictionem. Sixtus Papa quartus aliqua uerba ordinauit: cum ensis datur: dicenda: que subiiciam. Benedictio autem poterit fieri hoc modo si placebit. Pontifex indutus alba, cingulo, amictu, & stola: antequam sumat cappam purpuream: qua in hac nocte uti solet: benedicat ensē, quem Clericus camerę in manu tenet: dicens. uerf. Adiutorium nostrum in nomine domini. &. Qui fecit celum & terram. uerf. Dominus uobiscum. &. Et cum spiritu tuo. Oremus. Benedicere digneris quæsumus domine Iesu christe hunc ensē in defensionem sanctę Romanę ecclesię, & christianę Reipublice ordinatę nostrę benedictionis officio ad uindictam malefactorum: laudem uero bonorum: ut per eum qui te in spirante illo acciget: uim æquitatis exerceas: molemq; iniquitatis potenter eueras, & sanctam ecclesiam, eiusque fideles: quos ut precioso sanguine tuo redimeres hodie in terris descendere: & carnem nostram sumere dignatus es: ab omni periculo protegas: atq; defendas. & famulū



## SACRARVM CERIMONIA RV M

tuum: qui hodie gladio in tuo nomine armatus erit: pietatis tuæ firma custodia munias, illesumque custodias. Qui uiuis, & regnas cum Deo patre in unitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen. Aspergit deinde gladium & capellam aqua benedicta, & incenso adolet. deinde cappam, & procedit clericus cameram cum ense benedicto immediate ante crucem: Pontifex descendit ad capellam. & cætera seruantur, ut in officio noctis natiuitatis Domini dicitur. Cum uero Pontifex dat enses predictum alicui presentem: dicit hæc uerba, que ut diximus Sixtus quartus instituit. Solent Romani Pontifices in præclara natalis Domini celebritate Christianissimo: clarissimoque alicui principi ornatum enses dare, aut destinare, quæ res profecto non caret mysterio. unigenitus namque Dei filius, ut humanam naturam suo reconciliaret auctori: eam assumere dignatus est, ut uentor mortis Diabolus per ipsam, qua uicerat, uinceretur. que quidem uictoria per enses congrue designatur. fuerunt insuper infideles Arriani: qui non ueriti sunt Dei filium puram creaturam affirmare: cum tamen hodierni Euangelii scriptura testetur Deum omnia fecisse per Verbum, largitur igitur presenti die maximus Pontifex enses Dei infinitam potentiam signatam in Christo Deo uero: patrique equali: & uero homini residentem, per quem facta sunt omnia: Iuxta Dauidicum illud. Tui sunt celi, & tua est terra: orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem, & mare tu creasti. sedes denique Dei apostolica, uidelicet sedes a Christo suum sumpsit stabilimentum, extititque preparata Dei iusto iudicio præmio atque iusticia: quibus Saluator noster uerus Iesus Deus, & homo profligauit sedes ipsius aduersarios: hereticos, uidelicet & tyrannos, iuxta id quoque propheticum. Iusticia, & iudicium preparatio sedis tue. Figuratur denique Pontificalis hic gladius potestatem summam temporalem a Christo Pontifici eius in terris Vicario collatam: iuxta illud: Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. & alibi. Dominabitur a mari, usque ad mare, & a flumine, usque ad terminos orbis terrarum: quam & declarat cappa illa sericea, quam Pontifices gestare solent in nocte natiuitatis Domini. Nos ergo uolentes, ut equum est approbatas Sanctorum Patrum consuetudines obseruare, statuimus, & Principem Catholicum Sancteque sedis a Deo utrunque gladium habentis filium deuotissimum, hoc nostro præclaro munere insignire, necnon & hoc pileo in signum muniminis, & defensionis aduersus inimicos fidei, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ protegere. firmetur igitur manus tua contra hostes sanctæ sedis: ac Christi nominis, & exaltetur dextra tua, eos ueluti ipsius assiduus, intrepidusque propugnator de terra delendo, & armetur caput tuum spiritus sancti per columbam figurati protectione aduersus eos: in quos Dei iusticia atque iudicium pro Romana Sancta Ecclesia, & apostolica sede preparatur. Quod tibi prestare dignetur idem Dei filius: qui cum patre & spiritu sancto uiuit, & regnat Deus per infinita secula

## LIBER PRIMVS XXXVII

seculorum. Amen. Princeps: qui ense donatus est: ut primum illum de manu Pontificis accepit pedem: & manum eius osculatur, & pro tempore gratias agit, deinde discedens deducitur ad domum habitationis suæ a familiaribus: & domesticis prælatis Papæ: & ab amicis, oratoribus, & nobilibus: qui uoluerint illum honorare. Seruientes armorum præcedunt illum: qui enses cum pileo ante principem præfert, & in hoc actu ipsi debent habere præcipuam strenam sicut cursores in rosa.

De benedictione, & traditione Vexilli bellici. Cap.

Pontifex consueuit Vexilla Ecclesiæ, & armorum suorum benedicere, & Capitaneo: seu Vexillifero Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dare sine missæ sedes in sede sua uexillum unum, siue plura tenent brachiis plicata sine hastis aliqui clerici cameræ ante Sanctissimum Dominum nostrum: qui deposita mitra surgit: & dicit uersus. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit celum, & terram. uersus. Dominus uobiscum. & cum Spiritu tuo Oremus. Omnipotens sempiternus Deus: qui es cunctorum benedictio, & triumphantium fortitudo: respice propicius ad preces humilitatis nostre: & hoc uexillum quod bellico usui præparatum est: celesti benedictione Sanctifica, ut contra aduersarias, & rebelles nationes sit ualidum, tuoque munimine circumseptum: sitque inimicis christiani populi terribile, ac intercedentibus Sanctis tuis solidamentum, & uictoriæ certa fiducia. Tu enim es Deus: qui conteris bella, & cælestis presidii sperantibus in te prestas auxilium, per Christum Dominum nostrum. Finita benedictione aspergit uexilla cum aqua benedicta: & adolet incenso, que mox hastis infiguntur: & erecta simul cum hastis dantur per summum Pontificem sedentem cum mitra Capitaneo genuflexo ad eius pedes cum his uerbis dicens. Accipe Vexillum celesti benedictione Sanctificatum, sitque inimicis populi christiani terribile: & det tibi Dominus gratiam: ut ad ipsius nomen: & honorem cum illo hostium cuneos potenter penetres incolomis, & securus. Capitaneus accepto Vexillo osculatur pedes Sanctissimi Domini nostri: & surgens recedit cum suis.

De Cōsecratione Agnus Dei. Cap.

Agnus Dei soliti sunt benedici a summo Pontifice primo Anno sui Pontificatus, & deinde septimo quoque Anno: dum uiuit. Sed antiquitus cera alba pro illis formandis per magistrum ceræ palatii Apostolici: & per illos: qui uolebant pro se Agnus dei, cera ponebatur super altare beati Petri: quam subdiaconus Apostolicus de altari accipiebat, & in aliqua camera capaci: & idonea in palatio ipse cum aliis subdiaconis: & acoluthis Papæ manibus propriis formabant Agnus Dei cum magna deuotione reuerentia, & mundicia. habebant aliquos seruitores: qui necessaria ministrabant. Et omnia fiebant impensis cameræ, ceram albam mollificabant cum oleo Sancto: & oleo chrismatum quod superfuerat de Anno præterito. Deinde cum facta erat



## SACRARVM CERIMONIARVM

rota quantitas: presentabantur capse plene Agnus Dei, & benedicebant per Papam. Hodie autem sacrista cum suis capellanis, & clericis capella format ipsos Agnus Dei. Cera ipsam sumit uel ex cereo benedicto i Sabbato Sancto Anni preteriti: uel aliunde expensis Papae. Non miscentur oleo Sancto, aut sacro chrismate: sed puri, & mundi presentantur in capsis Sanctissimo Domino nostro in camera sua. Pontifex aliquo die post pascha ante sabbatum in albis dicta, siue audita missa i sua priuata capella: indutus amictu, alba, cingulo, stola: & mitra simplici benedicit aquam benedictione comuni: sicut fit in Dominicis diebus a sacerdotibus: in aliquo magno uase ibi preparato. Et si magis placet: potest illa aqua prius benedici ab aliquo Episcopo domestico Papae. Deinde Pontifex accedens ad uas predictum, deposita mitra stans dicit uersum. Adiutorium nostrum i nomine Domini. &c. Qui fecit celum, & terram. uersum. Dominus uobiscum &c. & cum Spiritu tuo. Oremus Domine Deus pater omnipotens statutor elementorum omnium: & conseruator humani generis: datorque gratie Spiritualis: & largitor salutis eterne qui aquas ex paradisi fonte manantes totam terram irrigare iussisti, super quas unigenitus tuus sicis pedibus ambulauit, & in eis baptizari dignatus est, que una cum suo sanguine de latere sacratissimo perfluxerunt, & baptizare in ipsis precepit discipulis omnes gentes, adesto benignus, & clemens. & nobis tua hec magnalia recolentibus gratia tue benedictionis adueniat: ut ea, que in hoc aquarum uasculo ad gloriam tui nominis preparato infundere decessauimus: & immergere: benedicere, & benedicta Sancti fices: quatenus ipsorum ueneratione: & honore nobis famulis tuis crimina diluantur. abstergantur macule peccatorum. impetrentur uenie gratie conferantur. & tandem una cum Sanctis: & electis tuis uitam percipere mereamur eternam Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Resumit deinde mitram Pontifex: & infundit balsamum ex ampulla in aquam in modum Crucis dicens. Consecrare: & sanctificare digneris Domine aquas istas per istam unctionem balsami, & nostram benedictionem. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Et ter signat. Deinde ex alia ampulla in eandem aquam Sanctum chrisma: & in modum Crucis dicens. Consecrare: & Sanctificare digneris Domine aquas istas per istam unctionem Sancti chrisma: & nostram benedictionem. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Benedicta aqua uertit se ad capsas ubi sunt Agnus Dei, & sine mitra stans dicit Dominus uobiscum. &c. & cum Spiritu tuo. Oremus Deus omnium sanctificationum Dominator Dns, cuius pietas sine fine sentit, qui Abraam Patrem fidei nostre precepto tuo filium Isaac imolare disponeret i figuram redemptionis nostre per arietem uepribus iheret eius sacrificium summare uoluisti, quinque Moysi famulo tuo legifero iuge holocaustum precepisti i agnis imaculatis

## LIBER PRIMVS XXXVIII

offerri: te suppliciter deprecamur, ut nostre uocis exoratus officio: has cereas formas innocentissimi agni imagine figuratas benedicere: & per inuocationem tui Sancti nominis Sanctificare digneris, ut per eius tactum, & uisum fideles inuidentur ad laudes, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum, uentorum rabies, infesta tonitrua temperentur: fugiant: atque tremiscant maligni Spiritus ante Sancte Crucis uexillum: quod in illis exsculptum est: cui flectitur omne genu: & omnis lingua confitetur, quia deuicta morte per Crucis patibulum Iesus Christus regnat in gloria Dei Patris, ipse enim tanquam ouis ad occisionem ductus in morte tibi Patri Sanctum sui corporis obtulit sacrificium: ut ouem perditam diaboli ca fraude seductam reduceret, & reductam suis humeris ad caelestis Patrie gregem reportaret: Qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum Amen. Deinde dicit aliam orationem. Omnipotens sempiternus Deus, qui legalium hostiarum: & cerimoniarum es institutor: & que pro restauratione humani generis fieri instituisti: ut plasmatio tua, que suggestionem diabolicam decepta tue maiestatis imperium contemnendo indignationem tuam incurrit: & his hostiis: atque sacrificiis obediendo placari uoluisti, sicut in sacrificio agni primitiarum instituiti Abel, & in oblatione Melchisedech sacerdotis tui: atque in imolatione hostiarum agnorum, arietum, & taurorum pinguium, Abrahę, Moysi, & Aaron famulis tuis: que omnia illis in figuram contingebant, quia cum tua sancta benedictione Sancta erant: atque salutifera humiliter offerentibus. Et sicut ille Agnus de cuius sanguine postes, & superlimina domus immolatus, populum tuum a persecutione Aegyptiaca media nocte liberauit, & quem admodum ille Agnus Innocens tua uoluntate immolatus in ara Crucis Iesus Christus Filius protoplastum nostrum de diabolica potestate eripuit: sic isti agni imaculati uirtutem illam accipiant: quos consecrandos offerimus in conspectu diuine maiestatis tue. Tu eos benedicere: Sanctificare, & Consecrare digneris, ut tua larga benedictione sanctificati eandem uirtutem accipiant contra omnes diabolicas uersutias, & fraudes maligni Spiritus: ut illos deuote super se ferentibus nulla tempestas eisdem preualeat, nulla aduersitas dominetur, nulla aura pestilens, neque aeris corruptio, nullusque morbus caducus, nulla maris procella, & tempestas, nullum incendium, neque ulla iniquitas dominetur eis, neque preualeat. homo partus cum matre icolumis conseruet per intercessionem unigeniti Filii tui Domini nostri Iesu Christi: qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, &c.

Oremus tuam clementiam omnipotens Deus: qui cuncta ex nihilo creasti, & post Adę lapsum Noe: & Filiis eius benedixisti: qui iusti coram maiestate tua comparuerunt, atque tua miseratione ab aquis diluuii saluifaciunt: sic ita istos Agnus Benedicere: Sanctificare: & consecrare digneris: quatenus eos deuote deferentes ob reuerentiam



SACRARVM CERIMONIA RV M

& honorem nominis tui liberentur ab omni inundatione aquarum: & ab omni fluctuatione diabolicę tempestatis, & a morte subitanea per uirtutem passionis Iesu Christi Filii tui benedicti: qui tecum uiuit: & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

His finitis accingitur linteo Pōtifex, & sumpta mitra sedet apud uas aque, & cubicularii ad eū portāt Agnus Dei in peluibus argenteis: quos Pontifex imergit in aquā, & p̄lati astantes eos extrahunt: & in peluibus portāt super mēlas cum mappis mūdis preparatas: ut siccentur. Et omnibus baptizatis per Pontificem: uel per eius p̄latos: surgens Pōtifex stās sine mitra dicit super eos has orationes. Oremus. O alme Spiritus qui aquas fecundas, & cuncta uiuificas: & in aquarū substantia maxima queq; sacramēta cōstituisi, que a te Sanctificāte amaritudine dimissa indulcedinē sunt cōuerse: & tuo flatu Sanctificāte, atq; Imperāte lauacri susceptiōe Sāctę Trinitatis nomine Inuocato oīa peccata diluunt: que sumus Domine hi agni sacra & perēni unda balsamoq; sacri chris̄matis perfusi tu illa benedi-  
+ cere, Sanctifi-  
+ care: & cōse-  
+ crare digneris, quatenus a te benedicti uirtutem accipiant contra oīa diabolica tentamēta, & omnes portantes tuti esse possint inter aduersa: & prospera: ut tua consolatione accepta nullum periculum timeant, nullamq; formident umbram, nulla seuitia diabolica: aut uersutia humana eis noceat: sed fortitudine tuę uirtutis roborati tua cōsolatione gloriētur, qui uere Paraclētus diceris: & in Trinitate p̄fecta uiuis: & regnas per omnia secula seculorū. Amē. Domine Iesu Christe Fili Dei uiui: qui uere es Agnus Innocens sacerdos: & hostia, qui prophetica uoce uitis: & lapis angularis p̄dicaris, qui mūdi peccata abstulisti, qui occisus nos redemisti Domine Deus in sanguine tuo: atq; postes pectoris, & frontis nostrę tuo cruore liniuisti: ne diabolica nocturna uersutia, & meridiani icursus, & populus seuiens, & super domos nostras transiens uires in nos exercerent. Tu uere es Agnus immolatus pro nostra reconciliatione, & iugis uoluisti a tuis fidelibus in tuā memoriā immolari, & in Agnum paschalem sūmi sub speciebus panis, & uini in sacramento in salutem: & remedium animarum nostrarum: ut mari, & p̄senti seculo transacto ad resurrectionis: & eternitatis gloriā uenire possimus. Rogamus ergo clementiam tuam: ut hos agnos immaculatos benedi-  
+ cere: Sanctifi-  
+ care: & cōse-  
+ crare Digneris: quos de cera uirginea in tuum honorem formauimus per opera Crucis: & sacra unda, balsamoq; & sacro chris̄mate liquori confecti in sanctificationem tuę conceptionis: que absq; contagione, ac propagine humana sola diuina uirtute suscepisti, sic eos deferentes tuearis, protegas: & defendas ab omni periculo incendii, fulguris, procelle, & tempestatis: & ab omni aduersitate custodi per mysterium passionis tuę: & sic eos liberare digneris ab omnibus periculis, & in puerperio laboran-

LIBER PRIMVS

tes: sicut matrem tuam ab omni periculo liberaisti, & Susannam de falso crimine, & beatam Teclam Virginem: & Martyrem tuam ab incendiis: & Petrum a uinculis absolutum illesum abire fecisti, ita nos ab hoc seculo illesos abire facias: ut tecum sine fine uiuere ualeamus Qui uiuis: & regnas in unitate Spiritus Sancti Deus per oīa secula seculorum Amen.

His finitis reponuntur Agnus Dei in suis capsis: & deinde Sabbato in albis post Agnus Dei in missa dantur: ut in cerimonia illius diei plenius dicemus.

Legimus Urbanum quintum Pontificem maximum misisse ad Imperatorem Græcorum tres Agnus Dei cum uersibus infra scriptis.

Balsamus: & munda cera cum chris̄matis unda  
Conficiunt Agnum: quod munus do tibi magnum  
Fonte uelut natum per mystica sanctificatum.  
Fulgura de sursum depellit, omne malignum  
Peccatum frangit: ut Christi sanguis: & angit  
Pregnans seruatur, simul & partus liberatur.  
Dona defert dignis, uirtutem destruet ignis  
Portatus mūde de fluctibus eripit undę.

DE CREATIONE NOUORVM CARDINALI VM  
SECTIO. VIII.

Vāuis Romanus Pōtifex de plenitudine potestatis quādo uoluerit, & quos utiles Reipublicę christianę putauerit: possit in Sanctę Romanę Ecclesię Cardinales assumere, tñ consueuit Cardinaliū creationē celebrare in quatuor tēporibus ad imitationē Sāctorū Patrū, qui illis diebus ordinatiōes faciebāt clericorū Romanę Ecclesię: sicut & hodie faciūt alię ciuitatū Ep̄i, aliqñ tñ ēt nostris temporibus extra tēpora creati sunt Cardinales. Sixtus enim Papa quartus Anno salutis Millesimo quadringētesimo septuagesimo tertio: & sui Pōtifiscatus secūdo, septima die Maii creauit octo Cardinales. Seruatū tñ usq; ad tēpora: ut Pōtifex nō creet novos Cardinales: nisi de cōsensu maioris partis sacri collegii.

De primo cōsistorio an sint creādi, & quot.

Cum igitur Pontifex uoluerit novos Cardinales creare quarta feria quatuor temporum in consistorio secreto proponit fratribus suis Sāctę Romanę Ecclesię Cardinalibus causas: que mentē suę sanctitatis mouēt ad novos Cardinales faciendū, deinde exquirat sigillatim eorū sententiā, an uideatur eis expedire noua Cardinalium creatio. Exponunt uota sua omnes per ordinem libere, & ut ab omnibus intelligantur seruato ordine Dignitatis: & prioritatis uidelicet: primū Ep̄i deinde p̄sbyteri, ultimo Diaconi. Et quāuis antiquis temporibus in consiliis: & uotis dandis



## SACRARVM CERIMONIA RV M

preterq̄ in electiōe Pōtificis ordine p̄postero, iter Diaconos Prior Diaconoz eēt ultimus, & Iunior primus: tñ hodie res ad debitū ordinē redacta ē, & Prior ē primus, & Iunior ultimus. Si maior pars collegii in sentētia Pōtificis uenit: tūc agitur de numero promouēdoz, in quo si eadē die cōueniunt: dimittitur senatus, & indicitur ad sextā feriā aliud cōsistoriū, & Pontifex monet Cardinales: ut cogitent de personis promouēdoz.

De secundo cōsistorio, & forma pronuntiandi Cardinales.

Sexta feria iterum cōueniunt Patres ad secretū cōsistorium. proponit Pōtifex nomina illorum: qui sibi uidentur idonei ad talem dignitatem, & causas: cur ad id moueatur exponit, siue sint merita personarū, siue principum iustę preces: rogātur Patres sentētiā: & in quibus maior pars collegii cōsentit: illi tantū Sanctę Romanę Ecclesię Cardinales a Pōtifice p̄nunciantur in hęc formā. Auctoritate Dei Patris omnipotentis: Sanctoz Apostolorū Petri & Pauli: & nostra. N. Episcopū firmanum absolui mus a uinculo: quo tenebatur Ecclesię suę firmanē. & ipsum assumimus in Sanctę Romanę Ecclesię p̄sbyterū Cardinalē. & B. p̄notariū Seneñ. assumimus in Sanctę Romanę Ecclesię Diaconū Cardinalē, & sic de singulis. Si uero aliquis non erat prius Episcopus nō dicit absolui mus a uinculo: quo tenebatur Ecclesię &c. Sed simpliciter dicit assumimus.

Infirmorum uota exquirenda per duos Cardinales.

Et aduertēdū, qđ si qui antiqui Cardinales sunt in curia: qui infirmitate detēti nō possint uenire ad cōsistoriū, cōsueuit Pōtifex duos alios Cardinales ad domū infirmi mittere: qui ab illo exquirāt uotū suū. primo die & secūdo an sint noui creādi, & de numero: & postea de personis, qui oīa fideliter referāt Sanctissimo Dño nostro in secreto cōsistorio coram aliis Cardinalibus. Creatis nouis Cardinalibus ipsa sexta feria Pontifex, siue Cardinales antiqui solēt per suos nūcios id significare nouiter creatis.

Quod nouiter creati non sunt publice uisitandi anteq̄ capellam acceperint, & uisitauerint. Cap. II.

Sed nō debēt prius uisitari publice noui ab antiquis, q̄ galerū acceperint a Pōtifice, & alios ipsi uisitauerint, possunt tñ ab aliquibus amicis uisitari clā: & noctu: & nō cū ostētatione. Vidimus tñ Sixti p̄fati tēpore solitā Cardinaliū grauitatē nō fuisse seruātā, qui nō modo publice uisitarūt aliquos nouos creatos: ut primū e cōsistorio sunt egressi: sed nonnullos: qui erāt in palatio oēs simul collegialiter deduxerūt ad domū suā cū cappa Cardinalari: & galero nigro: quod tamē fuit a multis damnatum.

De cōsistorio publico, in quo publicātur Cardinales noui, & datur galerus p̄sentibus. Cap. III.

Sabbato sequēti fit publicum cōsistorium noui Cardinales ueniunt sumo mane ad palatiū in habitu: quo antea utebantur, & expectant in aliqua camera sibi p̄parata, & hoc antequā Cardinales antiqui ueniant.

## LIBER PRIMVS

XL

Deinde congregatis omnibus Pontifex cum pluuiali, & mitra preciosis p̄cedente cruce, & Cardinalibus exit ad publicum cōsistorium, ascendit cathedram suam: & recipit Cardinales antiquos ad reuerentiam more solito. deinde considentibus omnibus. Pontifex uerbis conuenientibus exponit causas, quę mouerunt suam Sanctitatem, & sacrum collegiū ad nouos Cardinales creandos, deinde descendens ad particularia nominat personas ad Cardinalatum assumptas: unūquemq̄ laudās pro meritis: & qualitate sua. Verbi gratia. Assumpsimus dilectos filios Egregium sacre Theologię professorem. N. tūc Episcopum Vlyssiponensem &c. uirum utiq; probum, modestum, & multa doctrina prudētē, & B. tūc Episcopum Vrbinate Juris utriusq; peritissimum uirum, integerrimum, & uite laudabilis in Sanctę Romanę Ecclesię p̄sbyteros Cardinales. simili modo assumpsimus dilectos filios. N. de Fluxo tunc Apostolicę sedis p̄notarium uirum, & maiorum suorum gloria: & sua uirtute clarissimum: & demum Ioannem nostrum secūdum carnem nepotem cuius merito dies ascendet: in sanctę Romanę Ecclesię Diaconos Cardinales.

His dictis, prout res & tempus exigere uidebitur: Iubebit summus Pontifex nouos Cardinales uocari, Diaconi Cardinales antiqui tot numero, si adsunt, ut duo antiqui unum nouum ducant: ad eos profiscuntur: & illos ad conspectum Pontificis adducunt duo. antiquiores Diaconi medium habent primo nominatum ex nouis, quod si antiqui Diaconi nō sufficiērent: erit unus tantum antiquus cum uno nouo, ita tamen quod antiquus sit a sinistris, & si etiam non sufficiant antiqui: unus ducat duos: aut tres nouos. Si autem nullus adesset Diaconus antiquus: aut unus tantum Iuniores p̄sbyteri Cardinales, antiqui unus uel duo debent supplere: ita ut nō minus duobus sint antiqui Cardinales qui nouos ducant. primum tamen locum obtinebit Diaconus Cardinalis: ut prior illius ordinis. Cū peruenerint in conspectum Pōtificis detecto capite se profunde inclināt, prout ductor eis ostendet. cum uenerint ad introitum cōsistorii, firment se post scamnum: ubi sedent ultimi p̄sbyteri Cardinales ante Pontificis faciem, & capite detecto persistent per ordinem suę pronuntiationis: ita ut primo nominatus stet primus uersus parietem, & alii successiue sequantur. Pontifex in hanc ferme sententiam eos alloquitur.

Maxima dilectissimi Filii, & excellentissima dignitate donati estis ad collegium Apostolicum uocati consiliarii nostri: & coniudices orbis terrarum eritis inter causam: & causam. inter sanguinem: & sanguinem. iter lepram: & lepram discernere uos oportebit, successores Apostolorum circa thronum sedebitis. uos Senatores urbis, & regū similes eritis ueri mundi Cardines: super quos militantis Hostiū Ecclesię uolendum: ac regēdū est. cōgitate animo quos uiros, quę ingenia, quam integritatē hęc dignitas requirat, humilitatem: non superbiam. liberalitatem: non auariciam



## SACRARVM CERIMONIA RV M

abstinentiam, nō ebrietatē. cōtinentiam, nō libidinem. scientiam nō igno-  
rātiā. uirtutes oēs: nullū uitiū hic honor exposcit, si fuistis hactenus  
uigilantes nunc uigiletis oportet aduersus malignū hostē: qui nūq̄ dor-  
mit cogitans: quē deuoret. Si liberales fuistis, nūc opes in rebus honestis  
profundite, & maxime in alēdis pauperibus Christi: si cibi, potusq; absti-  
nētes: nunc p̄cipue luxuriam fugite, absit auaricia, facessat crudelitas.  
exulet arrogātia. sint libri sacri semper in manibus uestris, dies noctesq;  
aut discite aliquid: aut alios docete. opera perficite per quē lux uestra co-  
rā hominibus luceat, & deniq; tales estote: quales esse debere Cardinales  
diuidicatis anteq̄ hoc culmē ascēderetis. His uerbis usus est Pius secun-  
dus Pontifex maximus cum primos suos Cardinales creauit. poterit Pō-  
tifex pro sua eloquētia, & doctrina mutare: & addere prout sibi expediēs  
uidebitur. nos pro introductione, & formula quadam hęc posuimus. faci-  
le erit deinde inuētis addere: & pro qualitate tēporis: & p̄sonarū uariare.

De receptione nouorum Cardinalium ad osculum pacis. Et  
traditione Galeri. Cap. III.

Dum Pōtifex nouos Cardinales alloquitur: Diaconi: qui illos deduxe-  
runt in scamno suo sedēt, & ut Pontifex dicēdi finē fecit surgunt, & rur-  
sus nouos ordine, quo uenerant ad Pōtificē ducūt. procedit antiquus: &  
nouo gestus, reuerētiaq; ostendit. Cum peruenerint ad Pōtificē: noui pe-  
dē, deinde manum illius osculantur, & Pōtifex eos alleuās ad osculū oris  
recipit. inde a Diaconis ad alios antiquos Cardinales deducunt, & a pri-  
mo usq; ad ultimum stantibus recipiuntur ad osculū pacis, Diaconi de-  
ductores suo loco, & ipsi stātes in suis scamnis nouos ad osculū suscipiūt:  
qui demū exosculatis omnibus antiquis: a ministro cerimoniarū deducū-  
tur ad subsellia presbyterorum: seu Diaconorum, & sedēt secundū ordinē  
factę pronūciationis: & gradus. Vbi confederint potest proponi aliqua  
breuis cā per aduocatos, si placuerit Sanctissimo nostro, & ea finita sur-  
gēt oēs Cardinales, & cantoribus cantantibus. Te Deum laudamus pro-  
cedent ad capellam minorē palatii Apostolici: si fiet apud Sanctum Pe-  
trum, si alibi aliquam capellam cōmodam: siue altare in proximo prepa-  
ratū. p̄cedēt Episcopi, deinde presbyteri & Diaconi, & noui erunt me-  
dii inter ultimos. duo Diaconi ex senioribus remanebunt apud Papā. Cū  
peruenerint ad altare: prosternūt se noui omnes super tapetis ante altare  
in terra tenētes caput super brachia sua. Et finito hymno prior Episco-  
porū stans in cornu altaris ubi Epistola legitur, & ex libro super altare pa-  
rato dicit uersiculos: & orationes infra scriptas. Pater noster. secreta pro-  
sequitur: & deinde alte. Et ne nos inducas in tētationem. & sed libera nos  
a malo. uers. Saluos fac seruos tuos. & Deus meus sperantes in te. uers.  
Mitte eis Dñe auxiliū de Sancto. & Et de syon tuere eos. uers. Domine  
exaudi.

## LIBER PRIMVS XXXXI

exaudi orationem meam. & Et clamor meus ad te ueniat. uers. Dominus  
uobiscum. & Et cum spiritu tuo. Oremus. Omnipotens sempiternus Deus  
miserere famulis tuis, & dirige eos secundum misericordiam tuam in uia  
salutis eterne, ut te donante tibi placita cupiāt: & quę tibi placita sunt to-  
ta mente perficiant. Actiones nostras q̄s Dñe aspirando p̄ueni, & adiu-  
uando prosequere, ut cuncta nostra oratio: & operatio a te semper incipi-  
at, & per te cepta finiatur. Per Christum Dñm nostrum. Amen.

Reuertuntur Cardinales omnes ad sanctissimum Dominum nostrum  
ordine quo uenerant, & stantibus antiquis Cardinalibus in circulo ante  
Pontificem: prior nominatus ex nouis genuflectit ante Pontificem: cui  
Pōtifex imponit galerū rubrum super caput eius dicēs. Ad laudem omni-  
potentis Dei, & sanctę sedis Apostolicę ornamentum accipe galerum ru-  
brum isigne singulare dignitatis Cardinalatus: per quod designatur qđ  
usq; ad mortem, & sanguinis effusionem inclusiue pro exaltatione sanctę  
fidei, pace, & quiete populi Christiani. augmēto, & statu Sacrosactę Ro-  
manę Ecclesię te intrepidum exhibere debeas. in nomine Patris & Filii  
& c. Et sic uniuersiq; sigillatim galerū imponit secundum ordinationem: si-  
ue pronūciationem, & quisq; ex deputatis a Pōtifice qui primo tenebāt  
galerum, cum Pontifex ipsum imposuit capiti Cardinalis: finita oratio-  
ne resumat dictum galerum, & ipsum portat quousq; Cardinalis no-  
uus equitat.

De noui Cardinalis deductione. Cap. V.

Cardinales acceptis galeris deducuntur ab antiquis equitantes ordi-  
ne: quo ad altare ducti sunt: prior ex nouis erit medius inter duos antiquo-  
res Diaconos: qui equitant ultimi, Secundus erit medius inter duos alios  
Diaconos illis prioribus succedentes, & sic de aliis. Ita qđ caput Dia-  
conorum incipiat ab ultimis. & ita deducuntur noui ab antiquis Card-  
nalibus usq; ad domos suarum habitationum. Et primo uadunt non per  
ordinem promotionis: sed ut magis commodum erit incipiēdo a uicino-  
ri: & quemlibet dimittunt domi suę. quando peruenerint ad domum noui  
Cardinalis: antiqui firmant se ante ostium: antiquiores prope ipsum osti-  
um, & alii Episcopi, & presbyteri successiue, Diaconi autem ab alia par-  
te, & nouus solus deducente clerico cerimoniarum equitat ad primū Car-  
dinalem, & detecto capite agit ei gratias pro impenso honore, & societa-  
te breuissimis uerbis, & deinde sigillatim cuiq; ex antiquis, reuertitur post  
hęc ante ostium suum, & uersus ad Cardinales semper detecto capite cui-  
q; discedenti inclināt caput, & cum omnes Cardinales, & p̄lati decesse-  
rint: intrat domum suam. Idem fit cum omnibus aliis, tam presbyteris,  
quam Diaconis.

De modo uisitandi. Cap. VI.

Postq̄ noui Cardinales acceperunt galerum a Sanctissimo Domino.



## SACRARVM CERIMONIA RV M

nostro sequenti die, si possunt, uisitât summum Pontificem; Deinde alios Dominos âtiqnos, non per ordinem, sed ut eis cōmodum erit, & finita uisitacione omnium: ipsi debent ab antiquis uisitari in domibus suis. Quando ipsi uisitant alios debent honorari a uisitatis: & poni ad manum dextram cundo: & cum intrant ostia primo intrare debent, tamen facere modestam reuerentiam, & renitentiam de non accipiendo dextram: & nō intrando prius: sed tamen tandem debent obedire. & similiter quando alii ueniunt ad uisitandum eos in domo sua, etiam si sint post eum pronuntiat: aut inferioris ordinis, debent eos ponere ad dextram, & prēmittere intrando, & cum ueniunt: exire eis obuiam usq; ad fines scalarum, si potest: & cum recedunt sociare eos quousq; ascendant equum seu mulam. & hoc non debent dimittere, etiam si sepius a uisitante rogentur, ut remaneant. Quod seruatur & in nouis, & antiquis cum se mutuo uisitant. semper uisitatus honorat uisitantem.

De modo & forma claudendi, & aperiendi os nouis Cardinalibus.

In primo consistorio Pontifex nouis Cardinalibus claudit os inhibetq; ne quid loqui prēsument in consistoriis, aut cōsiliis quousq; de cōsilio fratrum duxerit eis os aperire.

In secundo consistorio: aut tertio consueuit eisdem Pōtifex aperire os in hunc modum. Postq; omnes tam antiqui q̄ noui confederint, Pontifex iubet exire nouos Cardinales: qui exeuntes expectant extra consistorium in loco condecienti. & summus Pōtifex proponit antiquis Cardinalibus, an illis uideatur qd̄ nouis sit aperiendum os: & illis figillatim consentientibus: uocantur intus noui Cardinales, & sedent in locis suis. Tunc Pontifex nouos Cardinales stantes uerbis paterna caritate plenis instruit, quo modo se i omnibus cum grauitate, modestia, humanitate, & prudētia gerere debeant. qd̄ in consistoriis cum reuerentia: & modestia loquantur, & cum ipso Pontifice, & cum omnibus aliis Cardinalibus & in consultatione, aut colloquutione respondeant, & mentem suam exponant nō per modum contradicendi: seu impugnandi aliorum dicta: sed cum omnium reuerentia, & modestia sententiam suam explicent ea prudentia: quam Dominus eis subministrare dignabit. Alios Cardinales & domi, & foris honorent, uenerentur, & colant: prēlatos omnes pro eorum dignitate reuerent, & benigne tractent, & deniq; humanos, beniuolos, & affabiles quātuncq; dignitati liceat, in omnes se prēbeant. In cōsiliis, seu uotis explicandis solum Deum prē oculis habeant, honorem sanctę sedis apostolicę, & iusticiam tantummodo in animo suo gerentes: & semota omnium priuata affectiōe amoris, odii, aut alterius cuiuscunq; perturbationis pura, & sincera mente sententiam suam dicāt. domum, atq; familiam suam cum omni honestate & modestia gubernent. non sint in ea lutores, rixatores, gancones, & uiri infames. sed studiosi, modesti, docti, & honesti, fami

## LIBER PRIMVS XXXXII

lię namq; uitia plerūq; dominis impingi solent, unde illud. Qualis Rex talis & populus. incumbant: cum uacant a publicis negociis: bonarum artium studiis, dicant officium diuinum, & missam quotidie audiant. & ita ut non lateat domesticos, ut diuuum illud adimpleant. Luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant opera uestra bona: & glorificent patrem uestrum: qui in Cēlis est. nam in his: quę pertinent ad religionem oportet habere testimonium etiam ab his: qui foris sunt: nisi enim alii uiderint Cardinalem diuinum officium frequentātem, & missam quotidie audientem: & re, & exemplo plurimum offendunt. in mensa semper aliquid audiant de sacra scriptura. uenationibus, choreis, ludis inhonestis minime indulgeant. non exeant in publicum crebrius, non cursitent per urbem, neq; ad palatium sine causa ueniant: & super omnia caueant, ne turpis lucri cupidi esse censeantur. Hęc, & alia pleraq; in hunc modum poterit Sāctissimus Dominus noster nouis Cardinalibus dicere, prout suę sanctitati uidebitur expedire.

Forma aperiendi os.

Cap. VII.

Deinde aperit eis os dicens. Aperimus uobis os tam in collationibus, q̄ in consiliis: atq; in electione summi Pontificis, & in omnibus actibus, tam in consistorio q̄ extra: qui ad Cardinales spectant, & quos soliti sunt exercere. in nomine patris & filii & spiritus sancti. Amen.

De dandis titulis, & annulis nouis Cardinalibus.

Deinde accedentes noui Cardinales unus post alium ad Pōtifex primus genuflectit ante Pontificem: qui accipiens anulum preciosum ad hoc pręparatum immittet in digito annulari dextrę manus Cardinalis, dans ei anulum, & titulum dicens. Ad honorem Dei omnipotentis, sanctorum apostolorum Petri, & Pauli & sancti. N. committimus tibi Ecclesiam Sancti. N. cum clero, & populo, & capellis suis secundum formā: qua committi consueuit Cardinalibus: qui eandem Ecclesiam in titulum habuerunt. in Diaconis autem idem seruatur, nisi qd̄ non dicit tituli, nec additur capelle.

Qd̄ noui Cardinales nō utuntur titulis anteq̄ habeant titulum.

Cap. VIII.

Et notādum qd̄ noui Cardinales etiam si antea erant pręlati non debent portare annulos anteq̄ habeāt anulum a summo Pōtifice. Cum autem acceperint anulum: & titulu: osculetur pedem, & Pōtificis manum, & sanctitas sua eos eleuet ad osculum oris: & reuertitur ad sedes suas.

Datis annulis, & titulis Cardinalibus pręsentibus cōsueuit etiam Pōtifex ad cōtētionem tollēdas etiam dare titulos Cardinalibus absentibus: si qui sint nouiter creati. Et hęc omnia de ore aperiēdo annulis, & titulis dādīs possunt etiam fieri extra cōsistorium ordinarium, uidelicet in circulis, & cōgregatiōibus: quādo Cardinales uocātur pro aliqua causa. Et ta



## SACRARVM CERIMONIA RV M

men supradicta seruantur sicut in consistorio.

Dispensatio qđ retineant beneficia. Cap. IX.

Et quoniam in assumptione ad Cardinalatum censentur omnia beneficia promoti, uacare consuevit Pontifex per literas apostolicas ad partē dispensare cum promotio: ut omnia beneficia, quę obtinebat, retineat: & decernere illa non uacare.

Galerus regulariter non mittitur absentibus. Cap. X.

Et notandum qđ sicut apud omnes cerimoniarum libros inuenimus, regulariter Pontifices non consueuerunt mittere galerum rubrum nouis Cardinalibus extra curiam, nisi essent in aliqua legatione pro aliqua re magni momenti nomen sedis apostolicę, quia tunc mittetur, ut sint maioris auctoritatis, & reuerentię. & tunc seruantur infra scriptę cerimonie:

Quę seruantur cum mittitur galerus extra curiam. Cap. XI.

Summus Pōtifex cū galerum rubrum alicui extra curiā destinat, cōmittit alicui p̄lato in illis partibus primario per suas literas: ut publice galerum rubrum apostolicę sedis nomine nouo Cardinali imponat recepto ab eo prius fidelitatis iuramento. Nam ab absentibus exigitur iuramentum, de presentibus autem aliquando fuit factum, aliquando non. Formam iuramenti, & literas apostolicas dabit illi, per quem mittet galerum. Qui igitur illum nomine Pontificis ad nouum Cardinalem deferet: cum ingreditur urbem siue oppidum: ubi nouus Cardinalis inhabitat, deducetur a nobilibus & amicis Cardinalis, & ipsum galerum portabit palam ut uideri possit, siue super unum baculum, sicut portantur ante Papā siue alias quomodo sibi placuerit. Die dominico uel festo conuenient ad domum noui Cardinalis Episcopus cui committitur assignatio & Pontificis nuncius qui galerum portauit: & simul omnes cum nouo Cardinali ibunt ad ecclesiam nuncio apostolico ante Cardinalem galerum portante, & tunc Cardinalis habebit cappam Cardinalarem, & galerum nigrum statui suo pristino congruentem. In ecclesia postq̄ fecerint orationem ante altare, audient missam solennem siue simplicem, prout domino Cardinali placebit. Finita missa Episcopus cōmissarius induet super rochetum, siue super pellicium: stolam pluuiam, & mitram preciosam, & sedebit supra cathedram sibi paratam ante altare uertens faciem ad populum. Nuncius autē, qui galerum portauit, deponet illum super altare: & si ad hoc erit idoneus, & paratus stans in loco conuenienti: ut ab omnibus audiatur facit breuem sermonem de dignitate Cardinalari: de meritis, & uirtutibus noui Cardinalis, & de meritis p̄cipis, qui pro eo supplicauit. Finito sermone uel dimisso accedet ad Episcopum commissarium. & illi presentabit literas apostolicas: quas Episcopus reuerēter suscipiet, & per unum ex suis publice legi faciet. Deinde conuertens se ad circūstātes nar-

## LIBER PRIMVS

XLIII

rabit qualiter summus Pontifex uolēs Sanctę Romanę & uniuersali Ecclesię de nouis Cardinalibus prouidere. in quatuor temporibus proxime p̄teritis assumpsit ad Cardinalatus dignitatem octo Reuerendissimos patres omnium uirtutum genere excellentes. inter quos uoluit annumerari Reuerendissimum in Christo patrem, tunc Episcopum Tornacensem cum suis p̄claris meritis: tum maximis precibus, & intercessionibus renissimi Regis, seu p̄cipis &c. & hic, p̄sertim si nuncius Apostolicus id non fecerit, laudet personam Cardinalis, personam intercedētis, & ipsam dignitatem. Demum exponat commissionem sibi factam, & concludat se esse paratissimum ad exequenda Apostolica mādāta.

Nouus Cardinalis his dictis accedat ad altare, & genuflexus ante Episcopum iuret: ut in forma ad Ep̄m trāsmissa cōtinetur. Quo facto surgit Episcopus, & retrahēs se ad cornu Epistolę deposita mitra, & libro super altare sibi parato dicit uersiculos, & orationes infra scriptas super Cardinalem genuflexum in eodem loco, ubi iurauit: permanētem. Pater noster: deinde prosequitur secrete. tum alte dicit. Et ne nos inducas in tentationem. &c. Sed libera nos a malo. uers. Saluum fac seruum tuum Domine. &c. Deus meus sperantem in te. uers. Mitte ei Domine auxilium de sancto. &c. Et de syon tuere eum. uers. Dñe exaudi orationem meam. &c. Et clamor meus ad te ueniat. uers. Dñs uobiscum. &c. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oro. Omnipotens sempiternus Deus miserere famulo tuo. N. & dirige eum secundum clementiam tuam in uiam salutis æternę: ut te donante tibi placita cupiat, & tota uirtute perficiat. Oratio. Actiōes nostras q̄s Dñe asp̄rando p̄ueni, et adiuuando prosequere: ut cūcta nostra oratio, & operatio a te semper incipiat, & per te cepta finiatur Per Christum Dñm nostrū. Amen. Sedet deinde Ep̄s cōmissarius cum mitra, & accipiens galerum rubrum de manu nūcii Apostolici ipsum super caput noui Cardinalis ante se genuflexi biretū, & cappam in capite tenētis imponit dicens. Ad laudem, & gloriam oipotētis Dei accipe rubrū galerum magnę Cardinalatus dignitatis insigne, quod per manus nostras apostolicę sedis noię capiti tuo imponitur in noię p̄tris & filii & sp̄s sancti Amen. Et sicut idem Paraclētus super capita Discipulorum Christi in figura ignis descendit eorum corda dei timore inflāmans: ita & tu qui illorum typum cum aliis Sanctę Romanę Ecclesię Cardinalibus in terris gesturus es: caritate feruens, zelo domus Dei ardeas, & scias te pro exaltatione, & tuitione catholice fidei: pro pace, & quiete Christiani populi, p̄ defensiōe ecclesiasticę libertatis. honore, statu, cōmodoq; Sactę Romanę Ecclesię usq; ad effusiōem sanguinis, & ipsius corporis mortē perpetuo fore obligatum: quod, ut p̄stare ualeas, ipse cōcedere dignetur: qui cum patre, & sp̄u sancto uiuit, & regnat in seculorū amē. Et mox dat illi osculum pacis dicēs. Pax tibi. & ille r̄ndet. & cum sp̄u tuo. Extrahitur deinde galerus, & tradit



## SACRARVM CERIMONIA RV M

nuncio apostolico. Episcopus uero commissarius surgēs detracta mitra genuflectit & incipit. Te deū laudamus, chorus prosequit̄. & Episcopus post primum uersum surgit stans sine mitra usq; in finem: nouus Cardinalis perseuerat semper genuflexus usq; in finem. finito hymno Episcopus dicit. Dominus uobiscum. & Et cum spiritu tuo. Oremus Omnipotēs sempiternē deus dirige actus nostros in beneplacito tuo, ut in nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibus abundare. Et in fine. Dominus uobiscum: & cātores dicunt Benedicamus domino. alii respondēt: Deo gratias. his finitis Episcopus reasumpta mitra stans in medio altaris benedicit solēniter dicēs Sit nomen domini &c. deinde exiit se sacris uestibus, & assumpta chlamide deducit nouum cardinalem domum suam. qui si locus est idoneus ascendit equū: & cū galero rubro reuertit̄ ad pprios lares.

De creatione Episcopi Cardinalis, & qđ Cardinalis, de quo aliquid tractatur exit consistorio Cp.

Vacante titulo Episcopi cardinalis consueuerunt romani Pontifices regulariter ad episcopatum promouere antiquiorem presbyterum cardinalem (si tamen ante suam promotionem ad cardinalatum erat consecratus Episcopus) unde si prior presbyterorum non erat ante suam promotionem Episcopus, prēmittitur secundus uel tertius si prius erant consecrati. quod seruatum legimus a Ioanne uigesimo secundo, & Clemēte sexto & aliis. Sed non nunq̄ præponuntur iuniores presbyteri propter legationem, ut fecit Ioannes uigessimus secundus prædictus: qui promouit ad episcopatum Hostiensem Dominū Bertrandum de Pogeto: qui erat in legatione, & nouissimus cardinalis. Legimus etiam apud antiquos nōnullos ex diaconatu ad episcopatum promotos fuisse. ut Gregorius undecimus: qui cardinalem Lemonicensē promouit ad episcopatū prenestin. diaconum existentem, & etiam ipsi nostris temporibus idem uidimus, Pius secundus Ioannem caruaial cardinalem sancti Angeli ex diacono episcopum Portuensē creauit propter eius præclara erga sedem Apostolicā merita, fuerat enim bis in legatione cōtra turcos cū maximo labore, & uitæ suæ discrimine. Et Sixtus quartus Rodericum boriā sancti Nicolai in carcere diaconū Cardinalem: ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ uice cancellarium ad episcopatum primum: Albanēsem deinde Portuensē promouit. Licet igitur uidere, qđ Pōtifex pro suo arbitrio cū cōsilio fratrum de personis presbyterorum, siue diaconorum cōsueuit titulis episcopalibus cardinalium prouidere. Igitur uacante ecclesia episcopali cardinalari Pontifex in secreto consistorio proponit personas, ut sibi uideatur benemeritas: quibus ordinari antiquiores presbyteros proponere debeat, si præsens est ille, de quo agitur, debet exire consistorio. Et cū Pontifex habebit uota fratrum, promouet illum talem ad episcopatum per uerbum prouidemus: ut sit in aliis episcopis: nō per assumimus: ut in cardinalibus, deinde reuoca

## LIBER PRIMVS XLIII

tus ad consistoriū prouisus per Pontificem intimatur sibi, qualiter de consensu fratrum prouiderit ecclesiæ Episcopali &c. de sua persona tūc nouus Episcopus agit gratias genuflexus Sanctissimo Domino nostro: & osculatur pedem, & manū eius, & datur sibi anulus preciosus & nouis cardinalibus, & eleuatus recipitur ad faciē Pontificis. Inde per ordinē recipitur ad osculū ab oibus aliis cardinalibus, & sedet post ultimum ep̄m Cardinalem. Tum finito cōsistorio deducitur a toto collegio domū propriam medijs inter duos antiquiores diaconos in ultimo loco equitates. Cum peruenerit ad Domū suā agit gratias dñis Cardinalibus singulariter singularis: ut de nouis Cardinalibus diximus, uisitat, & uisitatur. Et aduerte qđ ex laudabili, & debita obseruantia quotiēscunq; in secreto cōsistorio agitur de aliqua re spāliter tangente personā alicuius Cardinalis presentis, ille talis debet exire consistorio: & expectare in camera ad partē quoad finito suo negocio reuocetur.

De electione Legati Apostolici de Latere. Cap.

Pontifex in secreto cōsistorio primum proponit causas: propter quas sibi uideatur necessaria Legatorū creatio: & exquirat uota an sint creandi legati & quot, postq̄ conuenerint, nominant personas, quæ nominatæ exeunt consistorio, & cum Patres cōcordauerit de personis, reuocantur intro. Pontifex omnibus confidentibus exponit qualiter confusus de prudentia uirtute &c. illius: de cōsilio fratrum designauerit illū Legatū Apostolicum ad tales partes, iniungitq; ei onus legationis. ille, ut primū Pontifex ad eū conuertit orationē, assurgit: & ut Pontifex finiuit, detecto capite agit gratias sanctissimo Domino nostro, & Sacro senatui de bona eorum opinione erga suā insufficientiā, & uerbis modestissimis excusat se: & rogat, ut id onus melioribus, & peritioribus cōmitatur, & tandē instante Pontifice offert se paratū ad obedientiā, agitq; iterū gratias: & accedens ad eius pedes: & genuflexus osculatur pedē & manū: & recipit ad osculū oris. Et similiter deinde ab omnibus Cardinalibus, & deducitur domum: ut de Episcopo Cardinali supra diximus. Deinde parat se ad iter: & inter omnes Cardinales uisitat anteq̄ discedit. Adueniente die profectionis fit secretū consistoriū: & in fine exiens a latere Pontificis deducitur ab omnibus Cardinalibus ordine prædicto usq; extra portā ciuitatis. Et ibi postq̄ egit gratias: & osculatus est oēs Cardinales proficiscitur in pace. Alii autem reuertuntur domū suā. Cardinalis legatus postq̄ exiuit territoriū ciuitatis ubi Pontifex residet, incipit benedicere, capit mantū rubrū, & profertur ante eū Crux. & dum est in legatione nō participat de emolumentis cameræ apostolicæ: siue annatarū. Consueuerunt summi Pontifices semper quando pronūciabāt nouos Cardinales, siue Ep̄os cardinales: siue Legatos apostolicos siue nouos electos ad ecclesias catedrales: siue trāsatos habere pluuiale, & mitram cōsistorialem, & tūc Cardinales oēs faciebāt re



## SACRARVM CERIMONIA RV M

uerentiam ut in ecclesia. Et nota qd̄ Papæ nunquam fit reuerentia a Cardinalibus: quando nō habet pluuiiale & mitram. hodie ut audio raro Pontifex ista facit cū pluuiiali, & mitra. Et reuerentia nūq̄ fit i cōsistorio secreto. De ordinatione Cardinalium ad sacros ordines. Cap.

Assumpti ad dignitatē Cardinalatus minores ordines, & subdiaconatum accipiunt ab aliquo Ep̄o Cardinali de cōmissione Pontificis. Diaconatū uero, & presbyteratū de manu summi Pontificis in loco: ubi sue sanctitati placuerit. Aderunt presentes duo Diaconi Pontifici assistentes: & unus Diaconus ministrans in Missa, si erit sollemnis, & unus presbyter Cardinalis parati: qui Pontifici ministrabunt. Et seruabuntur oīa: quæ in ordinatione aliorū seruantur. Senior Diaconorū dicit. Postulat sc̄ta ecclesia &c. & respondet. Ordinati post ordinationē osculantur pedē Sāctissimi Domini nostri, & manū genuflexi, & recipiuntur ad osculū oris. Ad offerentiū offerent cereos panes & uinū: ut faciunt Ep̄i. Et in fine cū mitra simplici in capite dicēt. Ad multos annos ut in Episcopis.

Quod apud altare sancti Petri solus Papa consecratur. Cap.

Et nota qd̄ secundū institutionē Gregorii primi, huiusmodi consecrationes non debent fieri apud altare sancti Petri: quia ibi solus Romanus Pontifex cōsecratur. Quando Papa aliquos uult ordinare publice in sancto Petro consuevit actus ordinationis, & consecrationis facere in capella sancti Andreæ, uel alia, & reliquū missæ finire ad altare sancti Petri. Et aduerte qd̄ Cardinales si Papa celebraret publice, anteq̄ illi esset ordinati, in suo ordine non essent cum paramētis: sed cum suis cappis lanceis, & sederent ultimi post paratos in suo ordine.

De nouo Cardinali ueniente ad curiam sine galero.

Nouus Cardinalis die: quo perueniet ad urbē: in qua est Pontifex: quiescit in aliquo loco circa portam urbis intra uel extra secundū cōmoditatē locorum: ut Romę apud sanctā Mariam de populo uenientes per Tusciā: siue per uia flaminia: uel apud lateranum uenientes per Appiā siue latinā: illo die non uadunt ei obuiā aliqui Cardinales neq; eorū familiæ: & cū est per unū miliare prope ciuitatē dimisso pallio itinerario induit cappam cardinalarē, & galerum nigrū secundum suā pristinam dignitatē & illa nocte: ubi quiescit: summo mane ornetur ibi aliquis locus honestus, & capax in quo Cardinales cōgregentur expectantes aduentū aliorū. Et nouus ponat aliquos ex suis: qui aduertant quando Cardinales adueniūt, & sibi renuncient, ut in tempore possit eis occurrere: cū uero Cardinales uenerint unus uel plures, nouus cū sua cappa occurrat eis in introitu loci: & reuerenter, atq; benigne eos excipiat: & ponat oēs ad dexteram suā: & eos honoret tāq̄ si esset in domo sua: ducatq; illos in locū præparatū: ubi debent alios expectare: & ipse sedeat semper ultimus. Et sic unicuiq; ueniētū obuiā ibit: & deducet ad alios. Cum uero oēs conuenerint, descēdant ad

equitandum. & ipse cum suo galero nigro equitabit medius inter duos antiquiores Diaconos in ultimis. Qui anteq̄ pueniāt ad palatiū, illi duo antiquiores Diaconi dimisso nouo Cardinali in medio aliorū duorum post eos seniores perueniūt ad Pontificem: & illum induunt amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali rubro, & mitra preciosis. Cū uero alii Cardinales perueniūt ad palatiū, & nouū Cardinalē dimittunt in aliqua capella, siue camera ad hoc parata cū duobus iunioribus Diaconis Cardinalibus, & ipi uadūt ad summū Pontificē, qui paratus, ut diximus, pcedēte cruce exit ad publicū cōsistoriū. sedēt oēs in locis suis, & fit reuerentia a Cardinalibus p̄sentibus. deinde aduocatus cōsistorialis pponit aliquā cām. Interim tempore cōgruo duo antiquiores Diaconi uadūt ad locū: ubi expectat nouus Cardinalis. & illi duo, qui erāt: ueniūt ad cōsistoriū, & facta ex more reuerentia Pōtifici sedēt in locis suis. Post paululū uenit nouus Cardinalis medius inter duos Diaconos, & cū uenerit in cōspectu Pōtificis pfunde caput inclinet ante Pōtificē simul cū suis ductoribus: quorū gestus animaduertit, & imitat. Deinde pcedentē priorē Diaconū sequat, & iterum ante gradū primū sedis Pōtificis simul cū deductoribus Pōtificē ueneret, & ascēdens gradus genuflectat ad pedes Pōtificis, osculet pedē & manū, & a Pōtifice subleuet, & ad osculū oris recipiat. tum a supradiētis diaconis ducit ad osculū oīum Cardinaliū p̄ntium p ordinē, & in fine ipsos Diaconos stātes in locis suis osculet. Et mox a ministro cerimoniarū ducitur ad locū: qui ei cōpetit secundū ordinē p̄nūciationis sue, cū fuit assumptus in Cardinalē & reliquis sedētibus sedet & ipse: aduocatus aut psequit suam cām. finita cā surgūt oēs Cardinales, & ordinate uadūt ad paruā capellā: seu ad altare ad hoc paratū pcedentibus cantoribus cātantibus. Te Deū laudamus. duo uero antiquiores diaconi uadūt ad assistentiā summi Pōtificis, ducit nouus Cardinalis ad altare, ubi pstratus orat. dicuntur uersiculi, & orōnes p primū Cardinalē, reducit ad pedes sanctissimi Dñi nostri, accipit galerū de manu Pōtificis, & deducit ab aliis Cardinalibus domū suā. Et omnia fiunt, sicut diximus qñ datur galerus p̄sentibus. uisitat, & uisitatur. Demum in primo cōsistorio imponitur ei silentiū, & in secundo aut tertio aperitur sibi os, & fit mentio, ut de aliis supradiētum est.

De reditu noui Cardinalis cum galero, siue legati.

Si aut nouus Cardinalis habuit galerū, siue ē legatus Ap̄licus aliquis, ille qui uenit, recipitur apud portā, deducit ad palatiū: & deinde ad cōsistoriū ad pedes Papę, ut de nouo Cardinali sine galero diximus: recipitur ad osculū pedis, manus, & oris a Pōtifice. & ab oibus Cardinalibus ad osculum pacis, & tandē ponitur ad sedēdū in ordine suo. secundū p̄nūciationē de ipso factam, si est nouus. siue in loco antiquo, si est legatus. & nō ducitur ad altare neq; aliquid cātatur, sed finito cōsistorio deducitur domū suā ab omnibus, uisitat & uisitatur. ut de aliis dictū est superius.



## SACRARVM CERIMONIARVM

De nouo Cardinali, uel Legato redeunte uacante sede. Cap.

Si uero nouus Cardinalis, uel Legatus redierit ad curiam sede uacante nullus Cardinalis uadit sibi obuiam. quia tunc collegium tenet quodam modo locum Pontificis, sed cum suis priuatis amicis se recipit domū habitationis suæ sine aliis cerimoniis.

### SECTIO NONA.

#### DE LOCO ET ORDINE CONSISTORII Cap. I.

q Via publicum consistorium frequenter nominauimus: & in posterum nominatori sumus: opere precium uideatur ordinē & modum ipsius consistorii explicare. In palatio Apostolico apud Sanctum Petrum tres aule sunt pōtificales: quas in cōclauī contineri superius diximus. prima omnium maxima pro consistorio publico ornari solet: qñ Reges, aut Regii Legati sunt excipiēdi. canonizationū etiā causæ in ea parantur, in tertia aula excipiūtur legationes aliorum principum, & rerum publicarum: cum ad uenerandum summū Pontificem ueniunt, publicantur noui Cardinales. excipiuntur Legati Apostolici qñ reuertūtur ex suis legationibus. excipiuntur Cardinales noui uenientes ad Romanā curiā, & agitātur causæ q̄ publicū consistoriū requirunt. In capite aule erigitur solium pōtificale: ad quod tribus amplis gradibus ascenditur, forma solii erit ferme quadrata: latitudinis in summo plano palmorum duodecim uel circa, in medio sedes erit parieti hærens cū magno & paruo scabello, planum totū cū magno scabello coopertū erit panno coccineo, sedes uero aureo erit ornata panno & pariete: & supra caput pendeat aureus pānus, a dextra infra solium per uiginti palmos uel circa sedilia Ep̄orum Cardinalium, & p̄sbyterorū erunt remota a pariete p̄ duos palmos, habebunt reclinatorium, siue postergale altum usq; ad spatulas & gradū altitudinis sex aut octo digitorū: super quē pedes teneant, primū sedile erit longitudinis trium cannarū uel circa secundum mensurā Romanę curiæ: huic cōiunctum erit secundum sedile duarū cannarum longitudinis in transuersum aule: ita ut ibi sedentes in faciem Pōtificis respiciant. a sinistra Pontificis erit sedile Diaconorū Cardinalium e regione Ep̄orum Cardinalium, inter quod & sedile: quod in transuersum porrigitur erit spaciū decem palmorū, aut duodecim, ut sit quodāmodo ostium ad ingressum consistorii, longitudo sedilis Diaconorū erit duarū cannarum cū dimidia uel circa, hæc sedilia erunt pari formiter ornata auleis, & tapetis, & eiusdē altitudinis, & latitudinis, ita ut in nullo differant gradus solii Pōtificalis: & totum spaciū quod sedilibus circūplectitur pannis uiridibus sternitur.

## LIBER PRIMVS

XLVI

De habitu, & locis in publico consistorio.

Cap. II.

Pontifex ad publicum consistorium ut ad capellam procedit paratus amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali rubro, & mitra preciosis, cruce cum cardinatibus præcedente, sedet in sua sede Pontifex, cardinales facta ex more reuerentia omnes in suis sedibus sedent. diaconi non assistūt. postq̄ fecerint reuerentiā, Archiepiscopi, Episcopi, protonotarii, & omnes plati sedent super tres gradus solii pontificalis. & cum eis in ultimo subdiaconi, auditores, clerici cameræ, & acoluthi omnes cū suis cappis laneis. curiales togati sedent super terram inter sedilia cardinalium. cubicularii & secretarii cum caputiis ad collum in terra inter p̄latos, & curiales togatos. Si nepotes Pōtificis, aut aliqui magni principes adsunt. Vnus uel duo nō tamen tales, quos sedere deceat in sedili Cardinalium, hi stant iuxta Pontificem hinc inde. oratores Regum, & principum, & magni nobiles stant ad dexterā Pōtificis inter gradus solii & parietes, familiares Pape & nobiles stant a sinistra inter gradus, & parietes. Aduocati consistoriales stant retro uel post sedilia p̄sbyterorum & Diaconorum Cardinalium. Procuratores Regum, Principum, Religionum simul cum procuratore fiscali stant post sedile Episcoporum Cardinalium inter murum & sedile. fiscalis tamen tenet primum locum. Spaciū autem inter sedilia p̄sbyterorum, & Diaconorum Cardinalium seruientes armorum obseruant: tanq̄ ostium & aditum consistorii, & illac qui ingressuri sunt ad Pontificem: ingrediuntur. Magister sacri hospitii: quę dignitas hoc tempore est in nobili comitum domo illic stat ante seruientes armorum in fine sedilis p̄sbyterorum, & in capite sedilis Diaconorum stare debent clerici cerimoniarum: ut p̄sto sint ad exequendum: quę Pontifex mādauerit, & ordinandum quę sunt agenda: Cum autem consistorium tenebitur p̄ causis iudicialibus tantum, quod fieri consuevit a Pontificibus: interdum cū ob alias causas non tenetur, aduocatus proponens stat post sedile p̄sbyterorum Cardinalium contra Pontificis faciem: & causam suam exponit & in fine cedula suę supplicationis inter sedentes in terram curiales proicit. qui illam ad manus uicecancellarii transmittūt. Siquis est ex aliis aduocatis: qui contradicere uelit: & pro aduersario respōdere: finita altercatione Pontifex respondet per uerbum placet simpliciter: uel cum limitatione ut sibi uideatur. Et uicecancellarius manu propria signat supplicationē, secundum Pontificis responsum, & idem in libro quem penes se habet scribit. Nam quidam ex suis apud pedes suos sedens, librum & pugilares seruat. Expeditis autem causis surgunt omnes, & duo seniores Diaconi accedunt ad assistentiam Pōtificis, qui reuertitur ad cameram ordine: quo uenerat.

De consistorio secreto.

Cap. III.

Secretum consistorium celebratur in aula aliqua palatii Apostolici.



## SACRARVM CERIMONIA RV M

remotiori: hodie cameram Papagalli appellant. sedes Pötificalis parietihæret in medio: surgit a solo sine thalamo; aut gradibus. scabellum habet magnū. sup quod Pontifex tenet pedes, & aliud parū per quod ad maius ascenditur. Scabella pro pedibus Cardinalium ante Pontificem locantur in forma quadrata a dextra, & a fronte sedent Episcopi, & presbyteri suo ordine unus post alium. prior Episcoporum primus post Pontificem, deinde alii. a sinistra uero prior Diaconorum primum iuxta Papam obtinet locum, alii deinde sequuntur ultimus presbyterorum proximus est ultimo Diaconorum. Inter quos nemo Cardinalium sedet. Pontificis sedes aureo panno est ornata, scabella Cardinalium nuda sunt: sed picta rubro colore cum armis Papæ, locus inter sedem Papæ, & scabella Cardinalium tapetis sterni consuevit, ultimus Diaconorum tintinabulum, seu campanellam retinet: ut signum faciat custodibus consistorii. si Pontifex aut patres ab eis aliquid uelint. In angulis ante faciē Pontificis scabella duo hinc, & inde remouentur quoad omnes conuenerint: ut inde tanq̄ per ostia intrent Cardinales ad sedendum: cum omnes congregati sunt: illa duo scabella restituitur in locum suum. Pontifex si est pronūciaturus Cardinales, siue prelatos: cōsuevit ex ire paludatus, & mitratus: in aliis negociis cū suo rochetto, & paruo cappucio. quibus hodie raro nisi in principio Pontificatus exeat cum pluuiali, & mitra. alii omnes præter Cardinales excluduntur cum tractare incipiunt consistorialia: duo secreti cubicularii pro foribus consistorii excubant cum suis cappuciis super collum inuersis: ut presto sint, si signum fiat. Pontifex negocia incumbentia in senatu proponit, deinde per ordinem sententias rogat (uotum enim suum sententias appellant) quisq; surgens sententiā suam dicit, deinde Pontifex secundum maioris partis sententiā decernit.

### SECTIO DECIMA.

#### DE PROVISIONE ECCLESIA RV M. Cap. I.

VM autem provisiones Ecclesiarum Pötificalium, siue monasteriorum occurrunt: Pontifex cōmittit uiuæ uocis oraculo alicui ex Cardinalibus: ut de opportunis legitime se informet, & deinde in secreto consistorio referat: Cardinalis cōmissarius Primo diligenter inquirat de essentia, qualitate, & regiōe Ecclesie uacantis: tum de ueritate, & modo uacationis, demum de qualitate, & sufficientia prouidendi, seu confirmandi. Nam quædā prouinciæ hñt priuilegiū a sede Aplica eligēdi sibi prelatos: cū illorū Ecclesie, siue mōasteria uacāt, & tūc ultra prædicta diligēter inquiret: an electio fuerit cāonica, & canonice facta, prouidēdus at ab ipso Pötifice nominat siue motu proprio, siue ad

petitionem principū, aut aliorū, & aliquādo plures nominantur, & de pluribus exquiritur. examinatur super præmissis testes medio iuramento. recognoscuntur publica documēta, & alia scripturæ, & cōficiunt processus ordinarius: cum placuerit summo Pötifici: Cardinalis cōmissarius in secreto consistorio refert publice oia, quæ in processu cōtinētur sumarie, & simpliciter, ac dilucide. processum ipsum in scriptis perscribam suū redactū secū habens. Pontifex relatione audita: exquirat primo uotū cōmissarii proponentis, deinde patrum sententias, & si suæ Sanctitati uideatur expedire, pronūciat in hanc formam remoto e capite Bireto dicens uidelicet.

Auctoritate omnipotētis Dei, & beatorū Apostolorū Petri, & Pauli, ac uostrā prouidemus Ecclesie Pientin. de persona dilecti filii Augustini Patricii clerici Senēsis præficiētes eū illi Ecclesie in Episcopū, & pastorem, curā, & administrationē illius Ecclesie in spūalibus, & tēporalibus eidē plenarie cōmittēdo. In noīe Patris: & Filii: & Spūs Sancti. Amē. Et sic dicens facit manu signū Sancte Crucis. Si uero electio erit confirmāda: non dicit prouidemus: sed electionem de persona dilecti filii Alberti electi Argentiñ. ad Ecclesiam Argentinam canonice factam cōfirmamus, & approbamus præficiētes eum illi Ecclesie in Episcopum &c.

Pronūciandi Abbatis forma.

Cap. II.

Auctoritate &c. prouidemus Monasterio Sancti Galgani ordinis Cisterciensis Senēsis dicecef. de persona electi filii. A. eiusdē monasterii monachi professi in sacerdotio, & legitima ætate constituti: præficiētes eū illi Monasterio in Abbatem, curam, regimē, & administrationem ipsius monasterii in Spiritualibus, & temporalibus eidem plenarie cōmittēdo. In nomine Patris: & Filii: & Spiritus Sancti. Amen.

Interdum autem cum Ecclesia uacat in curia Romana: & persona prouidenda est familiaris, siue ualde nota Pontifici: Pontifex sine aliquo processu, siue cōmissione proponit personam, & de consensu fratrum pronūciat, & prouidet: ut superius est dictum.

De habitu: & prima uisitatione Prelatorū, & iuramēto. Cap. III.

Pronūciatus in Ep̄m mox accipit rochetum, & tōdet caput faciēs sibi magnā coronā, & ut primū poterit indutus magna cappa, & sociatis ab amicis equitat cū Galero nigro Ep̄ali: primū ad palatiū Apostolicū, & agit gratias summo Pötifici de sua p̄mōtione, deinde ad oēs Cardinales: quibus et agit gratias, quæ p̄mōtione suā benigne iuuerint, & ita gratiose cōfenserint. Et qñ promotus intrat ad Pontificem, seu Cardinales: solent et admitti prelati, & nobiles curiales: qui eum deducunt: ut possint audire proponentem, & respondentem. solent promoti agere gratias pro dignitate sibi cōmissa: merita sua extenuando, & dignitatis auctoritatem amplificando, Ecclesiam sibi cōmissam cōmendando, & se offerēdo. Pötifex pro qualitate personę respondet allegando merita promoti uel interces-



forum eius, & monet: ut Ecclesie, ad quam promotus est: honori, & utilitati totis uiribus incumbat. Cardinales plerumque solent respondere: quod ipsis non sunt agende gratie: sed summo Pontifici, qui personam suam ad illam dignitatem promouere uoluit. ad alia uero respondent secundum merita: & secundum proposita: laudando, monendo, & hortando: ut expedire iudicauerint. Promoti clerici seculares statim: ut diximus utuntur rochetto: & capello ab extra panno nigro, ab intus serico uiridi coperto cum cordulis: & mappulis uiridibus. Promoti uero ex religione utuntur priori habitu sine rochetto (nisi sint canonici regulares, qui illo utuntur in sua religione). & utuntur galero ab extra: & ab intus nigri coloris, sicut protonotarii: & Abbates presentes ante expeditionem literarum Apostolicarum prestant iuramentum fidelitatis summo Pontifici in manibus prioris Diaconorum Cardinalium genuflexi in forma: quam clericus ceremoniarum exhibet: qui de iuramento est rogatus, & facit inde instrumentum, & refert in Cancellaria, qualiter talis prelatus iurauit, neque in Cancellaria expediuntur literę sine tali relatione: & male, & cum graui preiudicio Apostolicę sedis: & ideo prouidendum. Ad absentes mittitur forma iuramenti cum aliis literis.

Qui appellantur electi.

Cap. III.

Promoti ad Ecclesias: siue monasteria ante suam consecrationem: siue benedictionem: quam infra tres menses sumere debent: non appellantur Episcopi: siue Abbates: sed electi. & quis utantur Episcopali: siue abbatioli habitu: non tamen possunt uti paramentis: & mitris sine speciali indulto Pontificis. Consueuerunt tamen Pontifices in curia committere ministris ceremoniarum: ut prelati huiusmodi concedant, quod possint in capella Sanctissimi Domini nostri cum aliis pluuiali: & mitra uti in publicis actibus.

De pallio: & quomodo traditur.

Cap. V.

Promoti ad metropoliticas: seu parochiales Ecclesias etiam si sint consecrati Episcopi: appellantur Archiepiscopi. Neque Patriarchę nisi primum acceperint pallium de corpore beati Petri sumptum: sed electi ad illas Ecclesias, & translati de una Ecclesia metropolitana ad aliam non possunt uti pallio: quod acceperant in prima sua Ecclesia, & minus pallio predecessoris defuncti: seu translati: sed oportet, quod de nouo petatur pallium, & obtineatur, & interim non possunt neque consecrare, synodum celebrare, & alia pleraque Pontificalia exercere. Debent autem petere pallium per se: uel procuratorem intra tempus sex mensium. Sunt & quidam Episcopi, qui ex indulto Apostolico pallio utuntur: ut Luceñ. in Thuscia, Papien. in Lombardia, Bambergē. in Germania. Et si qui alii: quo uti debent infra suas Ecclesias diebus: & modo in priuilegiis a sede Apostolica illis concessis. Cura conficiendorum: & conseruadorum palliorum ad subdia-

conos Apostolicos pertinet: qui ex lana munda: & alba illa hoc pacto conficiunt. Sanctimonialia monasterii Sanctę Agnetis: uel religiosi: qui sunt in illa Ecclesia: offerunt quotannis Agnos duos albos super altare illius Ecclesie in die festiuitatis Sanctę Agnetis dum in missa soleni cantat Agnus Dei, qui agni recipiuntur a duobus canonicis Ecclesie Lateranensis, & ab eis postea consignantur subdiaconis Apostolicis: qui Agnos ipsos in pascea mittunt, quoad ueniat tempus tondendi ipsos agnos opportunum. ex his agnis lana tondetur, que mixta cum alia lana alba, & pariter munda reducitur in filum: ex quo pallia huiusmodi cotextuntur Latitudine digitorum trium redacta in orbem ita: ut humeros presulum ambiat, a pectore: & renibus particulam pendentem habet pallium longitudinis palmi: & semis: & in eius extremitatibus laminas plumbeas tenues ad parę latitudinem in fine orbiculatas, nigro serico tectas, insutas supra pedentes particulas ante, & post, & super humeros utrosque. sic confecta pallia per subdiaconos portantur ad basilicam Principis Apostolorum, & per canonicos basilicę ponuntur super corpora Petri, & Pauli Apostolorum sub altari maiore: ubi factis ex more uigiliis illa per noctem dimittunt, deinde restitunt subdiaconis: qui in loco honesto ea conseruat. Vsus autem pallii huiusmodi inquam potuimus explorare antiquissimus est, & a Lino Pontifice Petri Apostoli immediato successore habuit originem: ita enim scriptum legimus a Maximo Episcopo in Homilia de ueste sacerdotali. In lege gratie antiquum est illud nostrum ephoth (id est pallium) quod nostri Patriarchę arbitrantur a Lino post Petrum secundo Romano Pontifice institutum: & in singulare potestatis priuilegium nostris Deo plenis presulibus datum. Et Eusebius cesariensis in sermone de Epiphania scribit Nihil antiquius ueste illa sacerdotali presulis nostri, que illi uesti de ueteri testamento successit bysso, auroque contextę: qua in signum plenissime potestatis primus Linus amictus est: cui & typum dedit, & nomen: ut a ueteribus accepimus scriptoribus, quam appellauit & pallium. Cum autem aliquis prelati indiget pallio: illud primo per quempiam ex aduocatis consistorialibus procuratorem ab eo ad hoc specialiter constitutum a summo Pontifice in consistorio instantem, instantius: & instantissime petitur. Pontifex excluso aduocato exquirat patrum sententias: an dandum sit pallium, deinde committit Priori Diaconorum: ut pallium prelato: uel eius procuratori assignet, expediuntur super ea re literę Apostolicę in forma consueta, & prior Diaconorum Cardinalium imponit locum: & diem. ubi: & in quo pallium consignare debeat. Id plerumque fieri solet in domo ipsius Cardinalis in sua capella: iterum autem in Ecclesia Sancti Petri: & super maius altare, & ualde cõdeceter maxime pro maximis Ecclesiis, & ultramontanis, & ita uidi seruari a Reuerendissimo Domino Cardinali Seneñ. priore Diaconorum. Statuta die prelatus, si est presens, uel eius procurator in absentia cum spali manu



## SACRARVM CERIMONIA RV M

dato uenit ad locum ordinatum. adfunt Dñs Prior Diaconorum Cardinalium; & subdiaconus Apostolicus cum ipso pallio: qui pallium explicat super medium altaris. prælatus, si est præsens, idutus super rochetum: siue super pellicium planeta genuflexus in gradu altaris ante priorē Diaconorum stantem in cornu dextro altaris: ubi legitur Euangelium: petit sibi dari: & cōsignari pallium his uerbis. Ego. N. electus Ecclesie. N. instanter; instatius; & instatissime peto mihi tradi: & assignari pallium de corpore beati Petri sumptum: in quo est plenitudo Pōtificialis officii. Tunc dñs prior Diaconorum accipiens pallium de altari imponit illud super humero prælati genuflexi dicens. Ad honorem omnipotentis Dei: & beatę Marię semper uirginis; atq; beatorum Apostolorum Petri; & Pauli: nec nō Ecclesie. N. tibi cōmissę: tradimus tibi pallium de corpore beati Petri sumptum: in quo est plenitudo Pontificalis officii cum Patriarchalis: uel Archiepiscopalis nominis appellatione: ut utaris eo infra Ecclesiam tuā certis diebus: qui exprimentur in priuilegiis ab Apostolica sede cōcessis In nomine Patris: & Filii: & Spiritus Sancti. Amē. Et illud cum subdiacono aptat: nō tamē infigit spinulas; & recipit illum ad osculū pacis: Demum clericus cerimoniarum extrahit illi pallium; & aduocatis testibus rogat se de illo actu. plicat pallium; & illud portat ad dictum prælatum: uel illud referuat in loco sacro quoad prælatus recedat; & tūc dat illi pallium cum publico instrumēto. Vidi etiam cum essem magister cerimoniarum. Sixtum Papam quartum manibus propriis dedisse palliū Patriarchę Constantinopolitano Domino Hieronymo Lando Veneto: tunc Archiepiscopo Cretēsi: quod tamē (ut arbitror) nō putō multū cōdecens esse; cum traditio pallii proprie ad Diaconum spectet: & ipsi Romano Pōtifici in sua coronatione: & cōsecratione nemo imponat palliū nisi prior Diaconorum. Si autem pallium tradendum sit procuratori in absentia prælati: procurator indutus super pellicio genuflectat: ut de p̄lato diximus: & petit pallium; & iurat in hanc formam. Ego. N. procurator: & procuratorio nomine: & pro parte reuerendi in Christo Patris: & Dñi dñi. N. electi Ecclesie. N. instanter; instatius; & instatissime peto mihi tradi; & assignari pallium de corpore beati Petri sumptum: in quo est plenitudo Pontificalis officii; & promitto illud reuerenter portare eidem Reuerēdo Patri Dño. N. nec pernoctabo in aliquo loco nisi una nocte tātum; nisi prepeditus fuero legitime; & tunc in cathedrali ipsius; & si nō fuerit cathedralis; in collegiata: & si nō fuerit collegiata; in parochiali Ecclesia remittam; & honorifice reponam; sic me Deus adiuuet; & hęc Sancta Dei Euangelia. Diaconus autem Cardinalis accipiēs pallium de altari imponit illud super humeros procuratoris dicens. Ad honorem omnipotentis Dei; & beatorum Apostolorum Petri & Pauli: & Dñi nostri Papę: ac Sanctę Romanę Ecclesie assigno tibi palliū de corpore bea

## LIBER PRIMVS XLVIII

ti Petri sumptum: in quo est plenitudo officii cum Archiepiscopalis nominis appellatione: nomen & pro parte Reuerendi in Christo patris domini. N. & Ecclesie. N. ad quam electus est ut eo utatur infra ecclesiam suam certis diebus: qui exprimentur in priuilegiis ab Aplica sede concessis. Et in fine procurator osculatur illi manum; & rogat clericum cerimoniarū; & petit instrumentum. clericus extrahit illi pallium: plicat; & reportat & conseruat in loco sacro quousq; procurator sit discessurus; & tunc dat illi pallium & instrumentum in publica forma.

Qui pallium sunt accepturi; postq̄ fuit petitum in consistorio & concessum: componunt primum cum subdiaconis. nam illi ut diximus tenēt pallia. Qui accipiunt secundū ualorem; & taxam Ecclesie aliquādo plus: aliquando minus pro cētenario. Et quia uidi uarios usus; & nihil firmi statutum legi: de quota nihil dicam; clerici cerimoniarum & ipsi ratiōe officii sui & instrumenti mercedem suam exigunt etiam ad proportionem taxę & ualoris Ecclesiarum: non tamen tantum; quantum subdiaconi. Solent etiam: qui pallium accipiunt Diacono Cardinali duo bireta; & totidem suis camerariis dono dare. antiquitus dabant; ut legi: uinum album; & species. portabant etiam duas faculas cereas quę ardeant super altare; dum pallium traditur: & sericum ad induēdum pallium: cum quo illud ad Ecclesiam suam deferunt.

### SECTIO VNDECIMA.

#### DE PVBLICATIONIBVS SOLENNIBVS.

##### DE PVBLICATIONE PACIS. Cap. I.

In publicatione pacis lectis capitulis Pontifex surgit sine mitra. incipit. Te Deū laudamus; & cātores prosequuntur; & in fine chorus cantat Antiphonā. Da pacē Dñe in diebus nr̄is quia nō est alius qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster: & Pōtifex dicit hos uersiculos choro r̄ndēte. Fiat pax i uirtute tua. &. Et abundantia in turribus tuis. uers. Nō nobis Dñe non nobis. &. Sed nomini tuo da gloriam. uers. Domine exaudi orationem meam. &. Et clamor meus ad te ueniat. uers. Dñs uobiscum. &. Et cum spū tuo. Oremus. Deus a quo sancta desideria; recta consilia; iusta sunt opera; da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem; ut & corda nostra mandatis tuis dedira; & hostium sublata formidine; tēpora sint tua protectione tranquilla per Christum Dñm nostrum. Amen.

In publicatione federis iuiti contra hostes Ecclesie aut infideles. Lectis capitulis Pontifex surgat & incipiat. Te Deum laudamus sine



## SACRARVM CERIMONIA RV M

mitra. chorus prosequitur hymnum usq; ad finem. Pontifex pronunciat Pater noster. Et deinde. Et ne nos iducas in tētationem. &. Sed libera nos a malo amen. uers. Christus uincit. Christus regnat. Christus imperat. &. In eternum: & in seculum seculi. uers. Respice Domine in faciem Christi tui. &. Exaudi preces Ecclesie sancte tue. uers. Miserere nostri miserere nostri. Respon. Respice nos & ostende nobis lucem miserationum tuarum. uers. Adiuua nos Deus salutaris noster. respō. Et propter gloriam nominis tui libera nos. uers. Propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum. &. Ne forte dicant in gentibus ubi est Deus eorum: uers. Saluos fac nos domine Deus noster. &. Vt liberati de tribulatione confiteamur nomini sancto tuo. uers. Concede Domine populo tuo ut sit ei cor unum: & Anima una. &. In obseruatione mandatorum tuorum. uers. Allua manus tuas super gentes alienas. &. Vt uideant potentiam tuam & agnoscat te. uers. Innoua signa & immuta miracula. &. Glorifica manum et brachium sanctum tuum. uers. Hostium nostrorum elide superbiam. &. Et eorum cōtumaciam dexterae tue uirtute prosterne. uers. Vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est. &. Intrent in conspectu tuo & gemitus compeditorum. uers. Effunde iram tuam in gentes: quæ te non nouerunt. &. Et in regna: quæ nomen tuum non inuocauerunt uers. Ecce inimici tui Domine sonuerunt. &. Et qui oderunt te extulerunt caput. uers. Auerte a nobis Domine indignationem tuam. &. Et procul sit a nobis furor tuus. uers. Da mercedem Dñe sustinētibus te. &. Vt prophetae tui fideles iueniatur. uers. Sanctus deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. &. Miserere nostri. uers. Mitte nobis auxilium de sancto. &. Et de syon tuere nos. uers. Domine exaudi orationem meam. &. Et clamor meus ad te ueniat. uers. Dominus uobiscum. &. Et cum spiritu tuo. Oremus Omnipotens sempiternus Deus qui preciosissimo sanguine dilectissimi filii tui humanum genus redimeret: ac per beatos Apostolos eius iacentem in tenebris mundum ad Euāgelii lucem erigere dignatus es quæsumus: ut aduersus impias Turcorum gentes cunctasq; barbaras nationes uiuificæ Crucis inimicas fideles christianorum principes, ac populi ita potēter arma accipiant, ut pro tui nominis gloria militantes, uirtutis tue brachio subleuati, ad ecclesiam tuam uirtutis signa reportēt. Omnipotēs sempiternus Deus, in cuius manu sunt omnes potestates, & omnium iura regnorū: respice in auxilium Christianorum catholicorum: ut gentes paganorum, & hereticorum, quæ in sua feritate confidunt dexterae tue potentia cōterantur. Per. C. D. N. Amen.

Si uero hostes sunt christiani dicantur istæ orationes. Oremus. Protector noster aspice Deus: & ab inimicorum nos defende periculis: ut omni perturbatione semota liberis tibi mētibus seruiamus. Deus refugium nostrum, & uirtus adesto præsens ecclesie tue precibus Auctor ipse pietatis, & præsta, ut ab omni exuamur bellorum nequitia, & in tuæ prote-

## LIBER PRIMVS L

ctionis securitate lætemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

In publicatione federis initi pro defensione

Ecclesie, & conseruatione pacis.

Lectis de more capitulis surgit Pontifex sine mitra, & dicit. Te Deū laudamus. Chorus prosequit: quo finito pronūciat Pontifex. Pater noster. &c. Et ne nos inducas in tētationē. &. Sed libera nos a malo. uers. Saluos fac seruos tuos Dñe. &. Deus meus sperantes in te. uers. Dissipa gētes: quæ bella uolunt. &. Vt liberētur dilecti tui. & confiteantur noi tuo. uers. Concede Dñe populo tuo: ut sit ei cor unū, & anima una. &. in obseruatione mandatorum tuorū. uers. Mitte nobis Dñe auxiliū de sancto. &. Et de syon tuere nos. uers. Dñe exaudi orationē meā. &. Et clamor meus ad te ueniat. uers. Dñs uobiscum. &. Et cum spiritu tuo. Oremus. Ecclesie tue quæ sumus Dñe preces placatus admitte, & destructis aduersitatibus & erroribus uniuersis secura tibi seruiat libertate. Per Christū Dominū nrm amē. Deus auctor pacis & amator charitatis, quem nosse: uiuere, cui seruire, regnare est, protege ab oibus impugnationibus: supplices tuos, ut qui in defensione tua confidimus nullius hostilitatis arma timeamus Per Christum Dominum nostrum. Amen.

## SECTIO DVODECIMA

Ordo quomodo Papa equitat in pontificalibus Cap. I.

IRomanus Pontifex Romæ: uel alibi morā trahens uelit de loco ad locum in solenni pompa (id est pontificalibus) equitare. hic ordo seruetur. Primi equitabūt Valisarii dominorū Cardinalium cum familiis ipsorum dominorum Cardinaliū, & aliorum prelatorum, mixim incedentibus. ut eis placuerit. Qui tamen lōgis uestibus utuntur. clerici Pontificē nō præcedunt cum istis, sed sequūt. Tum p ordinē isti sequūtur, Tōsor, & Sartor Papæ cū ualisis rubris: in quibus sūt uestes Pontificis, familiares & Scutiferi Papæ, Nobiles & Barones minores cū attinētibus Cardinalium, Scala Papæ pāno rubro coperta, quam Equus albus phaleratus portat. equū aliquis ex parafrenariis Papæ frenoducit: scala ipsa lignea: quæ gradus tres cōtinet, equo Pōtificis apponit per quam equū suū ascendit si equitat, deinde reponitur super et ad locum suū reducitur, post scalā equitat Duodecim cursores Papæ, cū duodecim Vexillis rubris, inde uexilliferi uiri Nobiles cū uexillis ciuitatis, Papæ, Ecclesie, & sanctæ Crucis, ornati ut in coronatione Pōtificis diximus. & ordine ibi declarato. Si plura erunt uexilla pro dignitate illorū disponētur, digniora erunt ultima. Deinde equi duodecim albi phalerati, freno ducent sine sessoribus: tū quatuor nobiles portātes quatuor pileos ex cra-



## SACRARVM CERIMONIA RV M

mesino supra baculos quosdam ad mensuram triū uel quatuor palmorū. hi scutiferi honoris uocant. Inducūt post hos procuratores Regum, & Pricipū, Procurator fiscalis, aduocati, & secretarii mixti: ut alias dictū ē. & post cubicularii cū caputiis supra collū & circa pectus inuerfis, secretarii & aduocati, cubicularii autē circa pectus tñ. hos sequūt accoluthi, clerici camerę, & auditores Rotę cū rochettis, & cappis. inde pceres, & barones maiores, & oratores regū, & pncipū simul cū cōseruatoribus urbis. inter oēs Senator pncipū locū habebit, cedetq; tantum Oratori Cęsaris, deinde si quis adierit magnus Princeps aut pfectus urbis: siue aliquis insignis: qui tñ non sedeat in scāno Cardinaliū. subdiaconi Apostolici postea equitabūt cū rochettis & cappis, & ille qui fert Crucē papalē pileū in capite gestabit ab extra nigro panno abintus serico cum cordulis, & mappulis cęrulei coloris. ante crucē duo magistri ostiarii cum suis uirgis sericeis. Immediate incedent post Crucē duodecī pedites clerici: uel laici, accensa funalia deferent, & iuxta eos equitabunt duo clerici cappellę, laternas duas argenteas pferētes, in quibus cādele perpetuo lucēt, ducit post hos equus albus phaleratus māfuetus, & pulcher cum tintinabulo ad collū benefonāte: qui capsulā uehit cū sacratissimo Christi corpore, supra qđ ciues nobiles portabūt baldachinū, funalia cōdecēter deferent p clericos cū superpelliciis. Sic tēpore Pauli secūdi aliquādo fieri uidimus. nā tūc beneficiati sancti Petri ea portarunt. Post sacramentū sacrista aplici palatii, cū suo habitu & baculo in manu equitabit, & post cū si quis adierit princeps: qui in scāno Cardinaliū sedeat. Nā inter Sacramentū & Papā: & quādo sacramentū non adest inter Crucē, & Papam nemo oīo icedere debet nisi Cardinales: & qui cū eis sedēt. pcedunt deinde Dñi Cardinales, diaconi, p̄sbyteri, Ep̄i, duo tantū antiquiores Diaconi Pōtifi ci semp assistunt, & ante eū immediate incedūt: senior ferulā manu gestat ex officio: ut prior diaconorū, & ad quē spectat ordinare processiones, & ita oēs libri antiqui cerimoniarū cōtinent, & seruatū uidi tēpore Pii secūdi: cū Prosper columē erat prior diaconorū. & tēpore Pauli, cū Rodericus Boria, qui nūc est Ep̄s portuēsis erat prior, camerarius autē si est Cardinalis, nō debet portare ferulā, sed eius uice camerarius: quia nō ut Cardinalis, sed ut camerarius portat ille: qui potest esse nō Cardinalis secundū obseruatōes supiorū tpum. Nō tñ tpe & Latinus ursinus, & qui nūc cameriatū tenet Raphael Scti Georgii Cardinales ferulā portare, & processionē ordinare cōsueuerūt. Cardinale Senēsi priore diaconorū id nō mō ad equo aīo ferēte, sed libentissime pmittēte, pcedet deinde Pontifex cū pluuiali, & mitra p̄ciosa: siue cū regno id ē tiara triplici corona ornata uectus equo albo, siue sella sub baldachino: equū freno ducēt primū maiores pncipes: deinde alii inferiores: sellā humeris etiā a pncipio pncipes & alii ut in p̄cessione coronationis diximus portabunt: post pōtificē cu-

## LIBER PRIMVS LI

biculariū duo secreti, & iter eos Decanus rotę, q̄ seruit de mitra cū habitibus suis sequunt. inde duo medici cū secretario Papę, si non est p̄latus, consueuit intet hos equitare Elemosinarius Papę. et aliquādo cū uidet p̄surā circa Pontificē spargere pecunias. deinde seruiens armorū firmatus oibus armis prater galeam equitat portans umbellā crocei, rubeiq; coloris: aliorū autē seruiētū armorū cū suis argēteis baculis pars equitat ante Crucē: alii uero discurrūt per pompā sursum & deorsū: instantes, et curātes. ut pōpa suo ordine pcedat. parafronarii cū suis martellis, cursores cū uirgis, & bacculis argenteis coreaceis uēto siue stuppa plenis turbā semouētes: & custodes corpis cū baculis ligneis Pōtificē pedites circūstāt post umbellā sequūtur p̄lati cū suis cappis amplis, & pileis. primū Patriarchę si qui assūt: tunc assistētes Papę Oratores: p̄lati: Archiep̄i: Ep̄i: protonotarii: Abbates: postremo curiales togati mixtim: ut placet pompam claudunt.

Ordo cum Papa equitat ad aliquam ecclesiam religionis gratia, siue ad alium locum: & non in pontificalibus. Cap. II.

Valisarii: & familiares Cardinaliū: & p̄latorū: in breuibus pcedunt, ualisarii Papę Scutiferi Papę, cum minoribus nobilibus: & attinētibus Cardinaliū: aliqui equi albi phalerati sine sessoribus cū magistro stabuli: post eos procuratores Regū: & pncipū: & fiscalis: duo forerii cū puluinaribus aureis: & tapeto: ut super his genuflectat Pontifex in orōne: & hoc si uadit ad aliquā ecclesiā ad orādum: aliter forerii nō uadunt in ordine. Secretarii: & aduocati mixti. cubicularii: & oēs cum suis capuciis sup humerū sinistrum: acoluthi: clerici camerę cum oratoribus nō p̄latis: & senatore. subdiaconi cū Cruce, & magistris ostiariis: post crucē secundū antiquū & debitum morē ipse Pōtifex debet procedere equo uel sella uectus si nō habet stolā: & mitrā, & tunc habebit stolā supra rochetū longā succinctā: & desup capuciū puum rubri coloris secundū debitum ordinē: q̄a supra rochetum semp Papa utit colore rubro: p̄ter q̄ a sabbato sctō ad octauā paschę. hodie tñ quia factitauit Sixtus quartus: utit plerunq; albo caputio cōtra maiorū normā: et deinde si ē frigus, uel tēpus pluuiosum mātum rubrū aptum a parte anteriori: & pileū in capite purpureū cum aureo lyngo in extremitatibus. Deinde sequi debēt Cardinales: Ep̄i: p̄sbyteri: diaconi. Sed tēpore Sixti & post crucē, quibus icōgrue Cardinales p̄cedebāt diaconi: p̄sbyteri: Ep̄i: Et duo ātquiōres diaconi assistūt: custodes corporis armati ante crucem instructa acie incedunt: post Pōtificē mox sequuntur duo secreti cubicularii cum secretario, si nō est p̄latus, & duo medici. Decanus rotę nō adest: quia Pōtifex nō habet mitrā. Cardinales cū sequunt: primo erūt Ep̄i tum p̄sbyteri: demum diaconi oēs quia nō assistūt: pōtifici cū nō habet mitrā. sequunt deinde assistē. p̄lati: oratores p̄lati: Archiep̄i: Ep̄i: p̄tonotarii: abbates: & alii curiales togati mixti.



## SACRARVM CERIMONIARVM

Quando Cardinales debent præcedere Pontificem,  
& quando sequi. Cap. III.

Sed considerandum est utrū in hac profectioe condecensius Dñi Cardinales pcedant an sequantur Pontificem. bonę memorię Dñs Fraciscus Cardinalis mantuanus meo iudicio huius nouę consuetudinis auctor dicere solebat: Cardinales semper debere pcedere Pontificem: qñ Pontifex habet stolam, sed cū uenia dictum sit, hæc non est bona rō, quia & ita semper uidi seruari a Pio secundo: cui p quatuor annos ad minus in suo Pontificatu deseruiui: quem etiam per agros & nemora peragrante cum stola semper conspeximus. Et Paulus cum per urbem uehebatur etiam lectica clausus nunq̄ erat sine stola. & in matutinis certe maioris hebdomadę Pontifex exit ad capellā cum stola & manto, & quia sine mitra Cardinales sequuntur: non aut pcedunt. Ego aut arbitror Cardinalē Mantuanū: quia ut secundus Diaconus assistebat Pontifici: fauisse huic opinioni ne unq̄ abesset a latere Pontificis. Ceterū ut in processioibus qñ prælatus est indutus sericis uestibus, canonici sui pcedūt, qñ aut profanis, & quotidianis subsequunt; ita & Cardinales Pontificem mitratum pcedūt: sine mitra sequunt. Neq; unq̄ Pontifici sine mitra existenti fit a Cardinalibus reuerentia publica, & assistentia a Diaconis. De his tamē statuet summus Pontifex, prout sibi placebit. Nos ne antiquę, & congruę cerimonie omnino pereant, hæc pauca diximus.

De itineratione Papę quando ad alias urbes siue  
alia loca uult se transferre. Cap. IIII.

Pontifex cum ad alia loca uult transmigrare primū re cum sacro collegio cōicata, deleget aliquos ex Dñis cardinalibus: qui itineris sui sint comites & ad minus tres: ex quibus duo sint Diaconi. alius Ep̄s siue presbyter, & si non adessent tot Diaconi poterit unus esse presbyter pro illo Diacono. Alii cardinales præire uel sequi poterunt, uel remanere si breui Papa est rediturus, prout eis uidebitur. Sed honestum est qđ aliqui pcedant: si papa est ingressurus aliquam ciuitatem insignē ne uideatur ita solus, & ut honorēt ingressū, p̄mittēt cōmissarii qui curēt hospitiā p̄ pōtifice & sua familia, pro cardinalibus & aliis pōtificē deducētib; & isti habebunt noia omniū in uolumine siue in rotulo: ut sciant pro quibus debeant p̄uidere. pontifex cū suo caputio & stola ad collum mantello rubro, & galero ex cramafino equitabit, siue portabitur in sella. Et anteq̄ discedat e camera sua dicet has oratiōes. In uiam pacis salutis & p̄speritatis dirigat Dñs gressus nostros & angelus suus bonus cōmitetur nos ad dirigendos pedes nostros in uia pacis: ut cū salute & gaudio eamus, & reuertamur ad propria. postea dicitur totus psalmus. Benedictus Dñs Deus israhel, cum gloria patri, Et sicut erat. postea reincipitur tota antiphona. In uiam pacis &c. Deinde sequitur Kyrie eleison, Xp̄e eleison Kyrie eleison. pater no

## LIBER PRIMVS

LII

ster. Et ne nos inducas in tētationem, Sed libera nos a malo. uers. Esto nobis Domie turris fortitudinis. & A facie inimici. uers. Nihil proficiat inimicus in nobis. & Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. uers. Vtinam dirigantur uie nostre. & Ad custodiendas iustificationes tuas in uiam pacis. uers. Domine exaudi orationem meam. & Et clamor meus ad te ueniat. uers. Dñs uobiscum. & Et cum spiritu tuo. Oremus. Actiones nostras quesumus Dñe aspirando præueni, & adiuuando prosequere: ut cūcta nostra oratio, & operatio a te semper incipiat: & per te cepta finiatur. Omnipotēs sempiternę Deus dirige actus nostros in beneplacito tuo: ut in nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibus abūdare. Deus qui filios israhel per maris mediū sicco uestigio ire fecisti, quiq; tribus Magis iter ad te stella duce monstrasti: tribue nobis q̄s iter prosperum, tempusq; tranquillum: ut Angelo sancto tuo comite ad eum, quo p̄gimus locum: ac demum ad æternę felicitatis portum feliciter peruenire mereamur per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde ingreditur iter suum. Ante Pontificem semper præferetur Crux per subdiaconum Apostolicum, & post Crucem portabitur corpus Christi super equum album cum campanella. ante equum præibit clericus capellæ cum laterna cum lumine, & post sacrista cum ferula, Et isti semper erunt inter Papam, & Crucem.

Ordo intrandi aliquam urbem in pontificalibus. Cap. V.

Cum autem Pontifex uoluerit intrare aliquam insignem urbem: firmabit se in aliqua Ecclesia, uel domo extra portam ciuitatis, & ibi capiet pluuiale, & mitram, & interim omnia parabuntur: quę portantur in pompa: quando Pontifex equitat in Pontificalibus. scilicet uexilla parua & magna: & cū illis uexilla ciuitatis: in quam intrat, equi phalerati, pilei quatuor, equus cum scala, umbella & reliqua. baldachinum pro sacramento, & pro Papa ciues inuenient. Erit etiam paratus clerus urbis illius cum crucibus, & reliquiis sanctorum extra portam ciuitatis, & pueri etiam obuabunt pedites cū ramis oliuarum, uel aliarum arborum, & cum armis Papę clamātes. Viuat Papa. Pōtifex cum sua curia equitabit eo ordine: quo superius diximus cum equitat in Pontificalibus, hoc addito qđ sarcinæ Pontificis pcedent omnes equos, Et clerus paratus cum sua processione ibit immediate ante Crucem Papę. Si autem aliqui cardinales exeuntes de ciuitate obuabunt Pontifici: postq̄ habuerit mitram & pluuiale, aduertat ille: qui ducit equum cum scalapapę: & statim præcedat. & deponat scalā ad dextrā ptē Papę. Cardinales autem descendant ex equis suis remote, & accedant reuerentet ad papam: Et primo osculentur ei pedem, & manum. deinde per scalam ascendant: & osculentur faciem. postea ascē

G iiii



## SACRARVM CERIMONIARVM

dant suos equos: & uadāt in suo ordine. Hoc seruatum legimus apud maiores nostros. Et quia uidetur in se habere grauitatem & maiestatem, quā in usu non uiderimus, placuit his addere. Cum Pontifex erit prope portam ciuitatis: prælatus illius accedet ad Pontificem debitis reuerentiis, & offert illi Crucem osculandam, quam Pontifex reuerenter cum mitra tamen osculabitur. non enim commode poterit ei abstrahi & imponi mitra equestri ab equestribus. Si tamen placuerit & mitram deponere, non erit inconueniens. Deinde prælatus incipiet Antiphonam. Ecce sacerdos magnus &c. Et aliam, Dum esset summus Pontifex. Et ibit cum clero ad locum suum ante Crucem in porta. Princeps ciuitatis etiam si esset Rex: ducet equum Pontificis freno, uel si Pontifex uehitur sella subit sellam cum suis proceribus dignioribus per aliquot passus. deinde iubente Pontifice alii succedunt ei, & ille ascendit equum & equitat in suo ordine. Si uero ciuitas non sit sub principe sed libera: tunc summi magistratus ducunt equum freno: uel subeunt sellam a principio, & mox mutantur: & alii nobiles ciues succedunt. sed post magistratus uadunt circa Pontificem pedites, alii autem portant baldachinum supra Pontificem, alii supra sacramentum. Cum Pontifex peruenerit ad portam Ecclesiæ principalis prælatus offert ei asperforium cum aqua benedicta, & Pontifex aspergit seipsum & circumstantes, Deinde imponit incensum in thuribulo: & per prælatum incensatur. Si autem pontifex descenderit ex equo antequam intret Ecclesiā, & si Diaconi Cardinales erunt prope ipsum: antiquior de manu prælati accipiet asperforium: & porriget Pontifici, & ministrabit nauicellam cum Pontifex ponet incensum: & clerus cantabit. Te Deum laudamus. Cum peruentum fuerit ad altare genuflectet Pontifex ad orandum ante altare super faldistorium quousque fuerit finitum. Te Deum laudamus. Et prælatus Ecclesiæ dicet super eum uersiculos & orationes: prout diximus in nostro pontificali in receptione pontificis. Quibus dictis pontifex surgit ascendit ad altare: & solenniter benedicit populo dicens. sit nomen Domini benedictum &c. & mox unus de Diaconis pronunciat indulgentias prout pontifici placebit. Inde eodem ordine Pontifex deducitur ad suum hospitium & alii diuertunt ad sua. In exitu autem ciuitatis: si Papa uoluerit proficisci in habitu pontificali cum pluuiali & mitra: seruabitur idem ordo ut in introitu præterquam de processione cleri, de uexillis, de umbella, de baldachinis. que non aderunt. Et pontifex extra portam intrabit aliquam Ecclesiam, & deponit mitram & pluuias: & induet matum rubrum & galerum ex cramefino, & procedet ut superius dictum est itinerando cum suis tribus Cardinalibus. Quod si Pontifex noluerit uti pontificalibus. tunc poterit equitare per ciuitatem ordine: quo diximus superius cum equitat non in pontificalibus: ad aliquam ecclesiam religionis gratia: nisi quod sacra-

## LIBER PRIMVS LIII

mentum corporis Christi semper aderit, & forerii cum puluinaribus non aderunt. extra ciuitatem eum sibi uidebitur dimittet Cardinales: & alios: qui honoris causa suam Sanctitatem deduxerint, & retinebit eos: qui secum sunt profecturi.

Quid agendum: si cum Papa adesset unus Diaconus tantum cum uno Episcopo, uel presbytero Cardinali. Cap. VI.

Et quia in huiusmodi itinationibus sepe accidit: quod apud Pontificem sunt pauci Cardinales, si hoc uel aliquo tempore accideret, quod in aliqua solennitate dum Pontifex exit ad Ecclesiam in Pontificalibus non esset presens nisi unus Diaconus, & unus Episcopus tantum, Cardinalis Episcopus iret a dextris: & Diaconus a sinistris Papæ, & sic sederet in assistentia Papæ, Diaconus tamen semper imposeret: & extraheret mitram adiuuante Episcopo. Si uero adesset aliquis presbyter Cardinalis cum uno Diacono: tunc Diaconus iret, & sederet a dextris semper: & similiter imposeret, & extraheret mitram Pontifici. In incensatione autem, & pace presbyter Cardinalis (si adest) id faciet quis sit assistens: si non sit alius presbyter, si non aderit, faciet unus Episcopus Cardinalis. & si non aderit Episcopus: faciet Diaconus tam in missis quam in uesperis, tam parato Pontifice in Pontificalibus quam non parato. Et si nullus aderit Cardinalis: dignior prælatus incensabit: & dabit pacem Pontifici.

## SECTIO TERTIADECIMA.

### DE RECEPTIONE PRINCIPVM ET PRIMO DE RECEPTIONE IMPERATORIS VENIENTIS AD VRBEM PEREGRINATIONIS GRATIA. Cap. I.

RIDERICVS Tertius Anno salutis sexagesimo octavo supra Millesimum quadragesimum Romam uenit religiose peregrinationis gratia: eumque Paulus secundus Pontifex maximus summis honoribus excepit. Quæ igitur in suo aduentu mature, & prudenter ordinata sunt, atque seruata quam omnibus iterum: ex officio hic annotabo: & ut posteris his uti (si uoluerint) facile possint adnecta. Ut primum igitur Pontifici nuntiatum est Cæsarem in Italiam aduentasse: Romam uia Flaminia petiturum, iussit prouinciarum Ecclesiæ Romanæ prefectos: per quas iter facturus erat Cæsar: ut uenienti honoris causa obuiam iret Pontificis nomine ad fines prouinciæ, illumque cum omni suo comitatu publicis sumptibus magnifice exciperent, & honores ei omnes impenderent, iuberentque per ciuitates omnes, qua esset transiturus: celsum in porta obuiam exire cum crucibus, & deducere ad Ecclesiam



## SACRARVM CERIMONIA RV M

cū Antiphonis uersiculis, & orationibus: ut in Pontificali habetur. Deinde: ut Ecclesie agrum Cæsarem intrasse cognouit. Nobiles quosdā ex ordine equestri premisit; qui Cæsari obuiam eant, gratulantes Pontificis nomine prosperum eius aduentum; ei omnia Pontificis officia pollicentes. post hos sunt missi duo sacri palatii causarum auditores: qui Spoleti, & duo deinde Archiepiscopi cum duobus Episcopis ex assistentibus Papæ: qui Marini Cæsari se exhibuerunt. designauit præterea Pontifex duos Apostolicę sedis legatos: Guillelmū Ep̄m Hostiensem Rothomageñ. & Franciscum Sancti Eustachii Diaconum Senesem: Sanctę Romanę Ecclesie Cardinales, datis mandatis: ut duorum dierum itinere Cæsari obuiam irent. Sed legati cum primum obuiam fiunt Imperatori, descendunt ex equis cum ex propinquo eum manifeste uideant, & suę maiestati reuerentiam faciunt: siue descenderit: siue in equo manserit: consuevit tamē & ipse descenditibus legatis descendere. Die autem quo urbem intrauit: hoc ordine exceptus est. Primi obuiam iere ad tertium lapidem Vicecamerarius, præfectus, Senator, conseruatores, & cancellariū urbis: omnes cum habitu suę dignitatis, & cum his capita Regionum, & alii magistratus urbani cum ciuibus nobilioribus. quos non multo interuallo ordines curie, & cancellarię officiales Duce Episcopo Urbinate correctore, & abbreviatore literarum Apostolicarum secuti sunt. Tertio loco prælati domestici Pontificis cum aulicis proceribus, & nobilibus multis ad secundum lapidem processere. sacer deinde Cardinalium senatus extra portam ad quingentos passus Cæsarem expectabit: cui aduenienti suo, & Pontificis nomine felicem aduentum gratulatus est: uerba faciente priore Episcoporum Cardinalium. Clerus urbis in ipsa porta cum crucibus, & reliquis: ut Cæsarem exciperet: iustus erat. Hoc igitur ordine quis propter se rum introitum omnino seruari non potuerit: urbē ingressus est. Primo procedebāt mixtę Cardinaliū familię cū militibus Cæsaris, tum familiares Pontificis laici cum familiaribus Imperatoris, Inde nobiles: & barones tum cōseruatores cum officialibus urbis. Deinde oratores Principum, & regum nō prælati. postremo Senator, & præfectus urbis cum suis ornamentis, armiger Cæsaris cum ense nudo inter illos, & Cæsarem solus equitabat. Sequebatur Cæsar sub baldachino medius inter duos seniores Ep̄os Cardinales: cui in porta Vicarius Papæ: qui clero urbis præest: paratus in Pontificalibus: crucem ex osculandam porrigere debet. Et clerus cātat. Ecce mitto Angelū meū. Et clerus supplicabūsus p̄cedit imediate ante præfectum: & Senatorem. Imperatorem sequuntur Cardinales per ordinē Ep̄i p̄sbyteri: & Diacōi. officiales, & nobiliores ciues ducūt equū Cæsaris freno: & baldachinū portāt. post Cardinales sequebantur prælati Cæsaris cū platis oratoribus, & demū alii Archiepi, Ep̄i, p̄notarii, Abbates, & alii curiales togati. Ex itinere duo p̄sbyteri: & duo diacōi cardinales diuertētes

## LIBER PRIMVS LIII

ad Pontificem præuenerunt: qui cū illis: & nōnullis aliis prælatis, atq; aulicis suis cum pluuiali, & mitra descendit ad Ecclesiā Sācti Petri: ubi in capella maiori i sede sua eminēti sedēs Cæsarem expectabat. Cæsar ordine, quo diximus ad gradus Basilicę peruenit. ubi equo descendēs a Cardinalibus, & aliis ad confessionem beati Petri deductus ē: ubi paratum erat faldistorium, super quod procumbens aliquantulum orauit. Interim Cardinales omnes ad Pontificem ascendentes in locis suis federunt, & illi duo p̄sbyteri: & Diaconi: qui præuenerāt: Cæsare apud faldistorium orantē expectātes illum finita oratione ad Pontificē deduxerunt, qui ut Pontificem uidit genu terram tangens illum ueneratus est, & accedens propius idem fecit. ascendens deinde ad solium: in terrā pronus Pontificis pedes osculatus est, deinde manum. Pōtifex benigne illum suscipiēs, atq; a terra eleuans ad osculum oris recepit, & assurgens eum modeste amplexatus ē, moxq; iussit eum sedere in sede pro eo honorifice præparata inter solium Pontificis, & sedilia Ep̄orum Cardinalium. tum excepit prælatos, & proceres Cæsaris ad pedis osculū. deinde a duobus Diaconis Cardinalibus deductus Cæsar ad altare maius: ibi super paratum sibi faldistorium diutius genuflexus orauit. Interim chorus cātauit Antiphonā. Elegit cum dñs: & excelsum fecit illum præ Regibus terre. uers. Glorificauit illū in cōspectu regum. & non confundetur. surgēs deinde Pontifex sine mitra dixit Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. & sed libera nos a malo. uers. Deus iudiciū tuū Regi da. & iusticiā tuā filio regis. uers. Saluum fac Dñe seruum tuum Fridericum Imperatorem nostrū. & Deus meus sperantem in te. uers. mitte ei Dñe auxilium de Sancto. & de syon tuere eū. uers. nihil proficiat inimicus in eo. & Filius iniquitatis nō apponat nocere ei. uers. fiat pax in uirtute tua. & abundantia in turribus tuis. uers. Domine exaudi orationem meam. & clamor meus ad te ueniat. uers. Dominus Vobiscum. & cum spiritu tuo. Oremus. Deus qui beato Petro Apostolo tuo collatis clauibus regni cęlestis: animas ligandi, atq; soluendi Pontificium tradidisti. Intercessionis eius auxilio famulus hic tuus Fridericus Imperator noster a nexibus peccatorum suorum liberetur. Prętende quęsumus famulo tuo. N. Imperatori nostro dextrā salutis auxiliū: ut te toto corde p̄quirat, & quę digne & humiliter postulat, assequi mereatur. Omnipotēs sempiternę Deus christiani Imperiū p̄tector, & cōseruator da seruo tuo. N. Imperatori nostro uirtutis inuictę triūphū: ut ad nostrā, & Ecclesie tuę Sanctę, atq; fideiū omnium unitatē, & pacē subditas illi facias uniuersas barbaras nationes. per Christū Dñm nr̄m. Amē. Post hæc Pōtifex de solio descendit, & Cæsare iterum amplexatus manu sinistra illum tenens pariter palatiū Apostolicum ascenderunt, qui i sacellum Sancti Nicolai ingressi aliquantulum confederunt, & familiariter



## SACRARVM CERIMONiarVM

confabulati sunt. Deinde Pontifex Cæsarem ad cubiculū illi paratum dimisit: iussitq; Cardinales complures illum deducere, ipse uero cum suis per aliam sacelli portam ad cameram suam profectus est.

Dū Cæsar Romę fuit, sæpe noctu uno, uel altero famulo sociatus clā & in dicto tpe ad Pontificis cubiculum accessit. cui Pontifex obuiam exiit: cum primum id potuit rescire, & discedentem ipse deduxit usq; ad secundam, & tertiam aulam: & aliquñ ipse Pontifex inexpectatus ad Cæsaris cubiculum cū paucis uenit: illumq; quātum potuit honorauit cū summa tñ grauitate, & maiestate & in Ecclesia, & in uia. In ecclesia orāte Pontifice super faldistorio sibi parato ante altare: ut sit: Imperator sup aliud faldistorium orabat a sinistris positum cooptum purpureo ornamento cum puluinari et purpureo, & paruo scabello uiridi et purpureo. sedes Cæsaris cū suo reclinatorio, siue postergali sita erat inter sedē Pontificis, & sedilia cardinalium in formam sedis Pōtificialis, sed nō tātae altitudinis neq; latitudinis cooperta erat panno sericeo uiridis coloris: & scabellum paruū habebat uiride, sup quod pedes tenebat Impator. altitudo ipsius sedis ita erat instituta in capella Aplica: ut non altior esset locus: ubi sederet Imperator: q̄ ubi Pontifex teneret pedes, et item scabellum Cæsaris equale erat sedibus Cardinalium. Cum incensabatur Pontifex per Cardinalē assistentem: mox incensabatur Impator per primum ex platis assistentibus pontifici. cum Pōtifex pacē accipiebat ab assistente Cardinali. primo dabat pacem Impatori, postea Diaconis assistentibus, Inter eundem semp manu sinistra illius dextrā tenebat: uolebatq; ut equali semp gradu incederet quis modeste semp Cæsar reluctaretur. In discessu mandauit pontifex qd̄ itidem ut in introitu honoraretur. sed ille summo mane cum paucis e suis consensu equo ante recessit, q̄ Cardinales consueuissent, pauci admodum eius festinationem sunt assecuti. Dōauit Pontifex Cæsarem pluribus muneribus. primum ueste aurea, & equo albo phalerato cum aliquibus iocalibus cū Reliquiis sanctorum admodum preciosis: quorum precium supra duum millium aureorum ferebatur.

De receptione Regis uenientis ad urbem. Cap. II.

Cum pontifici: nunciatū erit regē quēpiā Romā uētus, mādet rectori prouincię: qua ille erit primum trāsiturus: ut ueniēti Regi ad fines agrī ecclesię obuiā uadat: illum pontificis noīe benigne suscipiat, honoret, & per totā suā prouinciā deducat, alatq; cum oī sua familia publicis sumptibus. cum ciuitates & insignia oppida intrabit: occurat ei clerus cum supplicatione, & baldachino cātates hymnos: añas: uersiculos: & orōnes ut in libro pōtificiali habet: & mittat q̄ primum numerum equitum: qui sunt cum rege: & qualitatem comitum eius ad pontificē: mittantur deinde ad tres dietas duo plati, qui occurrāt Regi pontificis noīe: & deinde quatuor alii ad duas: demum per quindecim aut sexdecim milliaria mittantur

## LIBER PRIMVS LV

duo ex p̄sbyteris siue Diaconis Cardinalibus legati obuiam: qui regē ad urbem deducant. Ordinentur qui in toto itinere: dum erit i terris ecclīe: faciant expensas Regi. In die introitus uicecamerarius, siue gubernator urbis cum p̄fecto senatore, conseruatoribus, cācellariis, capitibus regionum & aliis officialibus & nobilibus ciuibus primi exhibūt obuiam ad secundum aut tertium lapidē, Ad primū lapidē occurret Regi familia Pōtificis cum oibus ordinibus & officialibus curiæ. sacer senatus Cardinalium in porta obuiabit Regi, Et per priorem Ep̄orum Cardinalium fient uerba cōgrulatoria noīe Pontificis & collegii, & oēs Cardinales tangent manum Regi: & osculabuntur genam. deinde hoc ordine intrabūt urbem. primo p̄cedunt familię Dñorum Cardinalium, & curialiū mixtim, familia deinde Pontificis cum officialibus curiæ secularis. uidelicet scriptoribus Ap̄licis abbreviatoribus & hmōi. Et cum familia Regis: barones, nobiles, conseruatores, oratores, principum, & Regū nō p̄lati: p̄fectus urbis, & senator. Siquis princeps aut magnus nobilis erit cū Rege locetur inter oratores laicos, uel cum senatore aut p̄fecto pro dignitate sua. Nota tñ qd̄ orator Imperatoris semp p̄cedit senatorem. Sequentur deinde seruientes armos cum suis baculis argenteis quos aliqui semp discurrent curantes: ut alii p̄cedant secundū datum ordinē. Deinde sacrum collegium Cardinalium Ep̄i, p̄sbyteri, Diaconi. Rex uero erit medius inter duos seniores Diaconos in ultimo loco, post Regē erunt immediate duo aut tres cubicularii siue secretarii sui. Deinde oratores, p̄lati, Archiepi, Ep̄i, protonotarii, abbates. Et si quis p̄latus erit cum Rege erit inter p̄latos oratores, p̄lati ex familia Papæ in hmōi actibus: qñ collegium est p̄sens non p̄ponuntur aliis: quia collegium est ibi tūc nomine suo & Pontificis. sed stabunt in loco suę promotionis. Clerus urbis cū uicario occurret Regi ad gradus basilicę Sancti Petri. & ibi Regi ex equo descendenti uicarius offeret Crucem osculādam: Et tunc p̄cedent cantātes Antiphonam. Ecce ego mitto angelum meum &c. Et alios hymnos. & sic deducetur ad altare maius ordine quo uenerat. ubi sup faldistorium sibi paratum orabit genuflexus. Interim chorus cantabit rñsorium. Posui adiutorium sup potētē & exaltaui electū de plebe mea. uers. Inueni Dauid seruū meū. oleo sancto meo unxi eum. &c. Et exaltaui &c. Itē aliud. Tua potētia, tuum regnum Dñe, tu es sup oēs gentes: da pacem Dñe in diebus n̄ris. uers. Creator oīum Deus terribilis & fortis: iustus, & misericors. &c. Da pacē &c. Finito rñsorio. Rege adhuc prostrato p̄manente prior Cardinalium dicit uersus & orōnes infra scriptas supra Regem stans in cornu dextro altaris: ubi dicit Euāgelium. Pater n̄r. uers. Et ne nos inducas in tentationē. &c. Sed libera nos a malo. uers. Deus iudiciū tuū Regi da. &c. Et iusticiā tuā filio Regis. uers. Saluū fac Dñe. N. Regē. &c. Deus meus sperātem in te. uers. Mitte ei auxilium de sancto. &c. Et de Syon tuere eum. uers. nihil



## SACRARVM CERIMONIA RV M

fficiat inimicus in eo. &. Et filius iniquitatis nō apponat nocere ei. uers. Dñe exaudi orōnem meā. &. Et clamor meus ad te ueniat. uers. Dñs uobiscū. &. Et cum spū tuo. Oremus. Deus: cui oīs potestas famulat: da huic famulo tuo. N. Regi prosperū suæ dignitatis effectū, in quo te semp timeat tibiq; iugiter placere cōtendat. Deus qui btō Petro aplo tuo collatis clauibus regni cęlestis aīas ligādi: atq; soluēdi Pōtificiū tradidisti cōcedere, ut iter cessiōis eius auxilio famulus hic tuus. N. Rex. a nexibus pctōrū liberetur. Præte de Dñe. N. Regi famulo tuo dexterā cęlestis auxiliū: ut te toto corde perquirat: & quæ digne & humiliter postulat, assequi mereat. Per Christum. Dominum Nostrum. Amen.

Surgat Rex ab oratione, & deducatur a Cardinalibus ad aliquem locum sibi præparatum ad hoc, & ibi cum dimittant cum duobus ultimis presbyteris & totidem ultimis Diaconis Cardinalibus, alii omnes ascendant ad Pōtificem: qui paratus cum pluuiali, & mitra preciosis exit ad publicum cōsistorium in prima aula Regali ornatum. cum omnes sederint: facta a Cardinalibus consueta reuerentia duo antiquiores Diaconi ibūt ad Regē cum sex, aut octo prelatis acceptis a solio Pontificis: & illi duo iuniores ibūt ad cōsistoriū, & facta reuerētia Sanctissimo Dño nōo sedebunt in loco suo, & mox deducetur Rex ad Pontificem a quatuor Cardinalibus in hunc modum. Primo præcedent familiares Regis, tum quatuor seruientes armorum, & post eos minister cerimoniarum. Inde duo presbyteri Cardinales, Deinde Rex medius inter duos antiquiores Diaconos, & post eū sex aut octo prelati prædicti. Rex tertio genu flectet in cōspectu Pontificis, duo presbyteri Cardinales præcedentes facient reuerētiā Pontifici, & expectabunt ibi: stantes ante Pontificem. deinde ascendet primus Diaconus, & post eum Rex: qui genu flexus osculatur pedem Sanctissimi Dñi nostri. Pōtifex porrigit ei manum: quam postq̄ fuerit osculatus: leuet eum, & recipiat ad osculū oris, Interim ascēdet & alius Diaconus his peractis, & aliquibus uerbis gratulatoriis et grates agētibus pontificem & Regem dictis: deducitur Rex a Diaconis ad sedendū post primū Ep̄m Cardinalem. Et ipsi reuertuntur ad sedendū ad locum suum. Et tunc si pontifici placet proponunt ab aduocatis aliquę causę: quibus finitis surgunt oēs, & Rex accedit ad Pontificē cū Cardinalibus, & eius familia osculatur pedes Pontificis. Deinde Pōtifex cū oibus reuertit ad cameram, & mittit aliquos Cardinales qui deducāt Regē ad camerā suā.

Et nota qđ secundū qđ legi in pluribus libris cerimoniarū Rex i priā die aduētus sui nō debet seruire Pōtifici in aliquo actu, neq; in ferēda cauda, neq; in mēsa si secū præderet: neq; in aliqua re. In aliis aut diebus portabit caudā pluuialis, dabit aquā manibus, siue i missa, siue in mēsa, & in cōuiuio portabit primū ferculū. & in collatiōe primū potū & hmōi. sedebit aut ubicūq; erit i publico aut i secreto cū cardinalibus post primū cardiale

super cussinum aureum, siue purpureum, & in loco suo incensabitur, & capiet pacem per eundem: ut alii Cardinales.

Pontifex donabit Regem aliquibus mūeribus deuotis & preciosis, ueste aurea, & equo phalerato, sicut fecit Sixtus quartus Christigeruo Regi Dacię, & Ferdinando Regi Sicilię: qui Romam uenerūt tempore Iubilei anno Millesimo quadringentesimo Decimo tertio.

In discessu sociabitur Rex a Cardinalibus usq; ad portam ciuitatis. Si Rex ueniet ad urbem ob aliam cām: q̄ peregrinationis: possent omitti omnia, q̄ fiunt in Ecclesia Sancti Petri. Et sine supplicatione cleri deduceretur a Cardinalibus ad locum destinatum, & inde ad cōsistorium publicum, ut dictum est. Si uero Pontifex non esset Romę, neq; in terris suis: quando Rex aliquis ad eum ueniet: tunc neq; per tot dietas mitteret ante eum, neq; faceret ei expensas. in ingressu autem honoraretur, & reciperetur in cōsistorio publico, ut superius dictum est.

### De receptione Regine. Cap. III.

Si aliqua Regina ueniret Romam honoraretur: & in eius aduētū omnia seruantur: quę dicta sunt de Rege in omnibus & per oīa. & in Ecclesia dicuntur quę inferius ponemus: sed non recipietur a Pōtifice ad osculum oris: sed ad pedis, & manus. neq; poneretur ad sedendum inter Cardinales, uerū salutato Pōtifice post osculum pedis, & manus Papa surget, & rediret ad cameram suam: & illa dimitteretur cum aliquibus Cardinalibus ad locum sibi paratum. Quod tamen seruatum non fuit in Regina Dacię tpe Sixti quarti, & Innocentii octauī. non enim recepta fuit in cōsistorio: sed a collegio seducta ad domū suę habitatiōis. In Ecclesia fieret ei suggestus ornatus extra & prope capellā, ubi cū suis ancillis posset stare, & audire missam, & cum Diaconus Thuris suffitu excipit Cardinales: Reginā acoluthus unus eodē mō excipiat: similiter, cū datur pax Cardinalibus: Subdiaconus qui seruit in missa portet pacē argēteam: siue auream osculandā Regine, Neq; illa seruit in aliquo Pontifici, nec debet esse aliquo modo in cōuiuio cū Pontifice. In porta igitur Ecclesię sancti Petri sup gradus occurrit ei clerus cū supplicatiōe indieta, & platus offert ei crucē osculandā. Et chorus cantat rñsoriū. Ista est speciosa inter filias Hierusalē: Scut uidistis eam plenā charitate, & dilectiōe in cubilibus, & in hortis aromatū. uers. Ista est speciosa, q̄ ascēdit de deserto deliciis affluens. Sicut uidistis. &c. Gloria patri. &c. Sicut uidistis &c. Deinde cantando. Te Deū laudamus pueniunt ad altare maius: ubi Regina super faldistorium orat. Interim prelatus stans apud altare dicit super eam uersiculos, & orationem uidelicet. uers. Saluam fac ancillam tuam Domine. &. Deus meus sperantē in te. uers. Mitte ei auxiliū de sancto. &. Et de syon tue re eam. uers. Nihil proficiat inimicus in ea. Respon. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. uers. Fiat pax in uirtute tua. Respo. Et abūdātia



## VI SACRARVM CERIMONIA RV M

in turribus tuis. uers. Domine exaudi orationē meā. Et clamor meus ad te ueniat. uers. Dominus uobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus, cuius prouidentia in sua dispositione non fallitur: ineffabile clementiam tuam supplices exoramus, ut sic Hesterreginam Israëliticæ plebis causa salutis ad Regis Assueri thalamum, regniq; sui consortium transire fecisti. Ita hanc famulā tuam christianæ plebis salutis gratia: ad gratiam tuam transire facias: ut tibi super omnia iugiter placere desideret, & te inspirante: quæ tibi placita sunt, toto corde perficiat, & dextera tuæ potentia illam semper hic & ubiq; circumdet: Per Christū dñm nīm. Amē.

De receptione primogeniti Regis. Cap. III.

Primogenitus Regis, quia est heres Regni, & futurus Rex, si superstes erit: honoratur eisdem fere cerimoniis in suo aduentu: sicut de Rege diximus: pauca mutabuntur. Non mittentur obuiam per tot dies prælati: neq; mittentur Legati Cardinales, sed per unum, aut duos dies mittentur etiam aliqui Prælati, & collegium obuiabit in porta urbis, descendet ad palatium Apostolicum: & ducetur suo tēpore a duobus Diaconis ad Pontificem ad publicum consistorium, & post receptionem ad osculum, sedebit post primum presbyterum Cardinalem: & non post primum Episcopum: ut sit aliqua differentia inter patrem, & filium. Si ueniret Romā causa deuotionis posset recipi in ecclesia sancti Petri sicut de Rege diximus, sed in orationibus nō dicere. f. Rex. sed simpliciter famulus tuus. N. oīa alia seruentur, ut superius dictum est de Rege. In capella sedebit ut diximus. Thure excipietur, & accipiet Pacem ut Rex. In recessu deducetur a collegio Cardinalium usq; ad portam ciuitatis, & semper erit medius inter duos Seniores Diaconos Cardinales: ut in ultimo loco tam in ueniendo: quam in redeundo.

De receptione alicuius Principis electoris Imperii: siue alterius maximi Principis.

Principes electores Romani imperii digniores habentur aliis principibus præter Reges, sicut Cardinales aliis prælati ratione electionis, hii septem numero sunt: tres Archiepiscopi, Colonienfis, Maguntinus, & Treueren. Tres Principes, comes Palatinus Rheni: Dux Saxonie: Marchio Brandeburgensis: Septimus additus fuit Rex Bohemie: Colonienfis cancellariæ Imperiali præest per Italiam. Maguntinus qui ut decanus est electorum per Germaniam, Treuerensis per Gallias, & singulis illorum sua prouincia & diocesi procedit secundum Caroli quarti sanctionem. Palatinus: qui inter laicos primum locum obtinet: Archidapifer est Imperii, & ad eum pertinet deferre aureum pomum ante Cæsarem, Dux Saxonie Archimarescallus est: & ensen nudū ante Cæsarem præfert. Brandeburgensis camerarius Imperii censetur: & ante Cæsarem sceptrum Imperiale portat. Et quis ille comes, hic Marchio dicatur: sunt tamē & Ducatus

catus

## MVRAIMO LIBER PRIMVS LVII

eatus titulo omnes insigniti. Nam palatinus ex ducibus Bauariæ primus habetur. Et Brandeburgen. Pomaramie & Stetinensem ducatus obtinet. Sed comitatui & marchionatui fuit attributa eligendi potestas. Hæc uolumus delibasse: quæ non facile alibi legas: ut omnes sciant quantam auctoritatem nomen electoris imperii ibi uendicat: quos tã prælatos q̄ principes pari modo honorandos esse in eorum aduentu ad curiam censeo nisi in sedendo: ut postea dicemus.

Princeps igitur maximus excipitur: ut agrum Ecclesie Romanæ intrauerit omni humanitate & honore: ut diximus de Rege, sed non tanto apparatu, neq; clerus ibit obuiam cum processione. mittetur aliqui a Pontifice obuiam per unum, aut duos dies. In introitu eorum familie cardinalium sigillatim unaqueq; per se extra portam per quingentos passus, uel circa exhibunt obuiam principi: gratulabuntur felicē eius aduentum nomine heri sui: & offerent domum & eius bona. Oratores principum, & senatus ulterius progredientur, familia Papæ post alias familias ibit obuiam Principi. & demum duo Cardinales nomine Pontificis & collegii paulo extra portam principi occurrent, & post cōgratulationem capient eum medium: & ducent ad Pontificem in publicum consistorium hoc modo. præcedent familie Cardinalium & primum qui in breuibus sunt: deinde familia principis cum suis sarcinis, demum familiares Papæ laici cum nobilibus, postremo oratores non prælati, Princeps deinde medius inter dictos duos Cardinales, & ante eos seruientes armorum. post uero prælati oratores cum prælati papæ, deinde si quis prælatus erit cum principe honorabitur pro sua dignitate, postea sequentur alii prælati ordine suo cōsueto, deducetur princeps ad palatium, & expectabit in parua capella cū sua familia, illi duo Cardinales ibunt ad Pontificem: qui paratus ex more exhibit ad publicum consistorium paratum in aula ultima non in prima regia, & facta reuerentia a Cardinalibus proponitur aliqua causa ab aduocatis: & cum prima erit finita uel ante, si placebit Sanctissimo Domino nostro, quatuor aut sex prælati ex primis assistentibus discedent a pedibus Pontificis & ibunt ad deducendum principem ad consistorium: qui ueniet medius inter duos primos iuniores. & facta reuerentia recipietur a Pontifice ad osculum pedis, manus, & oris: deinde post aliqua uerba quibus & gratias aget: & gratulabitur, surget, perq; clericum cerimoniarū deducetur ad sedendum inter duos ultimos Diaconos Cardinales, & proponitur aliqua causa, uel finietur proposita. finito consistorio surgent omnes, & princeps cum aliquibus Cardinalibus ibit ad Pontificem: & illo stāte, & cum Pontifice confabulante poterūt eius familiares osculari pedes Papæ. Postea Papa reuertetur ad cameram suam: & princeps ibit imediate post crucem inter duos iuniores cardinales, & sic sedebit in Ecclesia. & ibi quādo cunq; erit cum Reuerendissimis Cardinalibus. Et cum abscedet a Papa,

H



## SACRARVM CERIMONIA RV M

& ibit ad locum sibi assignatum: debet deduci ab illis duobus Cardinalibus: qui eum deduxerunt ad palatium.

De receptione principis non ita clari. Cap. VI.

Princeps aut non elector Imperii, siue Dux non ita clarus magnus tñ iisdem fere cerimoniis honorabit, sed nō ibunt obuiā ei Cardinales aliq, neq; sedebit inter Cardinales: uerū post oēs Cardinales, & erit medius intrans inter duos primos p̄latos Pontificis, cetera ut supra. Et si eēt Dux, aut princeps minoris fortūæ: qui nō deberet sedere in sedibus Cardinaliū nō recipietur in cōsistorio publico, sed mō supra dicto deducetur ad suum hospitium.

De principe electore p̄lato. Cap. VII.

Princeps elector Archieps uidelicet Magūtinus, Coloniēsis, siue Treuerensis quibus p̄cedant laicos electores, cū ultra sacram dignitatē et ducatus titulo decorentur, tñ familiarius consueuerūt a Pōtifice tractari in sedendo: ut audiui. Nam ex eis nemo meis t̄pibus ad curiam uenit. Credo tñ qđ debeant recipi: ut alii principes electores. Et in sedendo erit ille Archieps elector post oēs Cardinales in sede Diaconorū Cardinalium. Si tamē erit p̄sens alius similis princeps: quia tūc ipse non cederet illi, poterunt si erunt plures sedere in eodem sedili secundum ordinem ipsorum.

De receptione oratorum, siue Legatorū Regum, & principū, seu rerum publicarum. Cap. VIII

Pridie q̄ oratores sunt ingressuri urbem, debent id significare honesto modo. Et si ipsi oratores ueniunt ad p̄standam obedientiā summo Pontifici: siue ob aliquā rem magni momēti & spectatē ad bonum publicū, tūc Pontificis noīe debet intimari per cursores Cardinalibus & p̄latis curiæ dies, & hora introitus illorū oratorum, & per quam portam, & ut mittant familiam ad honorandum. Et nota qđ intimatio hmōi non conuenit fieri nisi in casibus p̄dictis. cum aut oratores ob res priuatas suorum dñorum ueniunt, nō mittuntur familiæ, sed priuati amici mittunt. Tempore Sixti cerimoniæ hmōi fuerūt multo laxiores, idq; ambitioni, & gratiæ datū non improbandum si res ad pristinam grauitatem reducerentur. Die igitur & hora p̄dicta familiæ Dñorū Cardinalium separatim exhibūt obuiam oratoribus per medium miliare: uel circa extra urbem. Si ueniunt per portam Sancti Petri, familiæ non transeunt domum leprosum, neq; ullo modo ascendunt montem, & similiter si per portam Sanctæ Mariæ de populo non transeunt pontē Æmilium. Aduenientibus oratoribus, ille cui cōmissum est a Cardinali accedit: & noīe Dñi sui gratulat̄ felicem aduentum oratorum, & dicit Dominum suum misisse familiam suam ad honorandum illorum introitum propter reuerentiam, deuotionem, affectionē, siue beniuolentiam, ex dñi illius conditione cuius titulos diligenter seruare debet, quem habet erga dominum illorum, & polli-

## LIBER PRIMVS LVIII

etur: atq; offert oēm operam Dñi sui, domum, familiā & omnia que potest: quicunq; operam requirent illorum, & habito ab illis responso: recedūt ad partem, dant locum aliis, & uadunt ad loca sua, & semper honorabiliores remanent cum oratoribus. familia Papæ debet eis occurrere paulo extra portam, & facta salutatione aptantur per clericum cerimoniarū in hunc modum, Primo procedunt familiæ curialium tam cardinalium q̄ aliorum: qui in breuibus sunt, deinde sarcinæ, & familia oratorum nouorū bini & bini, post familiares Papæ laici, & nobiles, ac barōes: si qui sūt: tum seruientes armorum cum suis baculis argenteis, Inde oratores: quorum primus erit medius inter duos primos p̄latos Pontificis. Deinde si erunt plures oratores ponentur unus post alium medius inter unum p̄latum Pontificis & unum ex oratoribus principum: qui sunt in curia: siue sint p̄lati siue laici, & p̄latus Pontificis erit a dextris noui oratoris: & orator antiquus a sinistris. Quando nō erunt plures oratores noui sequentur, unus p̄latus palatii & unus orator, & qui super habundabunt siue p̄lati palatii: siue oratores: ibunt bini & bini. Qđ si oratores essent tot numero: ut & p̄lati Papæ, & oratores antiqui nō sufficerent ad retinendos eos medios: ibunt post primum: qui erit iter duos: ut diximus: ex palatio: alii bini & bini: unus orator nouus & unus p̄latus palatii, siue unus orator antiquus, & hoc alternatim. uidelicet post primū erit unus orator antiquus: deinde unus p̄latus palatii, & sic deinceps usq; ad ultimum. Sequentur deinde alii p̄lati suo ordine, & post eos Subdiaconi, auditores, clerici cameræ, acoluthi, cubicularii, alii familiares Papæ togati, demum alii curiales. Cum peruenerint ad portā hospitii nouorum oratorum, ipsi noui oratores firmabunt se ante portam in equis: & agent gratias p̄latis & oratoribus: qui eos deduxerunt, & sic remanebunt in porta respondentes facientibus reuerentiam cum capite detecto quousq; p̄lati omnes transeant: & discedant. tunc intrabunt domum: & descendent ad quietendum. Neq; prius ibunt in publicum q̄ uisitaerint summū Pontificē. Die deinde statuta parabitur consistorium publicum in aula conuenienti oratoribus: ut alias diximus. & pridie itimetur Cardinalibus, p̄latis, & officialibus curiæ. hora consueta Dñi Cardinales ueniūt ad palatium, & summus Pōtifex paratus pluuiali, & mitra preciosis exit ad publicum cōsistorium. Interim oratores ipsi ueniunt ad palatium comitati ab amicis, & aliqui Cardinales amici solent mittere familias suas ad deducendum eos ad palatium. nam tales Cardinales p̄ueniunt aliquantulum alios, & statim mittunt familias. Et est aduertendum: qđ Papa non prius exeat ad consistorium q̄ oratores intrauerint palatium, ne indecenter oporteat eū expectare. Illi autem: ut descenderint, expectabunt i capella minori, uel si consistorium erit in aula regali: expectabunt in aliquo loco inferius ad hoc eis parato, cum Pontifex & alii sederint: sit reuerentia a Cardinali-



## SACRARVM CERIMONIA RV M

bus more solito, Deinde proponitur aliqua causa ab aduocatis. Tunc clericus cerimoniarum perquirat a referendario: qui habet curam signaturæ: quot causæ sint proponendæ, & cum tempus uidebitur, assumat prælatos e numero assistentium Pape tot, quot sufficiant pro numero oratorum; uidelicet: si erit unus uel duo oratores: non assumantur minus quatuor; & deducantur medii. Et si fuerit inter oratores aliquis prælatus: debet deferre cappam. Oratores si essent sex, octo, uel plures oratores: tot assumantur prælati: & unus ultra ut primus orator sit medius, alii unus orator & unus prælatus, qui prælati ibunt simul ad locum, ubi oratores expectant, & eos deducunt ad consistorium. cum apparuerint in conspectum Pontificis: Tertio cum distantia genuflectunt: prout clericus cerimoniarum, qui eos præcedet, ostendet, & tunc aduocatus tacet: etiam si sua propositio non esset finita. Oratores præeunte primo prælato ad Pontificem ascendent, & recipientur ad osculum pedis, manus, & oris, & genuflexi dicent secreta aliqua uerba, & presentabunt Pape literas credentiales: uel publica documenta commissionis eorum, quas prius osculabuntur, quam in manibus Pontificis tradant. Pontifex literas, & instrumenta dat secretario, & oratores per clericum cerimoniarum ducuntur retro scamnum presbyterorum Cardinalium: quod est in conspectu Pontificis, & ibi stant quousque sit tempus exponendi. Aduocatus autem si non finierat, prosequitur causam suam, Et ea finita. Secretarius Pontificis surgit, & legit literas, & instrumenta stans ante Pontificem clare & distincte pronuntiando, ita ut bene ab omnibus intelligatur. Quibus finitis: orator cui incumbit stans detecto capite: accepto signo incipit orationem suam, & alii eius collegæ simul stantes capite detecto permanent: & illo se inclinante, uel genua flectente pariter se inclinant, & genuflectunt. Finita oratione Pontifex respondet ut sibi uidebitur. procurator autem fiscalis rogat omnes protonotarios, clericos camere, & alios notarios publicos de obedientia præstita, uel actu facto, & responso Pontificis: & petit instrumentum & instrumenta. post responsum surgunt omnes, & oratores interim ueniunt ad Dominum nostrum ad circulum cum aliquibus Cardinalibus, & eorum familiares osculantur pedes Pontificis: qui mox reuertitur ad cameram suam: ut uenerat. Oratores deducuntur ad hospitium suum a suis amicis particularibus: & non a familiis Cardinalium: quia illi debent comitari Dominos suos.

### SECTIO QUARTADECIMA

#### DE CONCILIO GENERALI. Cap. I.

## LIBER PRIMVS LVIII

CRIPTVRI Cerimonias in sacro generali Concilio seruandas Primum de loco concilii, & sedium dispositione differendum putamus; Deinde de personis, & earum habitu. Tertio de ordine rerum gerendarum, & ultimo de sacris precibus: & orationibus ad Deum.

Generale concilium: tunc canonicum & legitimum reputatur: cum a Romano canonico Pontifice indicitur, uel quod schismatis sæuientis pro cella catholica Ecclesia sibi ipsi indicitur. Neque concilium aliquod susceptum legimus: quod Apostolica beati Petri sedes non probauerit, illique: uel per suum antistitem Romanum Pontificem, uel per eius legatos non præfuerit.

#### De loco, & sedibus concilii. Cap. II.

In dicto igitur concilio generali ornatur locus concilii, id est ubi publicæ sessiones habende sunt in Ecclesia cathedrali, siue alio capaci loco in hunc ferme modum.

Primum caueatur: ut nullus omnino aditus relinquatur ad ipsum locum præter unum tantum: qui ualuis: & firmis clausuris obserari possit. Si erit Ecclesia cathedralis relinquenda erit, dummodo sit capax pars superior apud altare maius pro missis solennibus celebrandis: & asseribus, aut alia materia separanda a parte inferiori: in qua sedes aptabuntur pro concilio. Igitur in capite loci ubi sessiones celebrande erunt: construatur thalamus pro sede Pape cum tribus gradibus debite proportionis, latitudo ultimi plani erit decem palmorum, longitudo uero duodecim: in medio erit sedes cum suo postergali, & cum scabellis magno & paruo, & omnia erunt ornata: ut sit in publico consistorio. erunt etiam duo scabella hinc inde pro Diaconis assistentibus Pape. In ista linea mille alie erunt sedes: nisi forte Imperatoris, aut Regum: si quis istorum esset inter futurus concilio. Sedes Imperatoris parabitur iuxta sedem Papæ: que habebit duos gradus coniunctos gradibus Pape, sed non tantę latitudinis aut longitudinis, erit ornata cum panno aureo post tergum, sed non supra caput. habebit scabellum paruum ad pedes uiridi colore pictum. Et aduertendum quod locus: ubi sedet Imperator non sit altior loco, ubi tenet pedes Pontifex. Si uero reges adessent unus uel duo: parentur sedes pro eis cum postergali usque ad spatulas, & orientur ut scamna Cardinalium, habebunt tamen puluinaria ex cramesino, & scabellum uiride sine gradibus, & ponentur hinc inde non ad lineam omnino sedis Pape sed aliquantulum transuersę: ut possint respicere ad faciem Pontificis a dextris, de inde & a sinistris intra gradus sedis Papalis. Per longitudinem loci erunt scamna pro Cardinalibus, & prælatis cum postergali, & unico gradu: longitudinis octo cannarum: uel circa, sed media pars a dextris pro Episcopis, & presbyteris. & alia pars a sinistris pro Diaconis Cardinalibus erit



## III SACRARVM CERIMONIA RV M

aliquantulo eminentior uidelicet quatuor: aut quinque digitorum altitudine, pulchrioribus pannis ornata. Post scamna prædicta in transuersum ante faciem Pontificis ad lineam erigantur quatuor sedes patriarchales distinctæ, & separatæ suis postergalibus, & gradibus ad similitudinem scamnorum prædictorum, & collocentur paribus interuallis: ita ut quadraturam facientes lineam transuersalem impleant. & inter duas medias erit quasi ianua, & aditus ad sedes primæ quadraturæ. Intra hanc primam quadraturam fiēt sedilia humiliora sine gradibus, & sine postergali per longitudinem cum transuersa usque ad aditum: qui debet relinqui latitudine unius cannæ uel circa. post primam quadraturam fiēt & alia scamna post priora eiusdem fere altitudinis sine postergali tamen, quæ cōplectantur post etiam patriarcharum sedes: relicto spacio pro aditu, & item: si locus erit capax: fiat alius ordo sedilium post secundum, & tot quot loci amplitudo, & prælatorum numerus exigit: Erigatur etiam in dicto cōuentu altare aliquod cum Cruce, & sacra Eucharistia, siue reliquiis sanctorum in loco congruo: ubi possit Pontifex orare cum uenit ad concilium, & cum dicit preces pro synodo illuc faciem conuertere.

Si autem Papa non erit futurus in Concilio: poterunt scamna prædicta fieri apud altare maius sine sede Papali, Et præsidens concilii finita missa paratus sacris uestibus ac si esset celebraturus sedebit in faldistorio posito ante altare uertens renes ipsi altari.

### Qui habent uocem deliberatiuam in conciliis. Cap. II.

In conciliis autem illis uenerandis, ac sacrosanctis: quibus fides nostra, & recta uiuendi norma purgata, atque firmata est, non legimus interuenisse statuendi causa nisi Episcopos & abbates, & hii tantum decretis se subscribebant. Episcopos appellamus etiam Episcoporum principes. quoniam hæc est suprema in Ecclesia Dei potestas. inferioris autem gradus ecclesiasticos uiros, & principes seculares consulendi, ac instruendi gratia: non autem decernendi intererant: qui (ut periti aiunt) consultiuam uocem habent in conciliis, non definitiuam seu deliberatiuam. Aderunt igitur in conciliis ad statuendum: Romanus Pontifex tanquam rector & moderator totius Ecclesiæ, pastor gregis dominici, & omnium Episcoporum Episcopus. Sacer Cardinalium senatus, patriarchæ, primates, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates: quibus non immerito & ordinum religiosorum generales magistri additi sunt: denique omnes prælati: qui secundum formam iuramenti, quod præstant cum ad dignitates promouentur: ad synodum uenire tenentur, Alii autem ut diximus differendi, instruendi, consulendiue gratia poterunt interesse: non tamen in sessionibus publicis induti sacris uestibus sedebunt neque sententiam dicent.

## LIBER PRIMVS

### De diuersis officialibus concilii.

Aderunt et diuersi magistratus: & ministri concilii: quos tamen Pontifex summus (si presens erit) constituet alios: qui negocia proponenda suggerant. Alios qui ueniētes ad conciliū in uolumine describāt. missorū, ac legatorū facultates examinent, & publica documēta rimētur. Alios qui locū cōciliū custodiāt. Gesta autē cōciliū exciperet: & in publicā formā redigere spectat proprie ad protonotarios Aplicos, clericos cameræ, & secretarios Papæ: qui tñ ante scripta sua publicēt: corrigēda illa exhibeant his: qui a Pōtifice, siue a cōcilio erunt deputati. Sedes autē omnibus cōsignabunt clerici cerimoniarū. Si papa erit in cōciliis: & cū difficultas aliqua orietur, consulent super ea re summū Pontificē. Sin uero summus Pontifex abesset: constituerētur a cōcilio: qui sedibus cōsignandis presint.

### Ordo sedēdi in cōciliis. Cap. III.

Ordo autē sedēdi in publicis sessionibus hic erit. Summus Pontifex in folio Pōtificiali sedebit: cui a lateribus super scabellis sedebūt Diaconi duo assistētes, & prior psbyterorū in scabello et in loco eminenti: siue a dextris, siue a sinistris: prout in capella cū cappa celebrat: sed tūc: & quoties indiuinis ministrat, ut capellanus assistens erit indutus pluuiali, non planeta. Imperator, si adierit, sedebit in sede sua ad dexteram Pōtificis, & tunc Diaconi nō sedebunt apud sedem Papæ: sed ante ipsam sedem hinc inde super paruis scabellis: ut erat mos antiquis: & hoc ne Diaconus a dextris uideatur sedere medius iter Papæ: & Imperatorē. Reges sedebunt in nominatis sedibus suis. Ep̄i: & psbyteri Cardinales in prima parte eminentiori scānorū a dextris, Diaconi Cardinales p̄ter illos duos in prima parte a sinistris. Patriarchæ quatuor Ecclesiarū Cōstātinopolitanus. Anthiochenus. Alexandrinus: & Hierosolimitanus sedebunt in quatuor illis sedibus singularibus contra faciem Pontificis. Et nota: quod prædicti Patriarchæ in missis, & aliis actibus siue sint parati, siue non: sedent ante assistentes Papæ. Alii Patriarchæ, primates, Archiep̄i, Ep̄i. Abbates parati sedebūt in scamnis post Cardinales hinc inde. primū tamē locū habebit uicecamerarius: si erit prælatus paratus. Et ita seruatum legimus in cōcilio Pisano præsidēte Alexandro quinto. & in Cōstāntiensi præsidēte Ioanne uigesimo tertio. Deinde oratores regum: & principum: si erunt parati, inde reliqui prælati parati. Et impleta prima quadratura scamnorū: implebūtur reliquæ post illā. postremi erūt Generales ordinū. Et aduerte: quod prælati omnes cuiuscūque sint gradus secundū Gregorii Papæ decretum, sedebūt iter collegas suos secundum ordinem: siue promotionem suam. Assistētes Papæ parati sedebūt super gradus thalami Pōtificialis ad sinistram partem, protonotarii Apostolici: & clerici cameræ ad dextrā. subdiaconi uero auditores rotæ: & acoluthi in parte anteriore ad pedes Papæ. Sup planū sedebūt duo cubicularii secreti Papæ, decanus auditorum: qui seruit de mitra, & secretarius Papæ.



## SACRARVM CERIMONIA RV M

si nō est p̄latus. Oratores autem laici, siue nō p̄lati sedēt itra primam quadraturam in sedibus illis humilioribus pro dominorum suorū dignitate: ita ut digniores sint propinquiores primis scamnis Papę. & si aderit aliquis magnus princeps sedebit in scāno Diaconorum post oēs Diaconos. si alias cōsuevit sedere in suo scāno alii inferiores Dñi laici inter uel post oratores nō p̄latos: secundum eorum qualiratem. Ceteri uero sacerdotes: & clerici: qui aderūt: stabūt post scamna p̄latorum: ut poterunt.

### Ordo rerum gerēdarum in cōciliis. Cap. III.

Ordinem autem rerum agēdarum ex antiquis cōciliis propter eorum uetustatem colligere nō potuimus: nisi q̄tum ad sessiones pertinet: in quibus discussa cōmuniter proponebātur, & per uerbū placet a patribus firmabātur. Sed quoniam nouissimorū cōciliorū Cōstātiēsis: & basileē. res gestę diligentissime annotatę fuerūt, & in ordine satis inter se cōgruunt: modum in illis seruatum perstringemus. sed defuit in Basileē congregatione multitudinis in sanctos Episcopos reuerētia, & superabūdauit temeritas, atq; arrogātia: quādo nō pluris fieret sentētia optimi cuiusq; antistitis q̄ minimi canonici, & id quod ad Ep̄os spectat, diffinire: & sancire unusquisq; sibi arrogaret. unde Ecclesiam Dei, quam imitari cōuenit, in diurnam: & perniciosam scissuram adduxit. Ordinē igitur profecto illius cōcili: & procedēdi modum laudarem: si p̄latis tantum: ut prisci uoluerūt: decernēdi: & diffinēdi potestatem permisissent. Sed abstinebunt (ut arbitror) postea horū exēplo ab huiusmodi nouitate, & bene ordinata idoneis ministris cōmittēt. Modum igitur hūc seruabāt: qui absente Pontifice nō incompetēter fortasse seruari poterit: si p̄latis: ut diximus: relinquatur tantum statuēdi facultas.

### De Cōstātiēsi: & Basileē cōciliis. Cap. V.

Primum omnes ad cōcilium uenientes siue suo: siue alieno nomine per cursores p̄ordinatos describebātur. tum patres omnes per quatuor nationes diuidebant. Italicam, Germanicam, Gallicanam, & Hispaniēsem. In Cōstātiēsi tamen synodo: quia Hispani cum suo Benedicto decimo tertio diu in contumacia persistentes non affuerunt nisi in fine. Anglicana quartum locum obtinuit: quę Basileę cum Gallicana est cōnumerata. Ex nationibus pari ex unaquaq; numero quatuor conuentus creabant: quas sacras deputationes uocitabāt: locis, uocabulis, & potestate discretas. nā i prima fidei catholicę. secūda de pace populi Christiani. tertia de reformatiōe Ecclesię. & in postrema de aliis emergētibus negociis agitur. Erāt cuiq; cōuētui separata tribūalia: & loca: i quibus cōuenirēt p̄ prii magistratus, P̄sides qui cōcionē aduocaret, negotia p̄poneret: & secūdū maioris ptis snias cōcluderet. Promotor: qui tāq; curator publicus i gereret negotia: iustaretq; ut absoluerent. Scriba qui gesta decretaq; publi-

## LIBER PRIMVS LXI

cis documētis annotaret. Nūcius deinde, siue apparitor: qui patres cōuocaret, citaret, edicta p̄poneret, & similia. Cōueniebāt hęc collegia ter i hebdomada: iisdem horis in propriis p̄toris: ubi re diuina peracta rebus gerendis operam dabant. Et quatuor deinde sacris deputationibus duodecim uirorum collegium eligebatur, terni ex unoquoq; conuentu: & natione: uiri doctrina: & experientia clari: ad hos negocia omnia primum deferebantur: qui rebus mature digestis uel ea respuebant, uel si admittēda uidebantur: ad collegium, cui competerent, remittebāt: eratq; his potestas: cum aliquid graue instaret: cōuocare quatuor conuentus etiam extra ordinem. Ceterum, quę a duodecim uirorum collegio ad quempiam ex quatuor conuentibus remittebantur: proponebantur per p̄sidentem illius conuentus, neq; licebat illa die de propositis decernere: nisi res manifeste celeritatem necessariā exigeret, quod maior deinde pars statuisset ad alios tres conuentus deferebatur. eorum opinio cum rationibus: & argumentationibus utriusq; partis. quod per tres conuentus approbatum erat: ad p̄sidentem concilii publicis documentis deferebatur. qui statuto die in generali congregatione de ea re referebat: neq; licebat p̄sidentem de aliqua re agere cum patribus in generali cōuentu: nisi prius de ea deliberatum (siue ut aiebant) conclusum fuisset per quatuor: aut saltē per tres deputationes. Demum ubi quicpiam a patribus approbatum erat in generali congregatione: quę octauo quoq; die frequentabatur: in formam decreti redactum in publica sessione ritu solenni statuebatur.

### De generali congregatione in conciliis.

Generalis congregatio differt a publica sessione. quod in illa res statuendę per quatuor deputationes discussę approbantur hoc modo. Vbi in sacris deputationibus aliquid decernendum censebatur: p̄sidentem illarum quisq; in suo cōuentu id firmabat his uerbis. In nomine Sanctę Trinitatis Patris: & Filii: & Spiritus Sancti. Ego concludo in talem sententiam. idem fiebat deinde in generali congregatione. ubi uero p̄sides cōcili p̄sidentium deputationum uota cognouerat: concludebat nomine totius concilii. Oportebat tamen illum concludere secundum p̄sidentium uota. his peractis cum res ita exigebat publica sessio indicebatur. In omnibus tamē supradiētis: si Papa erit p̄sens: ipse erit rector, moderator, ac dispensator. & deputationes, collegia, magistratus, & rerum omnium ordinem pro suo arbitrio constituet. Quę ideo recēsuimus: ut posterii hinc capere possint, quę res publicę magis expedire uidebuntur.

### De publica sessione: & sacris precibus.

Publicę sessiones his cerimoniis celebrari cōsueuerunt. Anteq; prima sessio celebretur, indicitur omnibus consiliariis triduanū ieiuniū, deinde statuta die Pontifex cū omnibus p̄latis: & aliis: qui interesse debent: ac



## SACRARVM CERIMONIARVM

clero cum sacra pompa: si placet, uenit ad locum concilii: ubi per ipsum Pontificem, uel alium prelatum cantatur missa de Sancto Spiritu: & fit Pontifici reuerentia per Cardinales, & omnes prelatos paratos. In aliis sessionibus non solet semper cantari missa solennis ante: sed Papa audita missa priuata uenit ad concilium cum pluuiali rubro: & mitra preciosa, & facta oratione ante altare ascendit ad sedem suam, & similiter omnes alii sedent in sedibus prenomina- tis, & fit ei reuerentia a Cardinalibus cum suis cappis laneis: si prius non est facta, deinde duo seniores Diaconi accipiunt dalmaticas, & unus eorum stolam: & manipulum, quia est cantaturus Euangelium, subdiaconus etiam paratur, deinde accedunt ad Pontificem, & imponunt ei sandalia, & dicitur psalmus. Quam dilecta. Interim Cardinales: & alii prelati accipiunt paramenta sibi conuenientia omnes rubri coloris. omnibus indutis aliquantulum quiescunt. Tunc silentio facto Diaconus a dextris surgens alta uoce prefatur. Orate. Et mox tam Pontifex super faldistorium sibi paratum: quod alii sine mitra in terra genuflexi dicendo orant uersi ad altare. surgens deinde Pontifex solus: aliis prostratis permanentibus, absolute dicit hanc orationem in tono competenti uidelicet. Ad sumus Domine Sancte Spiritus, ad sumus quidem peccati imanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati: ueni ad nos: & esto nobiscum, & dignare illabi cordibus nostris. Docce nos quid agamus, quo gradiamur, & ostende, quid efficere debeamus: ut te auxiliante tibi complacere in omnibus ualeamus. esto salus: & effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo patre: & eius Filio nomen possides gloriosum: non patiaris perturbatores esse iusticie. qui summam diligis equitatem. non in sinistram nos ignorantia trahat. non fauor inflectat. non acceptio munerum, uel persone corrumpat: sed iunge nos efficaciter tibi solius tue gratie dono: ut simus in unum: sed in nullo aberremus a uero: quatenus in nomine tuo collecti sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iusticiam: ut hic a te in nullo dissentiat sententia nostra: & in futuro pro bene gestis consequamur premia sempiterna. Qua finita omnes respondeant. Amen. Finita oratione Diaconus a sinistris surgens uersus ad patres dicit: Erigite uos, & omnes surgunt. Et cantores cantant Añas. Exaudi nos Domine: quoniam benigna est misericordia tua secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos Domine. Iterum Diaconus a dextris conuersus ad patres dicit. Orate: & similiter omnes procumbunt: & aliquantulum orant secrete. Surgens deinde Diaconus a sinistris dicit: Erigite uos, & omnes surgunt. Et Pontifex oibus stantibus detecto capite dicit orationem absolute. Metes nostras quesumus Domine Paracletus, qui a te procedit, illuminet, & in omnem: sicut tuus promisit filius: iducat ueritatem. Qui tecum uiuit: & regnat in unitate eiusdem. Qua finita iterum omnes genuflectunt, & fit litania: quæ per duos ex cantoribus pronunciat, & omnes respondent, &

## LIBER PRIMVS LXII

post uersum illum: ut donum Apostolicum &c. surgens Pontifex cum mitra benedicit synodo dicens: Ut hanc Sanctam synodum: & omnes gradus Ecclesiasticos benedicere digneris. Et omnes respondent. Te rogamus audi nos. Iterum dicit: Ut hanc Sanctam synodum, & omnes gradus Ecclesiasticos benedicere: & regere digneris. Te rogamus audi nos. Et tertio Ut hanc Sanctam synodum: & omnes gradus Ecclesiasticos benedicere, regere, & conseruare digneris. Te rogamus audi nos. Et procumbente iterum Pontifice litania perficitur. Deinde surgunt omnes: & Pontifex uersus ad altare sine mitra dicit. Oremus: Diaconus a dextris. Flectamus genua, & Diaconus a sinistris. leuate. Et Pontifex. Da quesumus Ecclesie tue misericors Deus: ut Spiritu Sancto congregata hostili nullatenus incur sione perturbetur. per &c. in unitate eiusdem &c. Tum Diaconus petit benedictionem pro Euangelio, & imponitur a Pontifice incensum more solito, & cantatur Euangelium competens rei: de qua agitur cum luminariibus: & cerimoniis consuetis: & in fine Pontifex osculatur librum: & incensatur more consueto: presbyter Cardinalis paratus cum pluuiali seruit Pontifici & de libro: & de nauicula incensi: ac si Pontifex celebraret. finito Euangelio omnes sedent, & Pontifex patres hortatur uerbis conuenientibus ad faciendam decreta assignans rationes cur ita sit faciendum. deinde surgens sine mitra incipit hymnum. Veni Creator Spiritus. omnes genuflectunt, & ipse est postquam ceperit genuflectit procumbens super faldistorium quousque primus uersus perficiatur. Deinde omnes surgunt: & stant capitibus detectis cantores: & patres, si uolunt, persequuntur hymnum. in fine Pontifex dicit uersus. Emitte Spiritum tuum: & creabuntur. & renouabis faciem terre. Et Pontifex. Oremus. Deus qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. per. D. &c. in unitate eiusdem &c. Demum duo cantores dicunt: Benedicamus domino. Deo gratias. Quibus finitis Diaconus legit decreta faciendam, & rogat patres an ista placeant: qui incipiendo a summo Pontifice respondet placet, uel non placet. & pro notarij Apostolici clerici cameræ: & alij Tabularij rogati decreta notant: & in publicam formam redigunt: quæ deinde bulla, ac sigillo Apostolico munitur. Euangelia mutantur in sessionibus secundum materias, quæ tractantur. Si Romanus Pontifex non adesset: presidens concilii paratus cum sandaliis: Diacono: & subdiacono omnia faceret: ut predictum est: nisi ea quæ ad summum Pontificem tantum spectant. Decreta legeret aliquis prelatus, & literæ signentur bulla concilii, decretis firmatis omnes deponunt Sacras uestes. & Tunc reuertitur domum quemadmodum uenere. Si Papa est presens decreta intulatur hoc modo. Martinus Episcopus seruus seruorum Dei Sacro approbante concilio &c. ut in Constantien. Si autem abest Pontifex. sic scribitur: ut Basileen. Sacrosancta generalis synodus Basileensis in Spiritu Sancto legitime congregata: generale concilium faciens: & uniuersalem Ecclesiam representans &c.



SACRARVM CERIMONIA RV M  
SECTIO Q VINTADECIMA.

De morte: & exequiis Reuerendissimorum Cardinaliũ. Cap. I.

**Q**UONIAM Sacra Philosophia ẽ assidua meditatio mor-  
tis: quia nihil omnino certius: quã hora incerta sit: decet sũ-  
mos viros semper paratos esse quo ad interiorem: & exteri-  
orem hominem, ne improvisi ab ultimo die opprimantur. Dũ  
igitur mente: & corpore ualebũt domini Cardinales, & alii prelati, & ma-  
gni uiri Ecclesiastici ( si sapiant ) rebus suis consulant: & ultimam uolun-  
tatem indulgente Pontifice legitimo firmabunt testamento. Quod si dũ  
sanus erat quispiam, neglexit: saltem dum corpore languet, & mortem  
aduentare timet, id agere non pretermittat: sed cum recte anime sue: fa-  
miliẽ: & suis heredibus prospexerit: id precipue curet: ut ex numero Car-  
dinalium executores eos deligat sui testamenti: qui integritate, & auctori-  
tate clari habeantur, qui familiam tueri: & legata, atq; relicta testatoris  
implere uelint, & possint. Cæterum qui ægrotanti assistent, si ille morbo  
pressus eius rei non meminisset, curet diligenter: ut in tempore Ecclesiasti-  
ca sacramenta non clam, sed publice administrantur, & dum in extremis  
laborare incipit, aduocent Executores: qui decedentem solitis officiis cõ-  
solentur: & bonorum omnium descriptionem faciãt, eaq; fidei ministris:  
& in locis tutis custodienda cõmittant. Executores in domo decedentis  
conuenientes, quæ ad salutem, seu consolationem anime illius pertinent,  
in primis procurabunt, ordinabuntq;: ut uiri religiosi psallentes, & oran-  
tes morientem circũsistent, administrationi: & curẽ domus præficient ali-  
quem ex suis: qui cum officialibus domus: familiam gubernet pacifice, &  
quiete: & necessaria provideat. Inde q; ad deducendum funus, quæ oppor-  
tuna sunt, statuant: & cõmittant. sit etiam qui orationem funebrem medi-  
tetur. Cum autem languens Spiritum Creatori reddiderit: ministri de-  
posito ex lecto post morulam cadauere illud calida aqua lauent, barbam  
radant, mundetur: & ita curent opportunis remediis: ut corpus sine fetore  
usq; ad præstitutum tempus referuari possit. Significent executoribus  
horam transitus: ut illi de hora funeris deliberare ualeant. Etiam deinde  
per cursores alijs Cardinalibus prelatis: & curialibus, atq; etiam colle-  
giis: & cõuẽtib; Clericorum, ac religiosorum: quos funeri interesse uo-  
luerint intimabunt. Sed nota: quod ante Sixti quarti tempora Cardi-  
nales non consueuerunt ire ad domum Cardinalis defuncti nisi execu-  
tores tantum, mittebant autem familias suas: post ea tempora fere omnes  
intersunt quando uigiliẽ dicuntur: non tamen sequuntur funus, quid ma-  
gis deceat: alii uiderint. Ministri Cardinalis defuncti: ut corpus munda-  
uerint, illud uestiant omnibus quotidianis indumentis usq; ad rochetum

MVJANNO LIBER PRIMVS LXIII

inclusiue: deinde ornent cum sacris uestibus: ac si missam esset celebratu-  
rus. Si est presbyter, aut Episcopus Cardinalis imponãt sandalia, amictũ,  
albam, cingulum, stolam, manipulum, tunicellam, dalmaticam, chiro-  
thecas, planetam, mitram simplicem, & annulos. Si uero esset Diaconus  
supra stolam transversam dalmaticam tantum imponerẽt, & mitram sim-  
plicem in capite ea scilicet ornamenta quibus uteretur: si euangelium eẽt  
dicturus. Et ita indutum deponant in terra super aliquem pannum: siue ta-  
pete cum cercis ardentibus a capite, & a pedibus, ponent super eius pectus  
Crucem aliquam, quam manibus teneat. Interea tota domus nudetur or-  
namentis omnibus. In maiori aula domus quasi in medio paratur lectica  
ex tabulis: quẽ antea distendatur sex palmis, latitudine decem, longitudi-  
ne duodecim palmorum aut circa: & super eam ponatur lectus ex lana si-  
ue pluma cum cervicali lógõ, & magno pãno aliquo cooperiatur lectus,  
& lectica circa a lateribus. hinc inde ponãtur scamna cum foraminibus:  
ut ibi ponantur sex cini: aut uiginti intortitia. Ad pedes lecti erit mensula  
cum mappa munda, & super eam duo candelabra cum luminaribus, super  
pellicium unum una stola cum pluuiali nigri coloris. Item uas cum aqua  
benedicta & aspersorio, & thuribulum cum nauicella incensi, & libellus  
pro dicendis orationibus. circum circa per totam aulam ponantur sedi-  
lia pro Cardinalibus prelatis, & aliis curialibus: qui ueniunt ad honoran-  
dum defunctum. Familiars in istis uigiliis, & in deducendo funere non in-  
ter sunt: quia non sunt adhuc induti ueste lugubri, habebunt tamen singu-  
li nigrum biretum expensis defuncti. Cum aderit hora præstituta corpus  
defuncti ita ornatum: ut diximus: ponetur super lectum in aula, & accen-  
dentur intorticia. Cardinales, prelatis, & alii qui uenerunt sedebunt circũ  
circa. Religiosi per singula collegia, siue per singulos conuentus incipi-  
ent uigilias: & primi dicent inuitatorium cum primo nocturno, & postre-  
sponsorium terciẽ lectionis dignior ex eis indutus superpellicio, stola &  
pluuiali stans apud mẽsam ad pedes lecti dicit. Pater noster, asperget & in-  
censabit per circum, & deinde sequitur. Et ne nos inducas cum uers. &  
oratione consuetis. Cum incipient cantare distribuuntur cantantibus ali-  
quẽ candelẽ, cum primum finierint aliqui sequuntur secundum: & deinde  
tertium nocturnum, & deinde laudes. & digniores: qui aderũt: incipient.  
Et si essent plura collegia, siue plures conuentus poterunt duo simul can-  
tare unum nocturnum, Paratur interim feretrum ad portandum corpus,  
& quinquaginta aut sexaginta intorticia: quæ ante corpus per stabularios  
deferantur. Finitis uigiliis ponitur corpus super feretrum: & religiosi suo  
ordine præcedũt, deinde luminaria, postea corpus: quod per religiosos de-  
fertur, postremo sequũtur prelatis, & curiales. & cum peruenerint ad eccle-  
siam: ubi sepelitur. finito officio omnes descendunt quisq; ad suam. Hæc  
funeris deductio sepe intermittitur propter uarias causas, & tunc factis



## LXXI SACRARVM CERIMONIA RV M

uigiliis in domo defuncti: discedunt omnes: & in nocte portatur corpus ad Ecclesiam per familiam cum aliquibus religiosiis. Post hæc executores statuunt diem: in quo exequiæ inchoentur: & interim distribuunt panem nigrum familie, prelati quinque; cannas, capellani quatuor; scutiferi tres; stabularii duas cum dimidia. ordinant ut fiat pallium aureum pro lecto sub campana, siue castro doloris, quod fiet. Ipsum castrum doloris cum lectica, scamnis pro intorticiis, & banchis in quibus sedeat familia. Item pingantur arma: suspendanturque circa Ecclesiam, Altare, & castrum, fiet cera ad sufficientiam. consuevit esse ad sex, uel octo milia librarum cere. suspendantur intorticia circum circa in Ecclesia unius lancee spacio inter se distantia. a lateribus lecti hinc inde: super scamnis ponantur duo decim, aut decem & octo intorticia in quolibet latere. præficiantur aliqui qui teneant computum cere. & qui illam subministrant distributoribus, alii qui curent: ut missæ uere & suo ordine legantur: & dent elemosynam celebrantibus. Ordinent: qui Cardinalis primam, & qui ultimam missam sit celebraturus. qui prælati intra nouenam celebrent: & aliæ missæ legantur, quod cantores cum capella, cum paramentis, & libris opportunis ex palatio Apostolico adsint. quod ibidem sint quinque pluuialia nigra cum suis stolis: quod committatur quatuor Cardinalibus ut cum celebrante in fine missæ apud castrum doloris absoluant: ut inferius dicemus. quod parentur quatuor scabella apud primas, & postremas columnas castrum. & alia necessaria. Omnibus opportune dispositis: uesperis ante statutam diem per cursores faciunt intimari Cardinalibus, prelati, oratoribus, & officialibus curiæ: quod in tali loco cras incipientur exequiæ bonæ memoriæ Reuerendissimi Domini Cardinalis. N. & Reuerendissimi Domini. A. celebrabit. & Dominus, uel Magister. B. faciet orationem. Mane deinde hora competentis Reuerendissimi Domini Cardinales conueniunt ad Ecclesiam. sedebunt prope altare maius in sedilibus pro eis preparatis: nudis tamen & sine aliquo panno. prælati & alii curiales sedebunt in locis suis, familiares defuncti Cardinalis summo mane omnes nigris uestimentis induti: simul bini & bini ex domo defuncti ueniunt ad Ecclesiam, duo cursores eos præcedent: & sedebunt in banchis circa castrum doloris pro eis locatis. supra lectum: qui erit sub castro doloris: erit pannus aureus cum insignibus defuncti, & duo ceruicalia nigra, ad caput lecti & ad pedes duo pilei rubri ipsius defuncti. Hinc inde adstabunt duo parasrenarii mortui Cardinalis: qui cum duobus flabellis factis cum insignibus Cardinalis ex serico nigro uideantur abigere muscas etiam si sit tempus hyemale: qui sedulo flabella placide monent. Omnibus paratis incipitur missa pro defunctis. Et cum fuerit dicta prima collecta: clerici cerimoniarum incipiunt distribuere ceram Dominis Cardinalibus primum: tum oratoribus, & prelatiis: de familia defuncti, deinde officialibus curiæ, demum ceteris presentibus tam

## MVRATIO LIBER PRIMVS LXXIII

mulieribus quæ uiris. Quæ profecto dispensatio cere, siue potius dissipatio est ualde importuna, & tumultuosa, & meo iudicio satis inconueniens. Nam obstrepitum, & clamorem petentium, & rapientium candelas diuinum officium, & funebri oratio admodum conturbatur, antequam incipiatur Euangelium accenduntur dicte candelæ: & per ministros tenentur accense usque ad finem missæ. Finita missa post Requiescat in pace fit sermo in laudem defuncti. & Cardinalis, qui celebrauit, dimissa plæta accipit pluuiale, & sedet cum mitra alba: dum fit sermo. Illo finito iterum accenduntur candelæ, & quatuor alii Cardinales: si mortuus erat Episcopus Cardinalis, Episcopi Cardinales: si tot numero fuerint presentes, & si deficiat numerus. presbyteri suppleant. Si uero mortuus erat presbyter, siue Diaconus: quatuor presbyteri Cardinales capiunt superpellicium, amictum, stolam, pluuiale nigrum, & mitram albam in capite, & simul cum celebrante uadunt ad castrum doloris hoc ordine. primo procedunt duo ex capellanis celebrantis cum superpelliciis: unus defert thuribulum, & nauicellam, alius uas aque benedictæ cum aspersorio. deinde duo alii cum candelabris, & luminaribus. Inde Subdiaconus paratus cum cruce. deinde duo Cardinales iuniores parati. tum duo seniores parati. ultimo Cardinalis, qui celebrauit, & post eum Diaconus paratus, & alii sui capellani cum superpelliciis. unusquisque Cardinalis habet secum unum capellam cum superpellicio: qui seruit ei de mitra, & aliquos scutiferos: qui ei assistunt: quorum unus defert ceram accensam. Cum peruenerint ad castrum doloris: Subdiaconus cum cruce, & ceroferrariis ponit se ad pedes lecti in medio extra castrum tamen: post eum sunt cantores. ad caput lecti ponit in medio contra crucem faldistorium celebrantis, super quod ille sedet, & apud eum stat Diaconus euangelii: qui defert incensum, & aquam benedictam, & alii capellani. senior Cardinalis ponit se iuxta columnam ad humerum dextrum secundus in dignitate iuxta columnam ad pedem sinistrum. Tertius Cardinalis ad humerum sinistrum, ultimus ad pedem dextrum: & ibi aliquantum quiescunt. caput lecti figitur proximior pars altari: & pedes pars propinquior portæ Ecclesiæ. post morulam surgunt omnes deposita mitra: & tenente librum uno ex capellanis celebrans cum Diacono incipit absolutionem. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine: quia nullus apud te iustificabitur homo: nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. non enim ergo quæ Domine tua iudicia aliis sententiis premant: quem tibi uera supplicatio fidei Christianæ commendet, sed gratia tua illi succurrente mereatur iudicium euadere ultionis æternæ. qui dum uiueret insignitus est signaculo sanctæ trinitatis per Christum Dominum nostrum Amen. Finita oratione Cardinales omnes sedent cum mitra: & cantores cantant primum responsum. Subuenite &c. Antequam finiat responsum: Diaconus cum deferentibus incensum, & aqua benedictam accedit ad seniore



## SACRARVM CERIMONIA RV M

Cardinalem ad humerum dextrum sedentem. & cum cātatur Requie eter nam: clericus cerimoniarū accipit thuribulū & nauicellam, & accedit ad ipsum seniore Cardinalē, & offert thuribulū, Diacono uero nauicellā, Cardinalis imponit incensum in thuribulo dicens. Ab illo bñdicaris &c. Deinde cū cantores cantant Kyrieelison: surgunt oēs sine mitra, & ipse primus Cardinalis dicit uoce cōpetenti Pater noster. Et mox capit aspersoriū de manu Diaconi: & circūit lectū aspergēs illum aqua bñdicta. Diaconus interim eleuat a manu dextra fimbriā pluuiālis. cū uero Cardinalis transit ante alios Cardinales ibi astantes: facit unicuiq; reuerentiā inclinādo caput, & idem ēt facit Cruci: Diaconus uero qui simul pergit genu flectit: facto circūitu reddit aspersoriū Diacono, & de eius māu capit thuribulum, & simili mō incensat circū circa inclinando se Cardinalibus, & Cruci. Ut aut cōpleuit gyrum reddit thuribulū Diacono & reuertitur ad locū suum. Diaconus qñ dat aliquid Cardinali, uel recipit ab eo: osculat eius manū Cardinalis stans in loco suo uoce cōpetenti. tenente librū ante ipsum Diacono: dicit. Et ne nos iducas &c. r. sed libera &c. uers. A porta inferi. r. Erue Dñe aīam eius. uers. Requiescāt in pace. r. Amen. uers. Dñe exaudi orōnem meam. r. Et clamor meus ad te ueniat. uers. Dñs uobiscū. r. Et cum spū tuo. Oremus. Deus cui oīa uiuunt, & cui nō per eunt moriēdo corpora nostra, sed mutant in melius: te supplices deprecamur ut suscipi iubeas aīam famuli tui. N. per manus sanctorū Angelorum deducendam in sinū amici tui Abraē patriar chē resuscitandam in nouissimo iudicii magni die, & quicquid uitiorū fallente Diabolo p̄traxit: tu pius & misericors abluas indulgendo per Christū Dñm nostrum. r. Amen.

Finita oratione Cardinales sedent & chorus cantat rñsorium. Qui Lazarū resuscitasti a monumēto fetidum tu eis Dñe dona requiem, & locū indulgētiē. uers. Qui uenturus es iudicare uiuos, & mortuos, & seculum p̄ ignem. Tu eis &c. Requie eternā &c. Tu eis &c. Kyrieelison. Diaconus interim cum portantibus incensum & aquam benedictam accedit ad secundum Cardinalem apud sinistrum pedem. Et cum dicitur Requiem imponitur incensum. ad Kyrieelison surgunt omnes, & deinde ipse secundus Cardinalis dicit Pater noster. aspergit & incensat: ut primus, & reuersus ad locum suum dicit. Et ne nos &c. r. Sed libera nos &c. A porta inferi. r. Erue Domine animam eius. uers. Requiescat in pace. r. Amen. uers. Domine exaudi orationem meam. r. Et clamor &c. uers. Dominus uobiscum. r. Et cum spiritu tuo. Oremus. Fac quesumus Dñe hanc cum famulo tuo. N. defuncto misericordiam: ut factorum suorum in penis nō recipiat uicem, qui tuam in uotis tenuit uoluntatem: ut sicut hic cum uera fides iūxit fidelium turmis: ita eum illic associet Angelicis choris p̄ Christum Dominum nostrum. r. Amen. Finita oratione sedent Cardinales cum mitra: & chorus cantat responsorium. Domine quando ueneris iu

## LIBER PRIMVS LXV

dicare terram: ubi me abscondam a uultu irę tuę: quia peccaui nimis in uita mea. uers. Commissa mea pauesco, & ante te erubesco, dum ueneris iudicare, noli me condemnare. Quia peccaui &c. Requiem &c. Quia peccaui &c. Kyrieelison. ter. Interim Diaconus cum sociis accedit ad tertium Cardinalem apud sinistrum humerum sedentem: & in tempore ponitur incensum. Et ad Kyrieelison omnes surgunt ut supra. Et ipse tertius Cardinalis dicit Pater noster, aspergit & incensat ut alii & reuersus ad locum suū dicit. Et ne nos inducas r. Sed libera &c. uers. A porta inferi. r. Erue Domine animā eius. uers. Requiescant in pace. r. Amen. uers. Domine exaudi &c. r. Et clamor &c. uers. Dñs uobiscum. r. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras: quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui. N. quam de hoc seculo migrare iussisti in pacis: ac lucis regione constituas, & sanctorum tuorum iubeas esse consortem. per Christum Dominum nostrum Amen.

Oratione completa sedent Cardinales: chorus cantat. r. Ne recorderis Domine peccata mea dum ueneris iudicare seculum per ignem. uers. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo uiam meam. dum ueneris. &c. Requiem &c. Dum ueneris &c. Kyrieelison. Christe. Kyrie. Interim Diaconus cum sociis accedit ad ultimum Cardinalem apud dextrum pedem: & in tempore imponitur incensum surgunt ad Kyrieelison. Et ipse Cardinalis quartus dicit. Et ne nos &c. r. Sed libera &c. uers. A porta inferi. r. Erue Domine animam eius. uers. Requiescat in pace. r. Amen. uers. Dominus uobiscum. r. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Absolue quesumus Domine animam famuli tui. N. ab omni uinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter sanctos & electos tuos resuscitatus respiret per Christum Dominum nostrum. r. Amen.

His finitis sedent: & chorus cantat Libera me Domine de morte aeterna in die illa tremenda: quādo celi mouendi sunt, & terra: dum ueneris iudicare seculum per ignem. uers. tremens factus sum ego: & timeo dum discussio uenerit: atq; uentura ira. Quando celi &c. uers. Dies illa dies irę calamitatis & miserię dies magna, & amara ualde. Dum ueneris &c. Requiem eternā &c. Libera &c. Kyrieelison. Christe. Kyrie. Interim Diaconus cum sociis accedit ad Cardinalem: qui celebrauit sedentem ad caput, & in tempore imponitur incensum ad Kyrieelison. surgunt Cardinales sine mitra, & qui celebrauit dicit Pater noster, aspergit, & incensat: ut fecerūt alii quatuor: & reuersus ad locum suum stans dicit. Et ne nos. &c. r. Sed libera &c. uers. A porta inferi. r. Erue Domine animam eius. uers. Requiescāt in pace. r. Amē. uers. Dominus uobiscum. r. Et cum spū tuo. Oremus.

Absolue quesumus Domine animam famuli tui. N. ut defunctus seculo tibi uiuat, & que per fragilitatem carnis humana conuersatione commisit, tu uenia misericordissimę pietatis tuę absterge. Per Christum Do



## SACRARVM CERIMONIA RV M

minum nostrum. & Amen. Deinde dicit idem Cardinalis Requiem eternam dona ei Domine. & Et lux perpetua luceat ei. Et in fine duo cantores dicunt Requiescat in pace. & Amen.

His completis omnes ordine: quo uenerant reuertantur ad loca: ubi acceperant paramenta, & exuunt sacras uestes. Alii autem Cardinales & prelati dum hec fiunt circa castrum doloris: remanent sedentes in locis suis expectantes finem. Demum omnes discedunt ad suas habitationes.

In prima, & nona die: que est ultima: in qua fiunt eadem cerimoniarum: nisi quod in ultima non fit sermo: Consueuerunt legi in Ecclesia ubi sunt exequie centum quinquaginta missae, & datur per elemosyna cuique celebranti unus grossus Papalis, & duae paruae candelae. Aliis septem diebus intra nouenam dicuntur centum missae quolibet die. & hora competenti cantatur missa pro defunctis per aliquem Episcopum. & familia defuncti adest sedens in loco suo. Interea non accenduntur circa Ecclesiam, sed super scamnis a lateribus lecti, & nouem supra castrum doloris sine aliis candelis. Cardinales non ueniunt. distribuitur cera celebranti, & ministris, clericis siue religiosis illius Ecclesiae, familiae defuncti & aliis: qui ad sunt. Apud sepulchrum uero ubi iacet corpus quotidie ponuntur duo in torticia quae ardent dum diuina celebrantur. Finita missa intra nouenam prelati qui celebrabit, deponit planetam & accipit pluuiam & mitram, & precedente Subdiacono cum cruce, ceroferrariis, incenso & aqua benedicta uadit ad castrum doloris. Eum sequuntur Diaconus & alii ministri altaris. Religiosi autem siue clerici Ecclesiae disponunt se circa castrum: Subdiaconus cum Cruce & ceroferrariis ad pedes. prelati uero stans ad caput in medio sine mitra absolute incipit. Non intres in iudicium ut supra. Et in fine chorus cantat primum Responsorium. Et post Kyrie eleison. prelati sine mitra dicit. Pater noster. Aspergit & incensat per circuitum: ut supra diximus de Cardinalibus. Et deinde stans in loco suo dicit, & ne nos inducas &c. cum aliis uersiculis & prima oratione in fine cuius dicit. Requiem eternam dona ei Domine. Respon. Et lux perpetua luceat ei. Et chorus dicit. Requiescat in pace. Et sic reuertitur ad se exuendum. In secunda die dicitur secundum Responsorium. Et secunda oratio, & sic deinceps. Et cum finierint reincipitur a primo.

In nona die fit omnino: ut in prima: nisi quod non fit sermo. Cantatur missa per Cardinalem, & per Cardinales fit absolutio apud castrum doloris. A die uero quo est sepultum corpus usquequo incipiuntur exequiae consueuerunt in ea Ecclesia celebrari aliquot missae pro defunctis non tamen per prelatos. & sunt ad partem ibi aliquot elemosynae propter hoc. Familia uero defuncti solet per quadraginta dies sustentari in eius domicilio, & tandem unicuique redditur aliquod premium. uel secundum taxationem a domino factam: uel ut executores censuerint habita ratione ser-

## LIBER PRIMVS

LXVI

uitii, temporis: & qualitatis.

De agrotatione, morte, & exequiis  
Romani Pontificis.

Cap. II.

Romanus Pontifex: & si mortales omnes dignitate: & auctoritate precellit: omniaque in terris ligare: & soluere queat: fati tamen extremam necessitatem soluere nequaquam potest. Non est discipulus supra magistrum: nec seruus maior Domino suo. Filio suo non pepercit Deus: quem mori uoluit: ut hominem a perpetua morte liberaret: utque omnes agnoscerent neminem a corporali morte omnino esse immunem. Cogitet summus Pontifex (& si omnium sit maximus) se tamen esse mortalem, & elogium illud quod inter solennia coronationis suae decantari solet sedulo memoria repetat. Pater Sancte Sic transit gloria mundi, omnis caro fenum, & omnis gloria eius tanquam flos agri. Sit igitur semper Pontifex paratus: ut bonus pastor, solertissimus Vicarius: & diligentissimus uillicus rationem reddere Domino suae administrationis: & cupiens dissolui: & esse cum Christo. cum Martino Turonensi clamet: & dicat. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius: non recuso laborem: fiat uoluntas tua: curetque eo maiori studio quo ceteris omnibus preest: ut ultimum actum: quo solo coronari electi solent, cum laude perficiat. Quod si forte non agnosceret: dum egrotat: morbi periculum: medici qui illius curam gerunt: cum de eius salute dubitare ceperint prudentibus uerbis eum admoneant semotis arbitris: hortenturque ad ea peragenda, quae ad animae suae salutem pertinent: polliceantur se omnes studio acturos, quae spectant ad corporis sanitatem aperiant eidem confessori Pontificis: qui uerbis apertioribus secrete tamen: & cum summa reuerentia: & charitate moneat Pontificem in quo sit discrimine: hortetur: ut uoluntati diuinae non inuitus adhaereat, cogitet quem locum teneat: oportereque: ut alios principes uerbo: & exemplo ad uiam salutis deducat. Pontifex sua sponte, quod melius erit: uel saltem his monitionibus excitatus cum ultimam diem appropinquare cognouerit, primum peccata sua confessori diligentissime confiteatur, petatque ab eo plenariam indulgentiam. deinde tempore congruo iubeat ad se uocari platos domesticos: & principales familiae suae, & presente sacratissimo Christi corpore primum confiteatur: & catholicam fidem quam affirmet se semper inconcusse, & firmiter tenuisse: & in ea uelle uiuere, & mori: cum Deo placuerit. Tum petat ueniam ab omnibus: si quem forte iniuste offenderit, largiatur eis aliquas gratias spirituales: roget: ut orent Deum pro anima sua, & petat a sacrista uel ab aliis prelati: ut tunc sacratissimum uaticum recipiat: ut cum tempus eis uidebitur, alia Ecclesiae sacramenta sibi administrent. Conuocet post haec: dum sensus integri sunt: Sacrum Cardinalium senatum: profiteatur



## IV SACRARVM CERIMONIA RV M

iterū catholicā fidē. petat ueniam si in sua administratione quēpiā iniuste offenderit. Roget: ut orent pro anima sua, cōmendet eis Ecclesiam Dei: & hortetur in electione successoris diligentes sint: & unanimes, & talem Eligant: qui Christianos uberius: q̄ ipse pauerit: qui pasci nouerit, & si ei uidebitur nominet unū, uel plures: quos suo iudicio magis idoneos arbitretur. Aperiat etiam eis debita: & credita: si qua sunt: & similiter scripturas, pecunias, & gēmas, ac preciosa quęq; manifestet, condat testamētū suum: si uult: & eligat sepulturam. Demum cōmendet Senatui familiam: & attinentes suos, & gratias spirituales: quas uoluerint eis largiatur, eosq; cum sua benedictione dimittat. Huiusmodi ultimum cum fratribus suis sermonem (ut audiuimus.) Nicolaus quitus nostro tempore habuit, & quod ipsi uidimus, Pius secundus. Hic etiam in uigilia Assumptionis beatę Virginis cū pridie de sacramento altaris cōmunicatus fuisset: & cum domesticis: inter quos minimus eram, quę superius conuenire diximus, peregrisset. Sacrum collegium ad se post Vesperas conuocari iussit, patresq; longo: & dulci sermone q̄q; morti proximus. (Nam secunda noctis hora expirauit) allocutus est. Vidimus Cardinales omnes abūde lachrymantes cubiculo languentis exire. Et ultra supradicta omni studio hortatus est Senatum: ut expeditionem contra Turcas ob quam rem ipse Anconam se contulerat, prosequerentur. Post hęc Cardinales: ut cognouerint Pontificem in extremis laborare, tres delegibunt ex collegio unum uidelicet de quolibet ordine: qui simul cum camerario inuentarium faciant de omnibus bonis, quę sunt in Palatio Apostolico, & illa reponāt in loco tuto sub bona custodia. Quę uero ad Sacristiam pertinent: reuideāt: & dimittant apud Sacristam, quoniam est officium perpetuum. Deinde prouideant Cardinales: si in urbe moritur Pontifex: ne tumultus aliquis concitetur. Aduocent: & intromittant prudenter: & in tempore Ecclesiasticam militiam, & eam disponant per ciuitatem in locis opportunis, prouideant etiam prouinciis Ecclesię mittendo cōmissarios uiros graues, & prudentes. Pontifice uero Animā agente, aliquis ex prelatis domesticis ei adstet: & crucem inspiciendam, osculandamq; illi crebro offerat: redigatq; ei ad memoriam passionem Christi. Cubicularii adstent cum diligentia ministrantes necessaria. Sacrista in tempore extremam unctionē: & cōmendationem animę faciat: prout in ordinario. Penitentiarii uero circūstent, legant psalmos penitentiales: passionem Christi: & alias deuotas orationes: dum adhuc expirat. Postq; uero spiritum Creatori reddiderit legant officium mortuorum. Cardinales uero debent mox narrare: & singuli absoluerē Defunctum Pontificem dicentes unum responsoriū cum suis uersiculis: & orationē pro defunctis uidelicet. Deus qui iter Apłi eos, &c. Et ut quisq; absoluit: discedit. cubicularii autem parent aquā calidā cū herbis odoriferis: & fratres plūbatores lauent eius corpus, tōsor

## LIBER PRIMVS LXVII

radat barbā. Interim lauet corpus cū optimo uino albo aromatizato: & calido: & loca spumātia impleātur aromatibus mirra: & aloes, nares: & aures impleātur musco, & demū bene fricent manus, & totū corpus balsamo: quod cubicularii: & sacrista subministrabūt. Post hęc penitentiarii induāt eū cōmunes uestes usq; ad rochetū. deinde sacras: ac si esset celebraturus incipiendo a sandalis usq; ad mitram simplicem: tum & ānulo cum fauone, pallio, spinulis: & omnibus ornāmētis. paramēta erunt rubri coloris. ponent idē corpus ita ornatū super feretrum: siue lecticam coopertā aureo panno cum Pōtificis: & Ecclesię armis: & subtus caput cervical ex panno aureo, & ad pedes duo alii similes: super quibus erunt duo pilei Pōtificales. Corpus lauabitur: & ornabitur in camera secreta: & ornāmētū ponetur in lectica: siue feretro in camera papagalli. Et ibi usq; ad Diē: si Pontifex in nocte morietur: penitentiarii uigilantes: & psallentes custodient corpus, & habebunt expensas: & omnia necessaria a palatio. Deinde hora competenti p̄cedente subdiacono Apostolico cum cruce: & cū cappa sua obscuri coloris uidelicet uiolacea. Cantores capellę cantabūt Subuenite, & penitentiarii portabunt corpus ad capellam maiorem. portabuntur ante corpus uiginti sex aut uiginti octo intorticia accensa per scutiferos defuncti. Reliquum familię sequetur. cantores: & penitentiarii cantabūt Vesperas: & uigilias pro defunctis quousq; ueniāt alii religiosi. Et nota quod camerarius: si non est Cardinalis, debet omnibus dum fiūt personaliter interesse. Si uero est Cardinalis: non ipse, sed uicecamerarius intererit. Collegia clericorum, & conuentus religiosorum: ut uenerint cantant uigilias: aspergunt: & incensant corpus: & absoluunt: ut in exequiis Cardinalium diximus. Postq; omnes absoluerint deducunt funus ad Ecclesiam Sancti Petri, & ibi ponitur corpus in medio Ecclesię, p̄feruntur multa intorticia: & familia sequitur. finito officio remanet ibi corpus per biduum, aut triduum: ut populus possit illum uisitare: & osculari manum. In nocte reponitur in capella maiori: & tandem noctu sepelitur: interdum uigilię per collegia: & conuentus non cantantur, sed per canonicos beati Petri defertur corpus ad Ecclesiam cum capitulo: & familia. Interim parantur exequię. erigitur castrum doloris cum lecto: & alia fiunt, quę in exequiis Cardinalium supra notauimus. Sed largius: & abundantius. familiares Pape, officiales curię: & urbis officiales si Romę sit, uestiuntur p̄no nigro: ut in libris camerę Apostolicę plenius apparet: ad quos uos remittimus. fiunt large Eleemosynę pro anima Pontificis religiosi uiris: & mulieribus per camerarium, & thesaurarium: & maxime si camera est diues. In prima die exequiã legunt ducētę missę cū eleemosyna. Missam solēnē cantabit prior Epōs Cardinaliū, fit sermo de laudibus Pōtificis: & i fine fiūt absolutiōes a senioribus: ut in exequiis Cardinaliū scriptū ē. Accenduntur eodē die intorticia multa circūcirca



## SACRARVM CERIMONIA RV M

in Ecclesia: & candelę supra castrum doloris; & idę fit in die nono. missam tunc cętat sub prior Eporum Cardinaliũ. Intra nouenę quotidie aliquis Cardinaliũ celebrat incipiędo a senioribus post subpriorę Eporũ: & legũtur Cętum missę. Intorticia circa Ecclesiã: & supra castrũ doloris nō accedũtur. Reliqua fiunt: ut in primo, & nono die. Distributio cerę fit quotidie Cardinalibus, p̄latis, familie, curialibus, & aliis: qui aderũt: & quotidie fiunt absoluciones a Cardinalibus in fine missę circa castrum doloris. Quotidie post missam conueniunt Cardinales in loco congruo consulentes de rebus Ecclesię: & ordinantes cōclauę. Nona die post missam de defunctis cantatur missa de Spiritu Sancto, & fit sermo exhortatorius ad electionem Pontificis.

De significatione mortis eius p̄ collegiũ, Et de stilo scribendi. Cap. III.

Mortuo Pontifice Collegiũ id literis suis p̄cipibus: & maximis p̄latis significat, ut in scribēdo stilo Apostolico filios: & fratres illos appellas: quos Pōtifex ita uocat, & singulares singulariter salutat: & alloquit̄.

De bullis plumbatorũ per uicecancellariũ frangendis. Cap. III.

Vicecancellarius: ut primũ Pontifex expirauit, bullas: quibus literę Apostolicę signari consueuerũt: a plumbatoribus accipit, & partę illam in qua literę cũ nomine Pōtificis inscriptę sunt publice: & corã pluribus p̄ ipsos plumbatores frangit, & ad signādum omnino ineptas reddit. Aliã uero partem in qua Apostolorum capita sunt sculpta lineo p̄niculo inuolutam alligatam: & sigillo suo signatam camerario tradit: & diligētissime curat ne aliquę literę signari possint post Pontificis obitum.

Officium missę Apostolica sede uacante. Introitus.

Suscitabo mihi sacerdotę fidelę: qui iuxta cor meũ: & animã meã fuerit: & edificabo ei domũ fidelem, & ambulabit corã Christo meo cunctis diebus. uerf. ut sedeat cum principibus: & glorię solium teneat. Dñi enim sunt Cardines terrę: & posuit super eos orbę. Gloria patri. Sicut erat &c.

Oratio.

Supplici Dñe humilitate deposcimus: ut Sacrosanctę Romanę Ecclesię concedat Pontificę illum tua imensa pietas: qui & p̄io in nos studio semper tibi placitus: & tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriã tuĩ nominis uenerandus Per Dominum nostrum &c.

Lectio Epistolę beati Pauli Apostoli ad Hebręos.

Fratres ad eam ad thronũ gratię eius: ut misericordiã p̄sequamur, & gratiã inueniamus in auxilio opportuno. Omnis nãq; Pōtifex ex hoibus assumptus p̄ hominibus cōstituit̄ in his, quę sunt ad Deũ: ut offerat dona & sacrificia p̄ peccatis: qui cōdolere possit his, qui ignorant, & errat: qm̄ & ipse circundatus est infirmitate. Et propterea debet: & quemadmodum pro populo, ita & p̄ semetipso offerre pro peccatis. Nec quisq; sumit sibi honorę nisi qui uocatur a Deo tãq; Aaron. Sicutq; Christus nō semetipm̄

## LIBER PRIMVS LXVIII

clarificauit: ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Ego hodie genui te, quemadmodum & in alio loco dicit. Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suę preces, supplicatiõesq; ad eum: qui possit eum saluum facere a morte cum clamore ualido: & lachrymis offerens exauditus est pro sui reuerentia. G. R. Pontifex sacerdos magnus inter fratres suos: super cuius caput fustum ę unctionis oleum: & cuius manus in sacerdotio consecratę sunt, uestitusq; est sanctis uestibus debuit per omnia fratribus similari. uerf. ut misericors fieret: & fidelis Pontifex ad deum: ut repropiciaret debita populi. Alleluia. uerf. Sacerdos sit Sanctus: sicut ego sum Dominus: qui sanctifico uos. Alleluia.

Tractus in septuagesima.

Erunt Filii Jacob sicut a principio, & cetus eius coram me permanebit. uerf. Et erit dux eius ex eo, & p̄iceps de medio eius producet̄. uerf. Et applicabo eum: & accedet ad me. uerf. Quis enĩ iste est: qui applicet cor suum: & appropinquet mihi ait dominus: uerf. Et eritis mihi in populũ, & ego uobis in Deum.

Euangelium. Secundum Ioannem.

In illo tēpore dixit Iesus discipulis suis. Si diligitis me mādata mea seruate: & ego rogabo patrę: & aliũ Paracletũ dabit uobis: ut maneat uobiscum in ęternum: spiritum ueritatis: quem mūdus nō potest accipere, quia non uidet eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud uos manebit, & in uobis erit. Non relinquam uos orphanos. ueniam ad uos. adhuc modicum: & mundus iam me non uidet. Vos autem uidebitis me: quia ego uiuo: & uos uiuitis.

Offertorium.

Non participant̄ sancta, donec exurgat Pōtifex i ostēsiōe: & ueritate. Secreta.

Tuę nobis Domine habundantia pietatis idulgeat: ut sacra munera: quę tibi reuerenter offerimus gratum maiestati tuę Pontificę sanctę Matris Ecclesię regimini p̄esse gaudeamus. Per. D. N. Iesum Christum.

Cōmunio.


Ueste Sancta utetur Pontifex: qui fuerit cōstitutus: & qui ingrediebatur tabernaculum testimonii: ut ministraret in sanctuario.

Oratio post cōmunionem.

Preciosi corporis: & sanguinis tui nos Domine sacramento refectos mirifica tuę gratia maiestatis de illius summi Pontificis assumptione letificet: qui & plebem tuam uirtutibus instruat, & fidelium mentes spiritualium aromatum odore perfundat. Per Christũ dñm nostrum. Amen.

SACRARVM CERIMONIA RV M  
PRAEFATIO IN SECVNDVM CERIMONIA RV M ROMANAE ECCLESIAE LIBRVM.

Maxima mihi pars operis absoluta uideri poterat, cū Romani Pontificis augustissimam nominationem: cum ritus, ac ceremonias tanta religione obseruari solitas priore libro peregi. Quin etiam Imperatoris, ac Principum excipiendi ratio addita. Diuorū nostrorum Apotheoses. celebres illę Eulogię. Sacro sanctorū Cardinalium allectio. Conciliorum usus. deducendi Pontificis solennis, ac frequens pōpa. Iusta demum Cardinalibus, ac Pontifici persoluenda Coronidem nō solum uni libro, sed toti plane operi imponebant. Quid. n. Amplius quisq; aut maius optare poterat: Sed consulendum etiam curiosis fuit: & quando multa adhuc nobis longo usu probata supererāt scitu haud indigna: nō negleximus hanc etiam partē, quę religionē ipsam præcipue tangeret: neq; solum attingeret, sed mysticas illas species in sacris obseruatās omnino referet. Agetur a nobis igitur hoc altero: qui sequitur libro, quo ritu, qua pietate in sacris Pontifex Maximus utatur. Qui dies illi peculiāres: quibus etiam diuis operetur: ut his etiam, qui ea cotidie spectāt: ac tractant: non ingrata futura sint: dum legēt. erit & illud ex ipsa lectione emolumentū, ut si quis forte spectauerit: & quædam interim obliuioni mandauerit: habeat hæc in parte unde subsidium petere possit: & omnia uelut illustri monimēto posita statim recognoscat. nam his: qui nunq̄ interfuere tanto gratiora, ac iucundiora fore arbitramur: quanto res ipsa maior, ac tota religiōis, pietatisq; nostrę sit. Legāt igitur libētē ista omnes, & cum a superioris libri lectiōe fatigatus animus fuerit: secedat ueluti in pratium hoc secundi libri: quem nos: ut reliqua ad usum, uoluptatēq; omnium primi concinnaui. neq; n. inuidimus, quod pleriq; omnes faciunt utilitatem hanc publicam mortalibus. aut soli sapere hac in re uolumus. utinam occasio nobis esset data ista maturius Edendi. sed quando hoc potissimum tempore emisimus, habeant saltem illā mihi gratiā: qui primi istęc legent: ut ornatum maiore a nobis non requirant res ipsas nuda, ac simplici oratione prodentibus. alioqui cum multa noua nostrorumq; temporum plane essent: uerbis obsoletioribus, atq; usitatis, ut ab omnibus intelligi plenius possent: utendum fuit. bene uale.



SACRARVM CERIMONIA RV M ROMANAE  
ECCLESIAE. LIBER SECVNDVS

DE PRIMA DOMINICA ADVENTVS  
DOMINI. Cap. I.

PRIMA DOMINICA DE ADVENTV

Consuevit celebrare camerarius Sanctissimi Dñi nostri Papæ, si non est Cardinalis. Si uero est Cardinalis, celebrat uicecamerarius, si est Episcopus. Qd̄ si non est Episcopus: aliquis ex primis assistentibus Papæ celebrat. quī hora competenti præueniens ad capellam accipit Pontificalia paramēta coloris uiolacei, & mitrā simplicem: Diacono, & Subdiacono plane tasplicatas antepectus habentibus sermonem facit Procurator ordinis prædicatorum.

Ordo seruandus quando cantatur missa ordinaria coram Papa per Prælatum. Cap. II.

Hac die summus Pontifex in camera paramenti: q̄ Papagalli dicitur, induitur amictu, alba, cingulo, stola, pluuiāli rubro simplici, & mitra nō auri phrygiata per seniores diaconos Cardiales duos sibi assistētes, & duos Subdiaconos: qui debent stare quasi retro Pontificem acoluthis minī



strantibus paramenta: & oram siue extremitatem albę ad terram aptantibus, Diaconi Cardinales: postq̄ mitram imposuerunt Pontifici, faciunt ei reuerentiam, osculantes eius manum dextrā sub antiphrygio pluuialis illis protensam: & mox simbrię pluuialis anteriores dantur per clericū ceremoniarum deferendę alicui protonotario, qui procedit ad sinistrā Pontificis aliquantulum ante, cauda uero pluuialis datur ferenda alicui magno nobili, uel oratori laico. Tum Pontifex hoc ordine ad capellam, siue ad ecclesiam p̄cedit. Primo familiares Cardinaliū, & deinde scutiferi Papę p̄cedunt, tum procuratores principū & ordinum religiosorū, inde aduocati, & secretarii mixtim, deinde cubicularii, acoluthi, clerici camere, auditores cū magistro sacri palatii. post hos sequuntur nobiles maiores, barones, conseruatores urbis, oratores nō prelati, Senator urbis: & si qui alii principes sunt: qui nō sedeant inter Cardinales. Tum subdiaconi apostolici quorū unus portat Crucē Papalē, & duo magistri hostiarii iūctim cum eis procedunt. Inde si quis adest princeps: qui stet in sede Cardinaliū, Deinde Diaconi, p̄sbyteri, Ep̄i, Cardinales, Demū duo antiquiores Cardinales Diaconi assistentes, siue medium hātes Pontificem. post quem sequuntur duo cubicularii secreti cū auditore: qui seruit de mitra inter eos, Deinde secretarius, si nō est p̄latus cū medico, demū Ep̄i assistentes Papę, Oratores, p̄lati, Archiep̄i, Ep̄i, protonotarii, abbates, generales ordinum, & reliqui togati. Et hic ordo semper seruat: quā Papa exit ad capellam nō p̄fessionaliter, siue ad uesperas, siue ad missam cū pluuiali & mitra. Papa igitur cū Cruce, & Cardinalibus uenit ad capellam, & ante altare procūbit super faldistoriū: ubi detracta mitra per Diaconū sibi a sinistris assistentem: orat. p̄latus autē celebraturus: ut primū uidet Pontificem uenientem deposita mitra surgit & Pontifici procūbenti apud faldistorium facit p̄fundam reuerentiā caput inclinando, deinde dum Pontifex orat, uadit de tecto capite retro ad sinistrā Pontificis sequentibus Diacono, & Subdiacono. Quo surgente ab orōne remouetur faldistoriū: & scabellum p̄ clericos capelle: uel si absunt, p̄ ceremonarios. Prelatus autē accedens facit cū eo cōfessionem Pontifice inchoante. Dicto per Pontificē indulgentiam &c. prelatus retrahit se, & a Subdiacono manipulus illi imponitur: cum quo & Diacono dicit: Deus tu cōuersus &c. usq; ad finem, & ibi remanet quousq; Pontifex discedat. tūc ascēdit ad altare dicēs. Aufer &c. Et apud altare dicit. Oramus te Dñe &c. Et cum dicit. Quorū reliq; hic sunt osculatur altare in medio. deinde librū missalem in cornu Euangelii p̄ Subdiaconum sibi porrectū & ibidem in medio altaris expectat quousq; thuribulum p̄ Diaconum sibi ministretur. Pontifex uero cū duobus Cardinalibus sibi assistentibus cōfessionem perficit, Deinde accepta mitra ascēdit ad solium, sedet: & fit ei reuerētia per oēs Cardinales. primo per Ep̄os, Deinde p̄sbyteros & Diaconos. Cū autē prior p̄sbyterorū Cardinaliū uenit

ad reuerentiam accedit ad Pontificem clericus ceremoniarum cum thuribulo & nauicella: qui facta per p̄sbyterum Cardinalem reuerentia porrigit illi nauiculam: & ille Pontifici dicens: Bñdicite Pater sancte, manum Pontificis deosculatus. & Papa imponit incēsum more solito dicens: Ab illo bñdicaris: i cuius honore cremaberis. In noie patris, & filii, & spiritus sancti. amen. Cerimoniarius recepta nauicula. reportat thuribulum ad altare, quod Diaconus ministrat celebranti: qui incēsat altare more consueto, Deinde incensatur ipse a Diacono in cornu Epistolę. Tum Papa cum mitra sedet. postq̄ Dñi Cardinales fecerunt reuerētia, a priore p̄sbyterorum Cardinalium in infimo gradu solii ante ipsum genuflexo incensatur. Interim ueniunt ad circulum oēs Cardinales, & incensato pontifice duo priores prelati assistentes uidelicet primus cum libro missali. alius cum candela accensa accedunt ad Pontificem, qui deposita mitra surgit & dicit Introitum, & Kyriei. cum Cardinalibus: qui mox discedunt, & uadunt ad loca sua, & Pontifex sedet si tempus dabitur quousq; dicunt orationes: celebrans uero cum primū incensatus fuerit, accedit ad faldistorium cum mitra: qua deposita stās altare uersus dicit Introitum, & Kyriei. uno ex capellanis suis librum tenente. finito a cātoribus Kyrieleison: celebrans uersus populum oibus cōsurgentibus dicit Oremus. & oratiōes consuetae quatuor, primā dicit sub sua cōclusionē. secundam. Deus qui de beatę Marię uirginis utero. Tertiam. Om̄ps sempiternę Deus i cuius manu sūt oēs potestates. Quartam. Deus oīum fidelium pastor, & rector sub sua cōclusionē: ad quas Pontifex deposita mitra: cū Dñs uobiscum dicit surgit. celebrante dicente ultimā orationē: Subdiaconus deposita planeta, accipit librum epistolarū & facta reuerentia primo sacerdoti, deinde altari & Papę comitante ceremoniario ipse sibi librum tenens dicit Epistolam oibus sedentibus: ea dicta p̄cedente ceremoniario accedit cū libro ad osculandum pedem Pontificis, & reuersus ad celebrantē reassumit planetam, & accipiens missale tenet illud ante celebrantem: qui sedens in eo legit epistolam, graduale &c. & Euangelium, Deinde sedet Subdiaconus in loco suo. similiter assistentes Papę offerunt ei librum: & legit celebrās. cum incipitur Alla, surgit Diaconus: & illi planeta extrahitur, & plicat si non est alia plicata, & sic plicata imponitur, & in humero sinistro super stolam: & fortiter cum cingulo ad hoc dato ligatur, Et tenens librū euangeliarū ambabus manibus ante pectus: facit reuerentiam primo celebranti, deinde altari, demū Papę, & solus accedens ad altare ipsum librum ponit supra illud in medio, & genuflectit. Tum surgens p̄cedente ceremoniario uadit ad Papam: & osculatur pedem eius: ceremoniario pedem Papę discoperiente. deinde reuertitur ad altare, & genuflexus dicit: Mūda cor meū &c. quo finito accipit librum ex altari ambabus māibus ante pectus tenens, uadit ad celebrantē, si superest ei tēpus. Interim uero alius cerimo



## SACRARVM CERIMONIA RV M

niarū clericus cum thuribulo, & nauicula accedit ad Pontificē, & assistēs presbyter Cardinalis simul: & imponitur incensum per Pontificem ut supra in principio missę dictum ē. Deinde ceremoniarus cum thuribulo, & nauicula redit ad celebrantem: datq; uni ex ministris thuribulū ad dextrā nauiculā ad sinistram, tum accipit duo candelabra cum candelis ardentibus de altari uel credentia, & consignat duobus ministris iunioribus celebrantis. Deinde cum tēpus fuerit, itur ad euangeliū hoc ordine. primo p̄cedit ceremoniarus alios dirigens, & instruens, tum thuriferarius cū thuribulo & nauicella, inde duo cū candelabris, deinde Subdiaconus, demū Diaconus cum libro ante pectus, ut supra, Et factis reuerentiis celebrāti, altari, & Papę uadunt ante Papam: ubi Diaconus genuflexus petit a Pontifice bñdictionem, deinde subdiaconus stans medius inter duos ceroferrarios tenet librum Euangeliarū, & Diaconus incipit Dñs uobiscum. Et nota qđ non est necessarium neq; ex antiquis cerimoniis. quod cū Diaconus petit bñdictionem assistant ei ceroferrarii. Diaconus uero cū dicit Euāgelium: nō debet uertere faciem ad altare: sed ad altaris cornu dextrū. quod in capella Papę Romę nō seruatur: quia uerteret faciē ad ipsum pōntificem. in sancto Petro autē & alibi semper seruatur. Cum autē dicit. Sequētia Sancti Euangelii &c. signat cum pollice dextro librum: deinde frontem, os, & pectus, cum rñdetur Gloria tibi Dñe incensat ter librum uidelicet in medio a dextris & sinistris. Finito Euangelio fit reuerentia altari & Papę. Diaconus & ceroferrarii reuertuntur ad celebrantē, Subdiaconus portat librum apertum osculandū Papę, & deinde reuertitur ad celebrantem. Cerimoniarius facit signum presbytero Cardinali assistenti: & accipiens thuribulum de manu thuriferarii offert illud ipsi assistenti. qui stans ante gradus incensat Pontificem sine mitra stantem, & reuertitur ad locū suum inter alios Cardinales: Papa uero sedet: & capit mitram. deinde ducitur per ceremoniarū ad pedes Pontificis: qui sermonem est habiturus. qui genuflexus, & illos deosculatus petit bñdictionem dicendo. Iube Dñe bñdicere, tunc Papa benedicit dicens. Dñs sit in corde tuo, & in labiis tuis: ut digne & fructuose annuncies uerba sua sancta. in noīe patris &c. Et benedictione accepta ille dicit indulgentias. Pater Sancte Papa concedit quinque annos, & totidē quadragenas Et ille recedens factis reuerentiis uadit ad pulpitum: ubi facit suum sermonē, quo finito expectat in pulpito & Diaconus per ceremoniarū ante gradus sedis Papę ducit, & stans alta uoce dicit. Confiteor &c. Ante cuius inchoationem surgunt oēs. sed Papa, & celebrans sunt cū mitra. Cū uero Diaconus dicit, Et tibi pater, si militer. Et te pater: debet genuflectere. Et cū dicit Mea culpa singulis uicibus manu dextra pectus percutiat. Finito confiteor. Orator pronunciat indulgentias per Pontificem concessas, & descēdit quo uult. Interim subdiaconus Apostolicus portat Crucem ante papam, & papa surgens sine

## LIBER SECVNDVS LXXI

mitra ex libro cantat. precibus & meritis &c. Misereatur. Indulgentiam &c. & dat benedictionem: ut in libro. Et cum deponitur mitra pōntifici: deponitur mitra celebranti. Et unus protonotarius accedit ad Papam cum dicit. Et benedictio Dei &c. Qui discendentibus assistentibus capit fimbriam pluuiialis, & tenet ante corpus Papę. Et nota qđ quotienscunq; papa cantat, uel legit aliquid ex libro. si tunc non celebrat primus Episcopus assistens tenet ante eum librum supra caput, & secundus Episcopus tenet candelam accensam, Diaconi uero si assistunt hinc inde tenēt manus, Si uero papa celebrat missam, siue uesperas solennes assistens Cardinalis, siue Episcopus sit, siue presbyter, tenet librum supra caput, Et primus Episcopus non Cardinalis adiuuat eum. alii ut supra. Facta benedictione, uel si sermo non sit, osculato libro, & incensato Pontifice: ut supra diximus, celebrans incipit Credo. & Cardinales uenientes ad circulum circūstant Pontificem: & cum eo credo perficiunt, Cum dicitur. Et incarnatus est. Cerimoniarius capit ex credentia bursam cum corporalibus: & eam dat Diacono: qui ambabus māibus eam accipiens usq; ad oculos eleuat, portat ad altare cum reuerentiis solitis: ubi extractis hinc inde corporalibus explicat super altare: bursam uero ad locum minus impeditum ponit. Deinde reuertitur ad locum suum. Finito credo surgit celebrans sine mitra, & uersus ad populum dicit. Dominus uobiscū, Deinde uersus altare. Oramus: & legit Offertorium. tum sedet. imponitur ei mitra: extrahunturq; chirothecę a ministris, & unus ex scutiferis portat aquam: qui primo facit reuerentiam Papę, Deinde altari, tum celebrant cui dat aquam manibus, ministri tenent mappam. Interim assistens celebrantis ducitur per ceremoniarum cum missali, & cussino ante pectus ad altare cum reuerentiis solitis: ubi ponit librum in loco Euangelii super cussinum: & inuēit, quę sunt dicenda, Deinde ad partem in cornu dextro expectat celebrantem, Interim etiam paratus Subdiaconus ante credentiam cum uelo circa collum, & inde accipit Calicem cum patena, hostia, & palla: & cooperitur cum uelo, & accedit ad cornu sinistrum altaris uidelicet Epistolę. Et post eum unus ex capellanis celebrantis ampullas uini, & aquę manibus portans, Celebrans autem lotis, & exterfis manibus ascēdit ad altare deducente Diacono. & cum uertit se: uel trāsit ante Papam, extrahitur ei mitra: & facit reuerentiam Pontifici: Deinde uadit ad mediū altaris: & Diaconus stans a dextris eius accipit Calicem de manu Subdiaconi, & ponit ipsum super altare, Deinde accipit patenam cum Hostia: & illam dat celebrāti: qui eam offert cum orationibus consuetis assistente capellano suo in libro omnia demonstrāte. Interim Diaconus erigit calicem, & accipit ampullam uini de manu Subdiaconi & ponit uinum in calice. Nam Subdiaconus postq̄ deposuit calicem: uertit se ad illum: qui portauit post eum ampullas, & ex eius manibus primo accipit ampullam uini, & eam:



## SACRARVM CERIMONIA RV M

ut dixi dat Diacono, Deinde accipit ampullam aque: & uersus ad pontificem porrigit aquam benedicendam: quam postq̄ fuerit per pontificem benedicta, ipse Subdiaconus infundit in calicem, deinde reddit illi: a quo eam acceperat. Et Diaconus dat calicem celebranti: offerunt simul cum oratiõibus &c. Subdiacono uero imponitur in dextra manu patena. quã cooperit: & uadit ante medium altaris in loco cõuenienti. Interim uero ceremoniarus cum thuribulo & nauicula uadit ad Pontificem: & assistente presbytero Cardinali ministrante Impõitur incensum ut supra. Deinde reuertitur ad altare, & dat thuribulũ Diacono, & ille celebranti: qui suo tpe incensat oblata primũ, deinde altare. postea acceptamitra in cornu epistolę incensat ipse Diacono, Tum lauat manus, & deposit a mitra reuersus ad medium altaris prosequit missam prout in ordinario. Diaconus uero celebrante incensato: cum thuribulo accedit ante Pontificem, quẽ incenset Cardinalis assistens, tum per Diaconũ incensatur ipse Cardinalis, Deinde alii duo Cardinales assistentes, postea alii more consueto. Interim celebrans procedit in missa suo ordine. Cum peruertum est ad pfationem: & incipit Per oia secula &c. ponit manus super altare, & Papa surgit cum mitra, & alii oēs surgunt, & presbyter Cardinalis assistens Papæ recedit a scabello, & uadit ad locum suum, & ammouet scabellum: quia amplius illuc ad sedendum nõ reuertitur. Celebrans cum dicit Sursum corda: eleuat manus aliquatulum de altari: tum dicit. Gratias agamus, sup uerbo Dño eleuat altius manus, & iungit ante oculos, deinde extensas eas tenet usq; in finem cũ est circa medium pfatiõis: Cardinales incipiunt uenire ad circulum ante Pontificem, & finita pfatione dicunt. Sanctus cũ Papa stante sine mitra, deinde discedunt suo ordine ad loca sua, & Papa reassumit mitrã. Dũ dicitur Sanctus: clerici capelle incedunt quatuor intorticia, & per ceremoniarũ dantur quatuor capellanis celebrantis, & ducuntur inferius ante altare: ita ut mediũ inter se habeant Subdiaconũ patenam tenentem: sitq; inter eos & altare cõpetens distãtia: ut ibi possit stare Papa cum suis assistentibus, & ministris. Papa aut cum celebrans dicit. hãc igitur oblatione: cum mitra descendit ad faldistorium ante altare: ubi deponitur illi mitra. Cerimoniarus uero incensat sacramentum: dum eleuatur: genuflexus ad celebrantis dextram. Et facta eleuatiõe reponitur Papæ mitra, qui ad sedẽ suam reuertitur: ubi iterum sibi mitra deponitur, & sine ea stat usq; post factam cõionem corporis & sanguinis Dñi: tunc ei reponitur. Cum autem dicitur. Pater noster circa finem Subdiaconus reuertitur ad altare, & dat patenam Diacono: qui eam dat celebranti. eodem tempore ueniunt Cardinales ad circulum ad dicendum. Agnus Dei cum Papa: quo dicto discedunt, & presbyter Cardinalis assistens de circulo accedit ad altare, & pacem a celebrante accipit. Assistens uero celebrantis dicto Agnus cum celebrante dimittit librum in manu Diaconi ministrãtis, & factis reuerentiis

## LIBER SECVNDVS LXXII

altari, & Papæ uenit ad cornu sinistrum altaris: & ibi expectat. Subdiaconus uero ministrans uadit ad dextrum latus celebrantis. presbyter uero Cardinalis assistens uadit ad Pontificem, & ei dat osculum pacis dicens. Pax tecum, deinde reuertitur ad locum suum. Et Diaconi Cardinales assistentes primo a dextris, deinde alter a sinistris Papæ cum debitis reuerentiis accipiunt pacem a Papa: qui dicit. Pax tecum: & illi respõdent. Et cũ spiritu tuo. Interim assistens celebrantis ductus ad priorem presbyterorũ assistentium ab eo accipit pacem: quam primo dat aliis Cardinalibus. Et deinde datur pax omnibus in capella more consueto. Celebrans autem ut sumpsit sacramentum: purificatur Subdiacono ampullas uini & aque ministrante. Diaconus librum reportat ad cornu Epistolę, Subdiaconus uero accipit calicem. mũdat, & aptat cũ patena & purificatorio. plicat corporalia: ponit in bursa: imponit supra calicem, & omnia simul portat ad credentiam. postmodum reuertitur ad celebrantem. Celebrans facta purificatione accipit mitram. lauat manus, & extergit. deponitur mitra, & ea amplius: si Papa præsens est: non utitur. Legit cõmunionem: tum in medio altaris uertit se ad populum, & dicit Dominus uobiscũ. Deinde ad altare in cornu Epistolę. Oremus & orationes. Quibus finitis in medio altaris uertit se ad populũ, & replicat Dominus uobiscum. Et ad altare rursum reuertitur. Quo dicto Diaconus uersus ad altare dicit. Benedicamus Domino. Cantores respondent. Deo gratias. celebrans inclinato capite ante Crucem. Placeat tibi &c. Quo finito retrahit se ad cornu Epistolę, & faciem uertit ad Pontificem. Interim Subdiaconus Apostolicus portat Crucem ante Papam: qui stans dat benedictionem dicens: Sit nomen Domini &c. more consueto uno ex protonotariis auriphrygium ad sinistram tenente, Data benedictione per Pontificem celebrans uertit se ad altare dicens. Dominus uobiscum. Initium sancti euangelii secundum Ioãnem. In principio erat uerbum &c. Reuertitur ad faldistoriũ, deponit omnia paramenta dicit Orationes trium puerorum &c. & redit in pace.

De prima Dñica aduentus Papa absente. Cap.

Cum autem in absentia Pontificis Cardinales huius diei officio intererũt celebraturus prelatus: de quo supra diximus: accipit omnia paramenta. & sic paratus Cardinales expectat, post quorũ aduentum ceremoniarus accedit ad ipsos Cardinales petens ab eis licentiam pro officio inchoando nomine celebrãtis. Qua habita celebraturus cum mitra accedit ante superioris gradus altaris facta prius Cardinalibus reuerentia caput profunde inclinando: & tunc cardinales ei assurgere debent, ille uero deposita mitra facit Altari similiter reuerentiam, & cum Diacono ac Subdiacono genuflexus dicit confessionẽ more cõsuetõ. Cãtores interim dicunt Introitum & Kyrieleison. Finita cõfessiõe celebrans ascẽdit ad medium altaris: osculatur illud, deinde librum euãgeliorum, Tum ministrãte Dia



## SACRARVM CERIMONIA RV M

cono nauiculam: & cerimoniario thuribulum. Imponit incensum, incensatur altare: deinde incensatur ipse cum mitra. tum reuertitur ad faldistorium: ubi deposita mitra dicit Introitum & Kyrieleison. quo finito deposita mitra surgit: & conuersus ad populum dicit. Dominus uobiscum. Deinde ad altare Oremus: & orationes: & alia ut supra per totum usque ad finem Epistolæ. Qua finita Subdiaconus librum clausum ante pectus tenens uadit ad celebrantem: coram quo genuflexus ponit librum in eius gremio, & manum illius osculatur: quem librum cerimoniarius ab eo recipiens ponit ad locum suum: deinde surgit Subdiaconus, & tenet missale celebranti ut supra. Cum dicitur Alleluia: & Diaconus librum euangeliorum super altari posuerit: Cerimoniarius cum thuribulo, & nauicula uadit ad celebrantem in faldistorio sedentem. ubi ministrante Diacono celebrans imponit incensum ac signat ut supra. Cerimoniarius tunc dat uni ex ministris thuribulum quod dextra: & nauiculam quam sinistra manu preferat. & duo candelabra cum luminaribus aliis duobus: Diaconus uero interim ad altare accedens genuflexus dicit, Munda cor meum. Tum capiens ex altari Librum Euangeliorum, & ante pectus illum tenens: ad celebrantem in faldistorio sedentem reuertitur, & genuflexus coram eo dicit. Iube Domine benedicere. & benedictione recepta procedit ad lectionem Euangelii ordine supradicto. Finito Euangelio factis reuerentiis reuertuntur omnes ad celebrantem, & Subdiaconus portat ad osculandum librum Euangeliorum apertum celebranti: qui mox per Diaconum incensatur: quo facto Oraturus adducitur ad celebrantem. Et si Episcopus uel abbas sit capite tantum inclinatus, Si uero inferior genuflexus coram celebrante dicit. Iube Domine benedicere. Et benedictione accepta petit indulgentias populo publicandas, & celebrans committit ei publicationem indulgentiarum a Papa concessarum. uadit deinde oraturus ad locum consuetum, & facit sermonem ut supra. Finito sermone statim pronunciat indulgentias nomine consueto. Tunc celebrans deposita mitra uersa facie ad altare dicit Credo, & alia ut supra dictum est. Finito Offertorio sedet celebrans. deponuntur ei annuli & chirothecæ, lauat manus, surgit deinde, & cum mitra ascendit gradus altaris: unde facta reuerentia Cardinalibus procedit ad medium altaris: ubi deponitur ei mitra, & alia facit ut supra. Cerimoniarius thuribulum & nauicellam suo tempore affert, & ministrante Diacono celebranti imponit incensum benedicens & incensans: ut supra. deinde incensatur ipse celebrans, & successiue Cardinales & alii ordine suo, continuatur missa ut supra. Dicto agnus dei assistens celebrantis cum suo libro in manibus diaconi uenit ad manum dextram celebrantis, & ibi ante altare genuflectit. surgit. osculatur altare, & pacem a celebrante accipit: quam postmodum primo Episcopo, primo presbytero, & primo diacono Cardinalibus, & successiue aliis: & cum uiderit celebrantem purificationem sumpsisse

## LIBER SECVNDVS LXXIII

dat pacem Cerimoniario qui perficit cursum suum, & alia sunt: ut supra. dicto Benedicamus &c. celebrans complet Placeat &c. Et imponitur ei mitra. Stans in medio altaris: & uersa facie ad ipsum altare: & manus ante pectus iunctas habens dicit. Sit nomen Domini Benedictum. Et cum dicit. Sit nomen Domini: cum pollice, & indice simul iunctis dextræ manus facit sibi signum Crucis in pectore: sinistram uero tenet supra stomachum suum cum dicit Benedictum iungit manus ante pectus. Deinde cum dicit. Adiutorium nostrum in nomine domini: cum manu aperta signat se signo Crucis incipiens a capite. deinde sub umbilico. Tum a sinistro, deinde a dextro humero se tangens manum sinistram: ut supra tenens. Postea dicit Benedicat uos omnipotens Deus. & cum dicit Deus iungit manus: & cum dicit Pater: uertit se ad manum dextram signum Sanctæ Crucis faciens. Deinde uersus ad medium dicit. Et filius. Et iterum signat. Tandem in fine sic nihilominus signas tertio dicit. Et Spiritus Sanctus. Et circulum perficiens ad altare se uertens dicit. Dominus uobiscum. Initium Sancti Euangelii: &c. Et facta Reuerentia Cruci, deinde Cardinalibus cum mitra ad faldistorium reuertitur dicendo Euangelium Sancti Ioannis: & alia, quæ sunt dicenda. Ibiq; exiit &c. ut supra.

### De Missa Papali in Dominicis aduentus. Cap.

Si autem summus Pontifex hac uel aliis Dominicis in aduentu uoluerit soleniter celebrare: parabitur in camera paramenti: ut supra diximus: & descendet ad Ecclesiam siue capellam. Cardinales autem: & alii prelati erunt cum suis cappis laneis: & facta oratione more solito ante altare accedet ad sedem: ubi consuevit accipere paramenta: sedet: & fit reuerentia a Cardinalibus tantum cum suis cappis laneis. Interim Subdiaconus Epistolam dicturus paramenta sibi conuenientia preter manipulum: & planetam, quæ capit postea cum Papa intrat ad altare, & acoluthi, atque alii officiales: qui utuntur superpellicis supra rochetum dimittunt cappas: & capiunt superpellicia. deinde Pontifex incipit Deus in adiutorium meum intende pro tertia stans sine mitra: & sedet cum incipitur psalmus: & accipit sandalia: & legit psalmos: & orationes consuetas: & in fine carat orationem pro tertia presbytero Cardinali qui ei assistere debet librum supra caput cum sua cappa lanea tenente. paulo ante duo Diaconi assistentes: & Diaconus cantaturus Euangelium uadunt ad capiendum ornamenta uel delictet planetas ante pectus plicatas uiolacei coloris: & alia consueta. Diaconus tamen cantaturus Euangelium accipit amictum, albam, cingulum, & stolam: & ita uadit ad parandum Pontificem: quo sacris uestibus induto ipse: & subdiaconus Epistolæ capiunt planetas: & manipulos: & interim duo alii diaconi uel in defectu eorum duo ultimi presbyteri assistunt Pontifici cum suis cappis. finita tertia tres diaconi parati reuertuntur ad Pontificem: qui lauat manus ministrante presbytero Cardinali adhuc eum cappa lanea, deponit



## SACRARVM CERIMONIARVM

mitram pluuiiale: & stola: & accipit paramenta more consueto, & tunc omnes Cardinales, prelati: & officiales capiunt paramenta sibi competentia: & in omnibus, ac per omnia seruantur cōsuetę cerimonie: ut plenus dicemus infra in Natiuitate Dñi nostri, excepto quod illi assistit p capellano prior presbyterorum Cardinalium: & nō prior Episcoporum: qui prior presbyterorum & nunc: & quotiens seruit pro assistente tā in uesperis, q̄ in missa induitur pluuiali: & non planeta, & sedet in loco assistentis, & in uesperis cantat tertiam antiphonam: ut assistens, sub prior uero presbyterorum ministrat uinum ad purificationem manus post cōmunionē, & cantat quartam antiphonam in uesperis, alia omnia: ut in Natiuitate.

De secunda Dominica aduentus. Cap.

Secūda Dñica aduentus cōsueuit celebrare unus ex Ep̄s assistētib; Papę eo ordine prout supra Dñica dictum est: & similiter dicuntur quatuor orationes: ut supra. Sermonem facit procurator Ordinis minorum.

De tertia Dominica aduentus. Cap.

Tertia Dñica aduentus Dñi: quia cātatur Introitus Gaudete domino semper: celebrare cōsueuit presbyter Cardinalis cum paramentis uiolaceis: & mitra auriphrygiata. Diaconus: & subdiaconus utitur dalmatica: & tunicella. dicuntur quatuor orationes, prout in prima Dñica: & Dñs uobiscum, non Pax uobis, ante primam orationem. omnia alia dicuntur: & fiunt prout supra in prima Dominica dictum est. Sermonem facit procurator ordinis Eremitarum. In hac die consueuerunt antiqui Pontifices celebrare, erant Uesperę Papales precedentes: & potus in aula.

De quarta Dominica aduentus. Cap.

Quarta Dominica aduentus celebrare consueuit unus ex Episcopis assistentibus Papę cum paramentis uiolaceis. dicuntur quatuor orationes. ministri utuntur planetis plicatis ante pectus, & omnia alia fiunt prout supra in prima Dominica dictum est. Sermonem facit procurator ordinis beatę Marię de monte Carmello.

De Vigilia Natiuitatis Christi.

Si uero Vigilia Natiuitatis Christi i Dñica uenerit: celebrat unus ex assistētib; Papę: ut supra in paramētis uiolaceis. ministri utuntur tunicella: & dalmatica. Cardinales non debēt facere reuerētiā Pōtifici: quia in Uesperis illam sunt facturi. Dicuntur quatuor orationes prima de Vigilia sub sua cōlusione. Secūda de Dñica. Tertia contra paganos. Quarta pro Pontifice, p̄fatio dicitur de aduentu: & nō fit sermo.

De Uesperis Vigilię Natiuitatis Christi  
Pōtifice in crastinum celebraturo.

In Vigilia Natiuitatis Dñi nr̄i Iesu Christi, Si Sāctissimus Dñs nr̄i in crastinū ē celebraturus, uesp̄e fiūt solēnes hoc ordine. Pōtifer idutus i ca-

## LIBER SECVNDVS LXXIII

mera paramēti, quę papagalli dicitur: amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali albo, & mitra p̄ciosa procedit ad Ecclesiā ordine cōsuetō, subdiaconis, auditoribus, clericis camerę: & acoluthis in superpelliciis amictibus quod tñ fit pro eorum cōmodo: & euitādo seruitorū nimio strepitu, ne habeant in capella se exuere cappis: & superpelliciis induere. nō quod ordo sic iubeat: quia cum aliis prelatis se uestire deberent. Cardinales autem: & prelati alii in cappis precedunt: cum peruenerint ad altare: Pōtifer detracta mitra in falditorio ante altare sibi p̄parato accumbit: & orat. surgit deinde: & accepta mitra uadit ad folium. Interim prelati omnes exceptis Cardinalibus se induunt pluuialibus, & alba mitra. uidelicet Archiepi, Episcopi: & Abbates. protonotarii autē cum cappis suis permanent. cum sedit Pontifex: Cardinales accedunt ad reuerentiam. ultimi duo Cardinales siue sint presbyteri, siue Cardinales Diaconi: cum exhibuerint reuerentiā: assistunt Pontifici a dextris: & a sinistris. & Diacones: qui assistebant discedunt: & induunt se paramētis: & tunc ēt omnes alii Cardinales exceptis illis duobus: qui Papę assistunt: paramentis se induunt uidelicet Episcopi pluuialibus, p̄sbyteri planetis, Diaconi dalmaticis: & prius amictu oēs induuntur: & etiam superpelliciis, quibus placet. Diacones uero duo p̄fati: cum primū induti sunt: reuertuntur ad Pōtiferem: & illi qui remanserant uadunt ad loca sua: & cōuenientibus sibi indumētis induuntur. Postq̄ Cardinales oēs induti fuerint, surgit Pōtifer: & detracta mitra uersus ad altare dicit secrete. Pater noster. Deinde seipsum signans alte dicit. Deus in adiutorium meum intēde. Finito Gloria patri a cantoribus. Subdiaconus cātaturus postero die Epistolā stans ante Pontificē ante gradus inferiores sedis Pōtificialis facta prius ei reuerentia p̄intonat submissa uoce Papę antiphonam: & ea p̄intonata expectat stās quousq; Papa antiphonam ipsam intonauerit. Tūc accedunt duo Episcopi assistētes cum libro: & lumine. & prior Episcoporum Cardinaliū ēt assistēs accipit librū: & capite suo ipsum tenens Pontifici apponit iuuante eum seniore ex duobus Episcopis assistentibus: & iuniore candelam ardentem tenente: Pontifex incipit antiphonam: quam cantores prosequuntur usq; ad finem. Qua per Pontificem intonata subdiaconus cum cerimoniaro facit reuerentiam Papę: & ad sua loca reuertuntur. Idem seruatur in intonatione aliarum antiphonarum, & etiam in intonatione hymni. Incepto psalmo Pōtifer sedet: & accipit mitram, similiter alii oēs. Episcopus Cardinalis assistens sedet in cathedra nuda inter Diaconū a dextris Papę: & sedē Cardinalium sibi parata uersa facie ad altare: si loci dispositio patiatur: sin uero locus non esset capax: ad sinistram locatur: ut sit in capella palatii: & si locus esset nimis angustus: ut aliquādo euenit in quibusdam Ecclesiis: sedet i suo ordine cū aliis Cardinalibus siue Ep̄s sit, siue p̄sbyter Cardinalis. Cātato psalmo: & iterata antiphona subdiaconus surgit: & diacono assistēti



a dextris Papę preintonat secundum antiphoniam plane: quam Diaconus ipse surgens deposita mitra intonat alte: & cantores prosequuntur: ut prius, & dum unus ex Cardinalibus assistentibus Papę surgit, semper etiam alii Cardinales assistentes: & Episcopi assistentes, similiter faciunt alii Cardinales: dum unus eorum surgit, surgunt & alii omnes, & etiam omnes prelati: qui sunt in capella surgunt semper surgentibus Cardinalibus aliis non autem surgentibus Cardinalibus assistentibus tantum. Tertiam antiphonam similiter subdiaconus preintonat priori Episcoporum Cardinalium ibidem assistenti. Quartam priori presbyterorum Cardinalium, & quintam Diacono Cardinali assistenti a sinistris Pontificis reiterata a cantoribus post finem coniuncti psalmi. Quinta antiphona: subdiaconus exhibita prius reuerentia altari: & Papę stans in loco: ubi legitur Epistola uersa facie ad altare ita tamen quod non uertat renes ad Papam cantat capitulum. Interim surgit Pontifex: & stat cum mitra, alii uero omnes stat sine mitra. Cantato capitulo unus auditorum rote modo predicto Papę preintonat hymnum tunc Pontifex mitra deposita ex libro sibi oblato: ut supra alte incipit hymnum: quem cantores prosequuntur: & Pontifex sic ad finem hymni stat sine mitra, cantatur deinde a cantoribus uersiculus: & inde subdiaconus stans coram Pontifice preintonat ei antiphonam ad Magnificat: quam Pontifex stans sine mitra ex libro alte intonat: & cantores prosequuntur. Interim sedet Pontifex: & accipit mitram: & accedit acoluthus cum thuribulo: & nauicella: quam dat Episcopo Cardinali assistenti: qui eam offert Pontifici dicens Benedicite Pater sancte, & supposito per acoluthum thuribulo Pontifex imponit incensum: reasumit deinde nauiculam acoluthus: & accedit ad cornu sinistrum altaris: & ibidem expectat Pontificem. Interim duo auditores accedunt ad altare, & hinc inde eleuant iteriore partem superioris tobaleam altaris: & plicat usque ad medium, uel circa: cum incipit Magnificat: surgit Pontifex: & cum mitra descendit ad altare: quem sequuntur Cardinales ipsi assistentes, auditor mitra seruiens: & cubicularii secreti, alii auditores eleuant fimbriam Pontifici ante pedes, cum ascendit gradus altaris: & idem faciunt quando ad solium reuertitur. Si autem duo tantum auditores interessent eleuata tobalea altaris ueniunt ad Pontificem: & ei fimbrias eleuant. Cum Pontifex peruenit ad altare: extrahitur ei mitra: osculatur altare in medio, & acoluthus thuribulum Episcopo Cardinali assistenti offert. Episcopus uero Cardinalis Pontifici, tunc Pontifex incensat altare more solito, post incensationem altaris Pontifex recepta mitra facit reuerentiam altari: & reuertitur ad solium duobus auditoribus fimbrias, ut prius tenentibus, alii duo auditores Tobaleam altaris: ut prius erat, explicant, uel si tantum duo sint auditores explicent Tobaleam: antequam fimbrias pontificis teneant, pontificem deinde cum mitra in solio stantem Episcopus Cardinalis assistens stans ante in finem gradum solii recepto ex manibus acoluthi thuribulo incensat ter thu-

ribulum ducendo, qui incensatus deponit mitram, & detecto capite stat usque ad finem Magnificat. Inde subdiaconus accepto thuribulo incensat Episcopum, demum Episcopum Cardinalem assistentem stantem ante cathedram suam, & successiue alios duos assistentes, deinde reliquos Cardinales, postea prelatos omnes paratos, postmodum omnes ordine suo: ut in missa, cantato Magnificat sedet Papa: imponitur ei mitra: & cantatur Antiphona. Accedunt deinde duo acoluthi cum duobus candelabris: & luminariis ad gradum solii: inter quos stat medius cerimonarius: & Pontifex stans detracta mitra dicit, Dominus uobiscum. Et cantoribus responsionem: Et cum spiritu tuo, offertur ei liber: ut supra. Pontifex dicit orationem, & eo demum replicante Dominus uobiscum duo acoluthi candelabris: & cerimonario factis reuerentiis redeunt ad altare, inde dicto Benedicamus a cantoribus ipse Pontifex dat benedictionem uno protonotario auri phrygium tenente more solito: qua data descendit de folio, genuflectit in faldistorio ante altare cum mitra orat, deinde surgens redit ad cameram.

De publica computatione, siue collatione, potus in aula a priscis uocitatus. Cap.

Si Sollemnis collatio, prout aliquando Pontifices consueuerunt facere, fieri debet: in prima aula palatii parantur omnia ad instar publici cōfistorii, paratur credentia magna eminens duodecim uel circiter gradus habens pro uasis aureis, chrySTALLINIS: & argenteis desuper ponendis ad magnificentiam tantum, credentia huiusmodi erit altitudinis a terra usque ad eius planum siue mensam palmorum septem, uel circa, mensa eius erit longitudinis palmorum, xxii, & latitudinis septem, uel circa, & desuper gradus: ut diximus: qui satis sint pro uasis supradictis, que suo ordine locentur. In secunda uero aula parantur due credentie: una parua pro Sanctissimo Domino nostro: & alia longior pro Reuerendissimis Dominis Cardinalibus: ubi constituantur uina, confectioes, aqua, confecterie matilia, mappę Scyphi, phialę, & alia pocula, uasaque aurea, siue argentea opportuna in competenti numero: & quantitate. Magister domus Apostolici palatii prouidebit in tempore de uino diuersi generis, confectioibus diuersarum specierum uexillulis longitudinis unius palmi cum insignibus Papę: & Cardinalium in confecteriis ponendis. Et centum intorticiis pro collatione: & matutinis. In uigilia igitur Natiuitatis Christi, Si uesperę in capella palatii celebratę sunt: Pontifex finitis uesperis in sede solii sui deponit mitram: & pluuiam, & imponitur ei cappa de carmascino. Interim etiam omnes Cardinales intus: prelati uero: & alii omnes extra cancellos capelle paramenta: & super pellicia deponunt: & cappas accipiunt. Pontifex uenit ad aulam: ubi collationem est facturus Cruce precedente. Si uero uesperę huiusmodi in basilica Sancti Petri sunt celebratę: illis finitis Pontifex reuertetur ordine consueto ad cameram papam.



## SACRARVM CERIMONIA RV M

galli ubi depositis pluuiali: & mitra accipit cappam: ut supra. Cardinales uero, prelati: & alii omnes: qui sua paramēta, & ornāmēta in basilica prædicta post uesperas deposuisse debent, & cappas accepisse, ponuntur in dicta camera Papagalli: & expectant, qui cum Papa uenit ad aulam prædictam Cardinalibus subsequētib; sine Cruce tamē: manebūt usquequo collationem per fecerit. Pontifice igitur sedente nobilissimus totius curiē etiam si Rex, aut Imperator sit: ducetur ad credentiam Papæ ad dādā aquam hoc ordine. duo seruientes armorum præcedent, magister ceremoniarum in suo habitu, magister domus baculum ferens mantello indutus, auditor sine mantili. Auditor mantile portans cum sua cappa lanca. deinde aquam ferens medius inter magistrum sacri hospitii: & seneschallum secretum, Papa manus lauante Diaconi assistentes adiuuant: & omnes Cardinales surgunt, alii omnes genuflectunt. Dum Papa lauat, Cerimoniarius acceptis aliis duobus seruiētib; armorum uocat alium post prædictum nobiliorem: qui portabit primum ferculum, quē ducit ad credentiam Papæ: deinde cum ferculo ad Pontificem hoc ordine. duo seruiētes armorum, ceremoniarius, magister domus: qui expectat ad gradus folii, auditor sine mantili, auditor cum mantili, scalcus secretus. deinde ferens ferculum solus, similiter ibit solus. postea qui potum portat. Omnes hi excepto magistro domus ascendunt ad Pontificem: & Cardinales assistentes extendunt ante Pontificē tobaleam: quam auditores hinc: & inde genuflexi tenent. deinde assistens a dextris dat ad prægustandum ex ferculo lateri, & ambo assistentes detectis capitibus stantes apponunt manum ad confecteriā, ex qua Pontifex cibum sumit. & exinde descendunt omnes: qui uenerant: & ascendunt alii cum primo potu: quem deducunt magister hospitii: & Cardinales assistentes. similiter aliam tobaleam de manibus auditoris secundo uenientis accipientes illam extendunt ante Pontificem: quam auditores tenent: ut supra. deinde facta per portantem uinum credentia in uase, quod ad partem portat, & per alium scutiferum Papæ aquam portantem simpliciter de aqua, Cardinales assistentes iuuuant miscentem aquam uino Papæ. recepto potu per Pontificem descendunt isti: & ascēdunt alii. & hic ordo usq; ad finem collationis seruat: scalcus secretus: & magister hospitii uicissim comitantur cibos: & pocula, quæ portantur per nobiliores pceres, siue oratores presentes clerico ceremoniar; ordināte: & secrete deducēte: & icipiēte a nobiliori et si eēt Rex, aut Imperator. Solent quatuor spēs cōfectionū haberi: & quater uinū ad potū ministrari. Descēdēte a Pōtifice illo: qui ultimū potū dedit, descendunt etiā Cardinales assistentes, & ad sua loca uadunt. Tunc unus ex cubiculariis Papæ præcedente alio cubiculario: & ceremoniario portat mappā logā mūdā ante priorē Cardinalem: cuius unū caput ipse ibidē tenet: aliud capit secundus cubicularius, & illud extendit usq; ad ultimū Cardinālē

## LIBER SECVNDVS

LXXVI

ubi illud tenet. Quod si forte una mappa tam longa nō sit: portētur alię, quę sufficiant: ita tamen quod pro qualibet sint duo cubicularii: qui eam per capita: ut supra teneāt, tum præcedēte scalco Papæ cubicularii in suo habitu singuli habentes mappulas breues in humeris ipsum sequuntur portantes unusquisq; unā cōfecteriā discopertā confectionibus plenam: & in qualibet confecteria sit unum uexillulum ab una parte habēs insignia Pōtificis: & ab alia illius Cardinalis: cui defertur. primus cubicularius portet confecteriā priori Cardinalium. Secundus alteri seniori Cardinali: & sic de aliis. Primum cubiculariū sequuntur duo scutiferi prioris Cardinalium: primus mappulam habēs in humeris: & poculū uini in dextra manu, secundus uas cum aqua sine mappula. Secundū cubiculariū sequuntur duo scutiferi secundi Cardinalis similiter uinum, & aquam portatēs: ut primi: & sic de singulis. quatuor etiam uicibus quatuor species confectionum: & uinum prout Pontifici: & Cardinalibus portant. Finita collatione Cardinaliū scutiferi cū mappulis ad collum aliis seruiunt uidelicet oratoribus, prelati, & aliis omnibus ad scabellum Papæ sedentibus. Erunt de quolibet ferculo octo bacilia: & multo plura cum uino: & uasa aqua plena. residuum quod in bacilibus remanet inter scamna Cardinalium sedentibus, & aliis circūstantibus spargi solet. Finita collatione reducitur Papa ad cameram suam: & omnes discedunt.

De matutinis noctis natiuitatis Christi Papa presente.

In matutinis noctis natiuitatis Dñi nostri Iesu Christi Pontifex indutus amictu: alba, cingulo: & stola: si placet: benedict ensē: ut in prima parte supra posuimus. Deinde assumpta cappa de carmasino præcedente Cruce: & subsequētib; Papam Cardinalibus: quia non habet mitram, uadit ad capellam unus ex clericis camerę ensē cum Galero de beuaro. cum perlis præfert ante Crucem. Et facta oratione in faldistorio ante altare Pontifex uadit ad sedem suam a duobus Cardinalibus Diaconis assistentibus deductus: & cum sederit ipsi Cardinales recedunt, sedentq; in locis suis inter alios Cardinales. Cum uero Papa fuerit in ecclesia, clericus camerę ensē cum Galero prædicto super altare ad cornu Epistolę reponit: & non fit reuerentia per Cardinales. Pontifex autē accepto a ceremoniario ante ipsum genu flexo signo surgit: & detecto uel semidetecto capite stans uersus ad altare secrete dicit. Pater noster. deinde cantando: & sibi os cum pollice signando dicit. Domine labia mea aperies. & os meum. Deinde signans se a fronte ante pectus dicit. Deus in adiutoriū meū intende. &c. Et stat quousq; cōpleatur inuitatoriū, hymnus: & antiphona primi psalmi. primo psalmo incepto sedet. similiter primus Episcoporum assistentium aptat Papæ cappā: & ante ipsum extendit simbrias. Et nota quod semper in oibus officiis: qñ Papa surgit: oēs surgunt: qñ autē sedet, omnes sedent, nisi i quibusdam reuerētis: ut suo loco Dicemus. Cū dicit tertius



## SACRARVM CERIMONIA RV M

psalmus primi nocturni cerimoniarius capit librum lectionum, & clericus capelle pulpitem nudum: & precedente cerimoniaro ad medium capelle inter cornua amborum scamnorum Cardinalium uersus ad altare ponit dictum pulpitem: & cerimoniarius librum desuper: & redeunt ad locum suum. Cū dicitur uersiculus primi nocturni: cerimoniarius accepta parua candela cerea accensa factis reuerentiis altari: & Papæ uadit ante pulpitem. & finito uersiculo Papæ facit signum: ut surgat, qui surgit: & capite semidetecto dicit, Pater noster, quod secrete prosequitur. deinde dicit alte. Et ne nos. Et assistentes Episcopi apportant librum: & candelam ex quo Papa dicit absolutionem: Exaudi &c. Interim cerimoniarius illū: qui dicitur est lectionem: ad pulpitem ducens ibidem expectat finem absolutionis: qua finita lectionem diciturus genuflexus uersa facie ad Pontificem cantat. Iube Domne benedicere. Et Papa stans: ut supra ei benedicit dicens. Benedictione perpetua benedicat nos Pater æternus. &c. Amen non tamen signum Crucis super eum faciens: sed tantum uerba benedictionis proferens. finita lectione cum dicit. Tu autem Domine miserere nostri: genuflectit uersa facie ad altare. deinde surgit: & factis reuerentiis altari: & Papæ uadit ad osculum pedis Pontificis cerimoniaro precedente: & pedem Pontificis discoperiente, & demum coperiente. quod semper obseruatur nisi Cardinalibus. deinde ad locum suum quisque reuertitur. Si autem dicitur lectionem Cardinalis sit: cum peruenerit ad pulpitem facit reuerentiam altari, & Papæ more consueto, & dicendo. Iube Domine caput inclinatur uersus Pontificem, & cum dicit. Tu autem Domine caput inclinatur uersus altare. quo dicto factis reuerentiis ad locum suum reuertitur: & cerimoniarius redit ad altare ad locum suum ibi expectas; quousque incipiatur uersus aut citius, uel tardius: secundum quod longum erit responsorium: & uersus. deinde factis reuerentiis: ut supra, redit ad pulpitem, & aliam lectionem secundam dicitur ducit: & facit: ut supra, Pontifex ad secundam lectionem sedens benedicit dicens. Unigenitus Dei filius &c. & similiter ad tertiam cum dicit. Spiritus Sancti gratia &c. Deinde cantantur tres psalmi secundi nocturni: & post uersiculū surgit Pontifex conuersus ad altare detecto capite alte dicit. Pater noster. secrete prosequitur: & alte pronūciat. Et ne nos. Deinde ex libro dicit absolutionem. Ipsius pietas &c. & benedictionem ad quartam lectionem Deus pater omnipotens &c. & sedet. quintam legit nobilis cui datur ensis: si est presens, & stat ac uelit illam legere hoc ordine: incepta quarta lectione Cerimoniarius nobilem missum ad Angulum post sedem Diaconorum Cardinalium ducit illum ubi Galerius sit; uel ad aliū locum cōuenientem, & illic clericus cameræ enses cum Galero de altari capiens portat. idem nobilis induitur superpellicio: & desuper ense precingitur ad latus sinistrum: & pluuiali albo induitur: cuius apertura super brachio eius dextro sit: & Galerius predictus

## LIBER SECVNDVS

LXXVII

dictus ei in capite ponitur, quo sic induto clericus cameræ ad locum suum reuertitur, & nobilis finita quarta lectione dum cantatur responsorium, ante Pontificem per cerimoniarium ducetur: & ibi ante gradus solii, deposito ad manus cerimoniarium galero facit reuerentiam altari, deinde Papæ: ad quem conuersus stans euaginat gladium: et tertio cum eius mucrone terrā tangit, uibratque deinde ter, & tandem tergit eum super brachium sinistrum: & reponit in uaginam, & accedit ad pulpitem: ubi finito responsorio uersus ad Pontificem genuflexus dicit: Iube &c. Et Pontifex sedens benedicit ei dicens: Christus perpetue &c. Tum ille stans cantat lectionem, & cerimoniarius tradit galerum predictum uni ex familiaribus dicti nobilis: qui sedeat ad pedes loci: in quo dictus nobilis sedere solebat: finita lectione idem nobilis ducitur ad osculum pedis Papæ indutus ut cantauit: & deinde reducitur ad locum: ubi indutus fuit, ubi exiit pluuiali, & superpellicio, & ense decingitur: quem cerimoniarius tradat dicto familiari galerum tenenti: quem super enses reponit: ut prius erat: qui enses erectum cum galero desuper teneat sedens, ut supra usque ad finem officii. & nobilis ille per cerimoniarium ad suum locum reducitur. Quando uero non est presens, cui enses datur, clericus cameræ indutus superpellicio cantat quintam lectionem. Et quando Papa uadit ad capellam, & inde reuertitur, tam in matutinis quam in missa maiori semper clericus ipse portat enses cum galero. Si uero nobilis cui enses datur presens sit, & nesciat legere: ipse nobilis nihilominus in tempore induitur superpellicio: & pluuiali, accingitur gladio, & galerus ei imponitur, ut supra: deinde ducitur ad Pontificem: & omnia facit precise: que supradicta sunt nisi quod non petit benedictionem, nec legit lectionem, que loco suo clericus cameræ indutus superpellicio facit: & in fine osculantur ambo Pontificis pedes: nobilis primum, deinde clericus cameræ. Et nota quod satis cōpetenter Pontifex daret enses nobili si esset presens, in loco isto antequam ille accingeretur ense. & tunc dum cantatur responsorium quartæ lectionis: nobilis induitur superpellicio, & pluuiali, ut diximus: Et ductus ante Pontificem finito responsorio genuflexus accipit a Pontifice enses: qui dicit illam orationem. Solent Romani Pontifices. &c. Et tunc descendens cum habitu extrahit enses, quo prius a ministris accintus fuerat & facit ut supradictum est. Sextam lectionem legenti Pontifex benedicit dicens. Ignem sui amoris. Deinde cantantur tres psalmi tertii nocturni, & uersiculi. Tum Pontifex surgens capite detecto conuersus ad altare dicit: Pater noster, ut supra, & ex libro absolutionem: A uinculis. &c. Diaconus Cardinalis assistens a sinistris cantat septimam lectionem cum euangelio, & omilia: qui apud pulpitem inclinatus ante Pontificem dicit. Iube. & Pontifex stans benedicit dicens. Euangelica lectio, & perseverans stans quousque incipiatur omilia, tum omnes sedent. Octauam lectionem

L



## SACRARVM CERIMONIARVM

cum euangelio cantat Diaconus assistēs a dextris iisdem cerimoniis: cui inclinato capite benedictionem petenti Pontifex sedens benedicit dicens p euangelica dicta: tū surgit Pōtifex ad euangelium: ultimam lectionem cantat ipse Pontifex qui stans uersus ad altare capite detecto dicit: Iube dōne benedicere. sed nullus benedicit, cantores respondent. Amen. Assistentes presbyter Cardinalis, & duo Episcopi accedunt cum libro, & lumine: duo acoluthi cum suis cappis, cum candelabris, et luminaribus, stant ad gradus more solito, usq; in finem. Et Pontifex perficit lectionē, & in fine uersus ad altare dicit: Tu autem domine. &c. Interim cum Papa lectionem cantat: ponuntur pluuiale albū preciosum super altare pro Pontifice: & paramēta super credentia pro Cardinali missam celebraturo, si ante illic posita non fuerunt. Et diaconus, ac subdiaconus capellæ in sacristia, aut alio conuenienti loco se induunt more solito, capellani etiam cardinalis celebraturi ad credentiam suis coctis induuntur. Finita lectione subdiaconus apostolicus in sua cappa submissa uoce præintonat Pontifici. Te Deum laudamus: qui ex libro si placet illud intonat: & cantores prosequuntur: quo incepto cardinalis missam dicturus accedit ad altare, & in faldistorio consueto accipit sandalia: & dicit psalmos: Quam dilecta &c. Deinde induitur omnibus paramentis consuētis per subdiaconum, & diaconum capelle, ut moris est. cum dicitur uersus. Te ergo quaesumus: ad uerba, Quos precioso sanguine redemisti Papa in sede tua & omnes alii genuflectunt. & in fine Pontifex sine mitra dicit, Dominus uobiscum: & orationem: Concede quesumus, ex libro cum assistentibus, & cetero ferariis more solito, & in fine Pontifex replicat. Dominus uobiscum: & cantores dicunt Benedicamus. &c. Et Pontifex ante sedem solii sui exiit cappa, & pluuiali albo, & mitra induitur. & accedit ante altare ubi cum celebraturo &c. illuc ueniente dicit confessionem more solito, & incipitur introitus, & missa. & non fit reuerētia Papæ per Cardinales, quia fiet in missa maiori, sed finita confessione ascendit ad solium. Et presbytero cardinali assistente ministrante Papa imponit incensum, celebraturus incensat altare: incensatur ipse. deinde Papa, qui surgit sine mitra, & dicit introitum. Interim Cardinales ueniunt ad circum, cum quibus dicit Kyrie eleison, deinde: & in terra. &c. Quo dicto presbyter Cardinalis uenit ad scabellum suum, ad assistentiā Pontifici: Pax uobis dicitur & una tantum oratio, post offertorium omnes incensantur, & pax datur more consueto. finita missa Papa dat benedictionem: & non indulgentias: deinde recedit Papa cum omnibus Cardinalibus, prælatibus, & officialibus: ensis est cum galero, si ille cui datus est, præsens sit, per ipsius familiarem ante eum in suo loco procedentem portatur. Alioquin si absens sit, per clericum cameræ ante Crucem ad cameram Pontificis reportatur, ubi manet usq; ad missam maiorem.

## LIBER SECVNDVS LXXVIII

De ordine cantantium lectiones.

Cap.

Lectiones in hac nocte triplici ordine cantari cōsueuerunt nostris diebus. Omnes explicabimus. Pontifex pro tempore: ut magis placebit seruari mandabit. Ante tempora Pauli Secundi seruatum uidimus: & legimus hunc modum. Primam lectionem clericus cerimoniarum, Secundam acoluthus, tertiam auditor, Quartam iunior presbyter Cardinalis, Quintam nobilis cui datur ensis, uel eius loco clericus cameræ, Sextam subdiaconus aplicus, Septimam diaconus assistēs a sinistris, Octauam diaconus a dextris, Nonam Pontifex. Cardinales dicunt cum suis cappis laneis, alii oēs cū superpelliciiis: hunc modū hactēus seruauit Innocētius Octauus. Alius modus sub Paulo Secundo: primam acoluthus, Secundam auditor, Tertiam subdiaconus cantabat, Quartam iunior presbyter Cardinalis, Quintam nobilis ab ense: & si nesciret literas eius loco clericus cameræ. In absentia uero illius secundus iunior presbyter Cardinalis. Sextam alius iunior presbyter Cardinalis. ita ut duo uel tres iuniores presbyteri dicerent in secundo nocturno: duo in præsentia nobilis, tres in eius absentia, a iuniori tamen incipiendo. Ultimæ tres lectiones ut prius cantabantur. Sixtus autem quartus uoluit, ut omnes lectiones cantarentur per Cardinales. & sex primæ incipiendo a iuniori diacono, siue presbytero in absentia diaconi, per ordinem cantarentur, & per Episcopos Cardinales, si deficerent, alia tres ultimæ, ut prius per diaconos assistentes, & Papam. Si uero in his matutinis interesset Imperator ipse cantaret septimam lectionem sub Euangelio Exiit edictum a Cæsare Augusto: his cerimoniis: cum catur ultimus psalmus in tertio nocturno, clerico cerimoniarum ordinante: diaconi assistentes Papæ accedunt ad Imperatorē: quæ a sua sede ad planum descendere monet: & illic eum induunt superpellicio: deinde accingunt ense benedicto: demum induit pluuiali albo: non cum apertura super humerum dextrum: sed ante pectus: ut Episcopi: ut in sigillis imperialibus sculptus apparet: galerus eius armigero traditur. Nam Cæsar illud in capite non portat, quia est insigne ducalis dignitatis: quæ longe est inferior Imperiali. Imperator sic ornatus ducitur medius a Cardinalibus diaconis ante Pontificem, qui facta reuerentia nudat ensē, inclinatur, uibrat, tergit, & recondit: ut de nobili diximus. Tum accedit in tempore ad pulpitum: & profunde inclinatus ad Pontificem uersus dicit. Iube D. Benedicere. Et Pontifex. Euangelica lectio. &c. Tum Imperator legit euangelii partem usq; ad omiliam tantum si placet: & omiliam prosequitur diaconus: qui assistit a sinistris. Quod si Imperator uult totam lectionem legere: laudabile erit: & diaconus ipse nihil dicit. In fine lectionis Imperator cum suo habitu, siue totam, siue partem lectionis dixerit, ascendit ad osculum pedis Pontificis: deducuntibus & ministrantibus ipsis diaconibus Cardinalibus. postremo reducitur ante suam sedem: ubi exiit



## SACRARVM CERIMONIA RV M

facris uestibus: & ensis cum galero detur armigero Cæsaris, qui illum de inde tenet: & portat ante Cæsarem: qui reuertitur ad sedem suam, & Diaconi ad assistentiam Papæ. Hunc modum seruari uidimus: cum Fridericus tertius Imperator sub Paulo secundo Romæ his celebritatibus interfuit: Anno Salutis Millesimo quadrigentesimo sexagesimo octauo.

De laudibus: & missa in aurora. Cap.

Cantores post recessum Papæ dicunt laudes cantando: uel legendo pro ut eis magis placebit. Interim Sacrista induitur pro secunda missa dicenda omnibus paramentis pontificalibus: ut in aliis missis fieri solet. Accedit ad altare dicens: Introibo. & Confiteor. & ut alias: cantores incipiunt Introitum: & prosequitur ut alias Papa absente in capella fieri solet: Finita missa stans cum mitra ante medium altaris dat benedictionem ut moris est: & non pronuntiantur indulgentiæ.

De missa maiori. Papa personaliter celebrante. Cap.

In missa maiori Natiuitatis Domini nostri summus Põtifex celebraturus capit in camera papagalli, aut alia conuenienti paramenta consuetæ: uidelicet amictum, albam, cingulum, stolam, pluuiale album, & mitram preciosam: & omnes Diaconi Cardinales: in camera paramenti: nõ tamen ubi Papa parare debet: anteq̃ Papa exeat, capiant paramenta sua uidelicet amictum, dalmaticam, & mitram. Ille qui dicturus est euangelium ultra premissa accipit albam, cingulum, & stolam, manipulum uero capiet in ecclesia cum Papa fecerit confessionem apud altare. Et sic induti intrantes ad Pontificem ipsum paramenta supra nominata induunt. omnes alii presbyteri, & Episcopi Cardinales in camera, ubi Diaconi induti sunt, paramenta accipiunt: uidelicet amictum, & planetas. Episcopi Cardinales pluuialia, amictum, & superpellicium, & albas mitras, & induti intrant ad Pontificem. Patriarche uero, Archiepiscopi: Episcopi: & Abbates pluuiale capiunt, ex Cardinalibus autem qui sunt religiosi loco rocheti capiunt superpellicium, & omnes cum albis mitris, penitentiarum planetas tantum. Suddiaconus, qui epistolam latinam est dicturus, amictum, albam, cingulum, tunicellam, & manipulum: alii uero Subdiaconi, apostolici auditores, clerici camere, & acoluthi supra rochetum coctas. omnes præter Cardinales in aula ante cameram paramenti accipiant sacras uestes, tali tempore: quod omnes suis paramentis sint induti: anteq̃ Papa cameram suam exeat. Inducto Pontifice Thuriferarius accedit ad Pontificem: & ministrante priore presbyterorum Cardinalium: Pontifex incensum imponit in thuribulo dicens. Ab illo benedicaris. &c. Deinde septem Acoluthi capiunt septem candelabra cum luminaribus, & uadunt ante Crucem, Thuriferario præcedente, quem antecedit unus clericus camere enses cum galero desuper posito portans. Et hoc si Papa illos adhuc non dedit. Si uero Papa alicui præfati dedit unus de eiusdem familia dictum enses cum suo

## LIBER SECVNDVS

LXXXIX

galero in prædicto loco portabit. Et cum in ecclesia fuerit ad pedes illius, cui datus est, sedebit: & sic per totum officium tenebit. supplicantis igitur more procedet ad ecclesiam hoc ordine. Scutiferi Papæ cum minoribus nobilibus, procuratores ordinum, & principum, Secretarii, & aduocati mixtim, Cubicularii extra cameram, oratores laici, & non prelati Imperatoris, Regum, principum, & cum eis Senator urbis, & conseruatores, & Barones, ac maiores nobiles: Acoluthi Papæ, clerici camere, Auditores Rotæ cum Auditore causarum camere aplice, & Subdiaconi aplice omnes in superpellicium supra rochetum. Magister sacri palatii in habitu, & loco suo acoluthus Thuriferarius, & ad minus duo ceroferrarii: cum luminibus accensis. Deberet tamen in huiusmodi, & omnibus aliis supplicationibus septem candelabra cum totidem luminaribus deferri per acoluthos: sed quia aliquando acoluthi non adsunt tot numero, hoc committitur: Ceroferrarios autem immediate sequitur Subdiaconus epistolam lecturus indutus, ut supradictum est, Crucem baiulans ad latera, habens duos magistrum hostiarios cum uirgis: quem sequuntur prelati omnes parati hoc ordine. penitentiarum sine mitris: Abbates, Episcopi, Archiepiscopi, prelati, oratores, assistentes Papæ, omnes cum paramentis, & mitris, ut supra dictum est: successiue, Diaconi, presbyteri, & Episcopi Cardinales, assistentes hinc, & inde. Deinde Papa: cuius pluuialis auriphrygium duo Diaconi Cardinales assistentes hinc & inde iuxta eum incedentes deferent. fimbrias posteriores, id est caudam pluuialis nobilior laicus in urbe existens: etiam si sit Imperator. uel Rex, & hoc si Papa pedibus incedat. Si uero portatur in sede, duo Cardinales prædicti assistentes ipsum immediate præcedant, & qui lecturus est euangelium inter eos medius, qui alioquin iret ante Papam solus. super Papam portatur baldachinum per octo principes, & oratores laicos insigniores, & magnos barones, conseruatores urbis: & tales, aut omnibus deficientibus per scutiferos Papæ. nobilibus portantibus detur semper primus locus: hoc est anterior: ita quod illi continuo præcedant Papam. Si uero huiusmodi supplicationibus intererunt Imperator, Reges, duces, aut maximi principes, incedent in loco in quo solent sedere. Imperator ad sinistram Papæ, Rex cum primo Episcopo Cardinali, primogenitus Regis cum presbytero, maximus Dux siue princeps, seu Dux, inter ipsos diacones iuniores, & Episcopos assistentes Pontifici. sequuntur cubicularii de camera, qui secreti appellantur: auditor seruiens de mitra, Medici secreti, & primus secretarius, si non est prelatus. Demum protonotarii, & prelati non parati in suis cappis: hoc ordine perueniunt ad ecclesiam. Pontifex postquam ad ecclesiam peruenerit super faldistorio ante altare sibi preparato genuflectit, Diaconus a sinistris mitram Papæ tollit de capite, quam dat Auditori ad mitram seruienti, & alius assistens Cardinalis Birretum amoueat. facta oratione, &



## SACRARVM CERIMONIARVM

surgente Papa Diaconus a dextris birretum primo, deinde mitram: alio Cardinale a sinistris uitas tenente imponit: qui deinde uadit ad sedem paratam: ubi sacris uestibus indui debet: Quo sedente Cardinales primo deinde omnes alii prelati ordine suo accedant ad reuerentiam. Cardinales omnes factis consuetis reuerentiis osculantur auriphrygium per manū dexteram Papæ protensum, prelati uero euntes ter genuflectunt, & eius genu dextrum osculatur, Diaconus, & subdiaconus epistolam, & euangelium in græco lecturi parati esse debent apud altare. Subdiaconus, & Diaconus: qui ad cornua altaris in inferiori gradu stare uel sedere possunt, post tempus postulat, sicque manere usque post missam: finita reuerentia extrahit mitra Papæ, & birretum ut supra. qui deinde surgit, & stans uersus altare secrete dicit. Pater noster. Deinde alta uoce cantando, & se signando. Deus in adiutorium meum. &c. manens ita quousque incipiat per cantores psalmus. Legem pone: quo incepto sedet, & imponitur ei birretum, & mitra ut supra. Tum Subdiaconus latinus accedit ad altare cui mapulam quædam Sacrista supra brachia ponit, & super eam caligas, & sandalia, quæ ambabus manibus ad oculos eleuatis ad Pontificem defert, hunc sequantur omnes acoluthi: quibus accipientibus et extendentibus fimbrias pleuialis Papæ Subdiaconus cum uno ex secretis cubiculariis Papæ subtus intrant, & cumunia calciamenta Papæ extrahentes & caligas, & sandalia ei imponunt. Interim Episcopi assistentes Papæ librum ante ipsum & candelam ex more tenent, Diaconi assistentes cum Pontifice dicunt Antiphonam: Ne reminiscaris. &c. & psalmum, Quam dilecta. &c. ut in libro. Interim cantatur Tertia per cantores: qui cum ad capitulum peruenerint, quod unus ipsorum catabit, Papa surgit cum mitra, & cum finito breui responso uersiculus dicatur, accedunt ante Pontificem Episcopus Cardinalis assistens: ut librum teneat pro oratione, & ceremoniarus cum duobus ceroferiis. finito uersiculo deponitur mitra Pontifici: qui dicit stans uersus ad altare Dominus uobiscum, & orationem Episcopo Cardinali librum super caput tenente: & uno Episcoporum assistentium cum manu adiuuante alia candelam tenente. qua finita Pontifex repetit Dominus uobiscum: & Cerimoniarus cum ceroferiis reuertit ad altare: cantores uero dicunt, Benedicamus Domino. His finitis sedet Papa cui reponitur mitra, & lauat manus in missa. Aduertat ceremoniarus: ut incipiat a minus digno de quatuor nobilibus laicis, qui debent aquam deferre, ita quod nobilior sit ultimus. Et semper debet eligi ad hoc opus nobiliores etiam si Reges, aut Imperator adessent. Pontifex manus lauat, oēs laici in capella existentes genuflectunt, prelati uero surgunt, & stant sine mitra capite detecto. Cardinales depositis tamen mitris surgunt. lotis manibus extrahit mitra Pontifici, qui surgit, & ante eum ponit scabellum, sup quod stat Diaconus Cardinalis Euangelium lecturus: qui iuuatibus duobus aliis dia-

## LIBER SECVNDVS LXXX

conibus a dextris, & a sinistris Papæ ac Subdiacono latino retro ipsum Papam stantibus Papam mitram primo, Deinde pluuiam, & stolam extrahit: & sacris parametis: quæ ex altari per acoluthos deferuntur ipsum induit hoc ordine: primū cingulo cum succintorio in parte sinistra pedente: qui cingulo predicto cingit subtus alio cingulo quod Episcopus tenebat. & isto secundo ligato soluit: & deponit cingulum primū: Tum cruce pectorali postea fauone, quæ diaconus super caput Papæ ipse replicat ut ante oculos pedeat, & partem quæ dextra manu tenet, collocet super humerum dextrum: & aliam super sinistrum, & oras ambas fauonis depedere facit circa pectus iuxta mensuram unius palmi. Deinde stola, quæ ab humeris pedeat. tum tunicella, & dalmatica. albam ministri circa fimbrias aptent: ut terram tagant. His omnibus per Diaconum adiuuantibus diaconibus assistentibus: & subdiacono, qui est a sinistris Papam induit. de quibus per diaconum osculanda porrigit Crux pectoralis, fauonem, stola & in fine pallium antequam sibi imponat, & similiter cum exiit Papa, cum accipit dalmaticam residet extrahit, ac aptat ei per Diaconum fauonem circa caput. quo aptato amouetur scabellum super quo stabat Diaconus induens: & imponuntur Papæ per Diaconum, & subdiaconum chirothecæ: qui ante & postquam illas sibi imposuerint osculantur eius manus, & chirothecas, Deinde reponit scabellum, & Papa induitur casula & extrahit fauonem circa collum & aptatur, ut æqualiter pedeat circum circa. Interim unus subdiaconorum apostolicorum pallium de altari uelo coopertum apportat: quod diaconus ab ipso accipiens Crucem posteriorem pallii Papæ osculanda porrigit, deinde illud adiuuante subdiacono latino Papæ imponit eo modo, ut pars duplex super sinistro humero maneat, inde portant tres spinule, quarum unam pulchriorem diaconus Cruci anteriori pallii infigit, aliam cruce super humerum sinistrum, & tertiam infigit subdiaconus Cruci posteriori. Sunt autem huiusmodi spinule taliter infigende, ut tertio cruce pertranscat: pallium autem non perforet, neque planetam tagat, quod quæ gemæ spinule maneat ad extra infigentis. Tum rursus aptatur fauonem circa pectus ut pedeat sub anteriori pallii Cruce, & planeta supra brachia Pontificis. Deinde ipse diaconus Papæ mitram imponit. Accedit interim primus Episcopus Cardinalium assistens, & imponit Papæ iam mitram tenenti annulum pontificalis, & alios quos Papa uoluerit: cuius manum osculat. Hæc omnia Pontificis ornamenta prius per sacristam super altare preparantur, & ordine predicto instruente ceremoniaro per acoluthos ad Pontificem deferuntur, assignanturque ad manus diaconi Cardinalis predicti. post hæc Episcopo Cardinali assistente, & ministrante Pontifex ponit incensum in thuribulo dicens Ab illo benedicaris. &c. Tum Papa supplicabundus uadit ad confessionem ante gradus altaris duobus auditoribus fimbrias eleuatis a pedibus. Ordo procedit: thuriferarius: duo ceroferii in quorum medio Crucem ferens, subdiaconus latinus librum euangeliorum, & in eo manipulum Papæ inclusum ante pectus gestans. Inde diaconus euangelii cum Episcopo Cardinali assistente. quæ sequit



## SACRARVM CERIMONIA RV M

auditor ad mitram seruiens medius inter duos cubicularios secretos: deinde Epi assistentes. Inter altare & sedem, i qua Papa parameta accipit, occurrunt Pape tres ultimi presbyteri Cardinales quorum senior primo deinde alii duo per ordinem Pontificem in ore primo, deinde in pectore osculatur, subdiaconus interim librum Euangeliorum ceremoniarum tenendum tradens Papam ambabus manibus retro ad eius spatulas appositis sustentat. Inde Cardinales illi tres, cum Papa ante altare se firmaverit, redeunt ad loca sua, Idem facit subdiaconus cum Cruce, & ceroferrariis: thuriferarius uero ad cornu epistolae altaris genuflexus expectat finem confessionis. cum Papa fuerit ante gradus altaris Diaconus Euangelii deponit ei mitram, & eam auditori tradit ad hoc seruienti. Papa medius inter Episcopum Cardinalem a dextris: & Diaconum Euangelii a sinistris stans facit confessionem more solito. duo Diaconi Cardinales assistentes stant post Papam: & aliquantulum se retrahunt Episcopo & diacono cedentes. post Diaconus, & subdiaconus genuflexus persistit cum libro euangeliorum & manipulo intus, quem imponit Papae dicto Indulgentiam. prius tamen eius manu osculatur, facta confessione Papa ascendit ad altare, & illud in medio osculatur, Subdiaconus librum Euangeliorum aperiens illum osculandum Papae offert in cornu euangelii Episcopo Cardinali assistente ipsum adiuuante. Quo facto Diaconus euangelii ad dextram Pontificis in medio altaris stans accedit, & una cum eo thuriferarius incensum & thuribulum Papae offerunt: qui imposito incenso ut supra, altare incensat more consueto.

Et aduerte quod dum Papa est apud altare Diaconus euangelii semper ministrat incensum, & incensat Pontificem: cum ante Papa est in sede, tunc Cardinalis Episcopus siue presbyter assistens hoc facit. Incensato altari Pontifex tradit thuribulum Diacono euangelii: & in cornu epistolae stans per Diaconem a dextris assistentem assumpta mitra a diacone euangelii ibidem incensat, & ad medium altaris se retrahens adhuc uersus ut incensatus est stans cum mitra Diacones Cardinales primo euangelii deinde assistentes duos tantum ad osculum oris primo, deinde pectoris recipit. Inde Papa cum mitra facta altari reuerentia uadit ad sedem suam eminentem. in qua stans detracta mitra dicit Introitum et Kyrieleyson cum Cardinalibus assistentibus Episcopo cardinali assistente librum super caput tenente iuuatibus ipsum duobus Episcopis assistentibus ut alias dictum est. Diaconus & subdiaconus latini manent in cornu epistolae altaris, & simul dicunt Introitum, & reliquum missae tempore suo: cum quibus Diaconus & subdiaconus graeci dicunt & in terra & patre. Deinde Papa residet cum mitra, & per auditorem qui seruit de gremiali imponitur ei gremiale super genua: quod gremiale dictus auditor semper seruat captum ex credentia, & cum Papa sedet, illud imponit super genua: & cum surgit illud accipit, & seruat quousque Papa lauat manus post offertorium. tunc portat gremiale ad credentiam: & Diaconi assistentes sedent in scabellis hinc inde iuxta Papam more solito. Episcopus uero Cardinalis assi-

## LIBER SECVNDVS

LXXXI

stans sedet super cathedram nudam seu in faldistorium inter Diaconem a dextris Papae, & sedem Cardinalium iuxta murum sibi paratam. Diaconus uero euangelii cum Papa sederit & alii Cardinales assistentes sedet & ipse in sinistro cornu altaris uidelicet epistolae super scabellum ibidem positum uertens faciem ad cornu euangelii. Diaconus autem graecus super gradum altaris sedet in cornu euangelii, & subdiaconus latinus, & graecus in cornu epistolae super inferiorem gradum uultu ad Pontificem uerso. finito Kyrieleyson detracta Papae mitra, & tenente Episcopo librum ut supra, eleuatis manibus iuxta altitudinem humerum, & eorum distantiam extensis digitis, sed non disiunctis stans uersus altare dicit Gloria in excelsis. Et cum dicit Deo iungit manus ante pectus, deinde ea cum Cardinalibus assistentibus tamen plane plecta residet, & finito Gloria deposita mitra surgit & dicit manibus eleuatis uersus ad populum Pax uobis. Deinde orationem Episcopo Cardinali assistente ut supra librum tenente. Interim subdiaconus portans librum epistolarum ante pectus uadit ad legendum epistolam: altero ex clericis ceremoniarum ipsum associante. finitis orationibus subdiaconus stans in loco consueto. uidelicet inter cornu epistolae & sedem eminentem Papae per transuersum ita quod a dextris altare, & a sinistris Papam habeat: sibi ipsi librum tenens caret epistolam, & Papa cum mitra sedet: subdiaconus uero finita epistola retrahit se aliquantulum, & immediate subdiaconus graecus per ceremoniarium cum debitis reuerentiis ad eundem locum, in quo latinus cantauit, ducitur: ubi & ipse stans uersus, & librum tenens ut alter cantat epistolam graecam: qua finita ambo subdiaconi simul ceremoniarum procedente accedunt ad osculum pedis Papae latinus primum: deinde graecus, inde ambo redeunt ad altare, & ibi latinus cum Cardinale diacono legit epistolam & alia: assistentes uero Episcopi portant librum Papae: & uno ipsorum illum supra caput tenente Papa legit epistolam, graduale: & euangelium: cum cantatur graduale uel sequentia si cantatur Diaconus Cardinalis euangelii accipit librum euangeliorum, & portans illum ante pectus suum: uadit ad altare & supra illud librum ponit. quo ibidem dimisso cum debitis reuerentiis uadit ad Papam: coram quo stans capite inclinato manum eius reuerenter osculatur ceremoniarum eum associante: deinde reuertitur ad altare coram quo genuflexus dicit Munda cor meum. &c. tunc accipit librum euangeliorum de altari, & illum tenet ante pectus: interim paratur pulpitum cum uelo aureo per clericos capellae in loco consueto: id est apud gradum altaris in cornu dextro: ita ut uertat suam faciem ad sinistram non ad corpus altaris: & septem acoluthi cum septem intorticiis, & alius acoluthus cum thuribulo & nauicella uadit ad Papam cum Episcopo Cardinali assistente: quo ministrante ut supra Papa imponit incensum, & acoluthus reuertitur ad septem acoluthos ceroferrarios qui parati sunt cum septem candelabris siue septem intorticiis accessis, Cardinalis uero Episcopus ad cathedram suam nudam. hora com-



## SACRARVM CERIMONIA RV M

petenti procedit ad locū euāgelii: hoc ordine. Cerimoniarius, thuriferarius, ceroferarii, Subdiaconus. diaconus qui cū ante Papā fuerit, stās capite inclinato uersus ad Pontificem dicit. Jube Dñe benedicere. & accepta benedictione uadit ad pulpitem. ponit librum super illud, & septem ceroferarii faciunt circulum ante eum. Subdiaconus uero stans post pulpitem inter illud & Ceroferarios pulpitem amplectitur. & ambabus māibus ex utraq; parte tangit librum euāgeliorum: Diaconus iunctis manibus dicit. Dñs uobiscum. & cum dicit. Sequentia sancti euāgelii: signat pollice dextro librum, deinde frontem, os, & pectus. cum respondetur. Gloria tibi Dñe: incensat ter librum primo medio, deinde a dextris & a sinistris. Finito euāgelio factis reuerentiis consuetis Diaconus cum quinque ceroferariis reuertitur ad altare stans ibidem iuxta scabellum suū: Subdiaconus uero capit librum euāgeliorum ante pectus, & ibidem iuxta pulpitem a latere expectans finē euāgelii græci: duo ceroferarii cum thuriferario etiam manent iuxta pulpitem hinc & inde. Diaconus uero græcus accipit librum suum ponens illum ante pectus uadit ad altare, & dimisso super altare libro Cerimoniario præcedente & pedem Papæ discooperiente, & cooperiente uadit ad osculū pedis Papæ, nisi forte esset Ep̄s, tunc nō pedem sed genu dextrum Papæ osculari debet. tum ad altare reuertitur corā quo genuflexus dicat Mūda cor meū &c. Deinde surgit. accipit librum euāgeliorum ante pectus, & præcedente eū Subdiacono suo post Cerimoniarium uadit ad gradus sedis Papæ: ubi genuflexus petit benedictionē. qua habitata uadit ad pulpitem. ponit desuper librum. Subdiaconus uero græcus stans retro ad pulpitem tenet ut latinus fecerat, Diaconus deinde dicit signat, & incensat: ut de latino diximus Subdiacono sibi respondente. Finito Euāgelio Subdiaconus capit librum, & Diaconus cum duobus ceroferariis redit ad altare ad sua loca. lectis euāgeliiis Subdiaconi portāt libros apertos ad osculandū primo latinus, deinde græcus. Tū Papa stās sine mitra per Episcopum Cardinalem ad gradus solii stantem incensatur more cōsueti. deinde Papa dicit. Credo in unum deum: & plane cum assistentibus tantum Cardinalibus perficit symbolum. & cum cantatur Et incarnatus est: cū mitra caput uersus ad altare humiliter inclinat, Cardinales autem & alii omnes genuflectunt quousq; dictum sit & Homo factus est. quo dicto omnes surgunt & sedent. Diaconus uero cum Subdiacono latino uadunt ad credentiam Papæ: ubi paratus erit unus scutifer Diaconi cū uasis & duobus mantilibus pro lauādis & extergendis manibus: quibus lotis ad altare redeūt: ubi per sacristā Papæ porrigit eis quādam tobalia sericea: quā super altare explicant: deinde Subdiaconus uadit ad credentiam sacristæ, ubi iponitur ei per Cerimoniarium quidam pāniculus propter hoc confectus: qui retro ad collum ligatur & stringit: ut ante a collo depēdeat, & ipsum ad lōgitudinē brachiorū coopiat: & accipiēs bursam

## LIBER SECVNDVS

LXXXII

cum corporalibus & super eam hostiaria cum hostiis, & desuper purificatoriu omnia discoperta cum debitis reuerentiis ad medium altaris portat, & Diacono latino apud altare expectanti consignat: qui ea accipiēs ponit super altare uersus cornu epistolæ simul & purificatorium & hostiariam de corporalibus & ibidem prope ponit. extrahit corporalia de bursa & explicat in loco suo. bursam uero ponit inter crucem & corporalia: uel alio conuenienti loco, ubi non impediatur. Interim sacrista de sua credentia dat uni acoluthorum ampullas uini, & aquæ uacuas duobus uelis aureis coopertas, & sub axilla sinistra pateram unam argenteam, ipse uero sacrista aureum uelum circa collum habens accipit de dicta sua credentia calicem cum patena, cum quibus Pōtifex est celebraturus: & paruū quoddam coclear aureum super patenam ponit: quæ omnia parte dicti ueli cooperta præcedentibus duobus seruientibus armorum & sequente dicto acolutho ad credentiam Papæ defert: ubi cum aqua, de qua credentiarius primum probam faciat, mundat ac tergit calicem patenam, coclear, ampullas & pateram, deinde implet ampullas uino & aqua, & ex ampullis dat credentiariis in unam eorum pateram: ut faciant credentiam siue probā, & restituit ampullas & pateram acolutho: qui eas portauit: quas ut prius cooperit, & pateram sub axilla ponit, Sacrista uero cum calice patena & cocleari copertis: ut uenit præcedentibus dictis duobus seruientibus armorum & acolutho uadit ad cornu epistolæ altaris, & ponit omnia in dicto cornu super altare. Et Diaconus latinus accipiens tres hostias ex hostiaria ponit eas ordinatim super patenam: sicq; papam expectant. Finito Credo Papa deposita mitra surgit & dicit Dñs uobiscum, & Oremus: & lecto Offertorio sedet. reponitur sibi mitra, & per Diaconos assistentes extrahuntur ei annuli & chirothecæ, & Papa abluit manus ordine cōsueti. quibus lotis reponuntur ei annuli per Diaconos assistentes: ubi prius erant: & Papa descendit ad altare duobus auditoribus semper simbrias eleuantibus: ubi Diaconus euāgelii latinus extrahit eī mitrā, Interim duo Ep̄i assistentes præuenientes Pontificem ponunt missale super altare in cornu euāgelii super puluinum, Et Ep̄s Cardinalis assistēs dicit quæ sunt dicenda, & ea digito suo Papæ semper ostendit. Diaconus uero euāgelii latinus accipit hostiā unam de tribus: quæ sunt super patenā, & cū ea alias duas hostias tangit, & eam dat sacristæ comedendā, deinde accipit aliam hostiā de duabus quæ remanserant & cū ea tangit patenā & calicē per totū intus & extra: & similiter dat eam sacristæ comedendā, post hæc de ampullis uinum & aquam in patera dat Sacristæ ad p̄gustandū, & deinde accipiens patenam cū hostia eam dat in manibus Papæ: qui illam Deo offerens dicit. Suscipe sancte pater &c. Tunc idem Diaconus ponit uinū in calice ad sufficientiā pro tribus: Subdiaconus uero latinus accipit coclear prædictū: sup quod sacrista iponit aquā ex ampulla, & subdiaconus in-



## SACRARVM CERIMONIARVM

elinatus uersus ad Pontificem dicit. Benedicite, & benedictione accepta simul cum Diacono latino infundit in calicē, quem Diaconus dat in manus Papę, & simul cum Papa calicem tangens illum offerunt dicentes. Offerimus tibi Domine &c. Et Papa ponit eum super corporalia cum eo signum crucis faciēs: quem mox Diaconus palla cooperit. Subdiacono uero latinorum per cerimoniarium impōitur quodam uelum circa collū retento etiam panniculo, quem prius habebat, & patena in manu dextra, & dicto uelo cooperitur, cum qua post Papam uadit: & ibi stās permanet usq; circa finem Pater noster, interim unus acoluthorum cum thuribulo & nauicella accedit ad cornu epistolę altaris, & cū Papa dixerit Veni sanctificator &c. offert nauiculā Diacono latino, & thuribulū Papę: qui imponit incēsum dicens. Per intercessionē &c. Deinde Pōtifex accepto thuribulo de manu Diaconi incēsat primo oblata Diacono pedem calicis tenente, deinde altare more consueto: & demū in cornu eplę reddit thuribulum Diacono, & accepta mitra stans ibidem a Diacono incēsat, & mox accedentibus ministris & nobili cum aqua tertio lauat manus ordine consueto. Interim uero Diaconus euangelii: ut Pontificem incensauit primū incēsat Ep̄m, & Diaconos Cardinales assistētes iuxta altare, & Pontificē in suis locis stantes. postea omnes Cardinales, oēs Reges, & magnos principes, si qui aessent: deinde Ep̄os assistētes incipiēs ab illis qui de libro & candela seruiunt. alii nāq; post Pōtifex inter altare & solium circulum faciūt, deinde dat thuribulum uni ex subdiaconis cum superpellicio stanti: qui incēsat primo Diaconū euangelii stantē medium inter alios duos Diaconos assistentes, postea p̄latos oēs paratos, deinde alios more cōsueti. Finitis orationibus secretis Pōtifex positus ambabus manibus hinc inde super altare incipit cātando. Per oīa secula seculorum. &c. Et cū dicit. Sursum corda, eleuet aliquātulum māus, & disiūctas teneat: cū dicit, Gratias agamus: altius eleuat, & cum dicit deide: Nostro iungit ambas manus ante faciem: & caput deuote inclināt, deinde iterū disiungit manus, & disiūctas tenet usq; ad finem p̄fationis: qua finita iungens iterum manus ante pectus dicit. Sanctus &c. Clerici uero capelle in tempore accendunt octo intorticia, quę per Cerimoniarium dantur acoluthis Apostolicis, & ipsis deficientibus auditoribus: quę ipsi post Episcopos assistentes per ordinem stantes accensa tenent usq; post communionem Pontificis, & omnium aliorum a Pontifice se communicantium. Cum eleuatur sacramentum posito per aliquē incēso acoluthus incensat more cōsueti. post eleuationem autem sacramenti mox sacrista cū uelo circa collum: ut supra, accipit calamum quendam aureum cum suo stilo panno sericeo inuolutum manu dextra, & sinistra quendam calicem, quem parte dicti ueli a collo pendente cooperit, & p̄cedēte acolutho, cui ampullas uini & aquę coopertas: ut prius dederat, & sub una axilla

## LIBER SECVNDVS

## LXXXIII

pateram cōsuetam, sub alia uero axilla pateram auream paruam cū ansa p̄uentibus duobus seruientibus armorum ad credentiam Pontificis uadunt: ubi sacrista accepto in una magna patera uino a credentiariis sibi porrecto, quod ante p̄gustauerat lauat diligenter, & abluit calicem, calamum etiam pateram paruam auream, ampullas uero uino & aqua euacuat, & recenti uino, & aqua implet: quę omnia credentarii p̄libāt. Et mox ordine quo uenerant, reuertuntur. Sacrista autem omnia super altare reponit in cornu epistolę. Cum Pōtifex dicit Benedicis, & p̄stas nobis. Diaconus euangelii latini detegit calicem, & Pōtifex dicēte Per ipsum &c. signāte calicem digitis dextrę manus pedem calicis tenet & Hostiā super corporalia reposita tegit calicem, & ad suum locum post Pontificem reuertitur. Tum Pōtifex positus super altare manibus disiunctis incipit cātando. Per omnia &c. Et cum dicit. Pater noster: eleuat manus ante pectus, & eas sic usq; ad finem tenet, cum dicit. Et dimitte nobis, Subdiaconus patenam tenens facta altari reuerentia uadit ad cornu Epistolę & patenam dat Diacono euangelii: uelum uero cerimoniarium super credentiam sacristę reponit. Cum Papa dicit orationē. Libera nos &c. Diaconus euangelii patenam ipsam tradit Pontifici: qui se cum ea oratione finita signet more consueto, & eam supponat Hostię. Diaconus uero calicem detegat, supra quem Pontifex Hostiam frangat, & particulam illā quę in dextra manu restat super calicem paululum eleuatam tenens dicit cātando. Per omnia &c. Pax Dñi &c. Et signat ter cum particula super calicem, deinde eam in calice depōit, tū dicit submissa uoce Agnus Dei. Et cum Pontifex altare deosculatus dicit. Pax tecum. Ep̄s cardinalis assistens osculato prius altari a Pōtifex pacē accipit osculādo ipsū in ore, deinde in pectore: simili modo duo Diaconi Cardinales assistentes a Pontifice pacem accipiunt ipsum primo in ore, deinde in pectore osculando, altare aut non osculātur: Diaconus aut euangelii a Pontifice nunc pacē non accipit. sed postq; ipsum Papa communicauerit accepta pace a Pontifice. Ep̄s cardinalis assistens p̄cedente cerimoniarium defert pacē aliis cardinalibus, Regi & nobilissimo cuiq; si adsūt ordine suo, deinde primo Episcopo assistenti uidelicet ei: qui de libro seruit: qui aliis pacem subministrat. post hęc uni ex Subdiaconis in superpellicio: qui pacem prosequitur p̄latis paratis cum uicecamerario, si sit protonotarius, & aliis more cōsueti. postq; Pontifex pacem dederit Ep̄o, & Diaconis cardinalibus assistentibus capite discooperto ascendit ad sedē eminentem, quę sequuntur Ep̄s & Diacones cardinales p̄fati. & alii Ep̄i assistētes cum libro & cādela accensa, & ibi stans capite detecto & inclinato pontifex uersus ad altare aliis Cardinalibus & Episcopis assistentibus in locis, & officiis suis ministrātibus Diaconus euangelii apud altare detecto capite patenam cum sacramento reuerenter accipiens & ambabus manibus tenens eā in



## SACRARVM CERIMONIA RV M

altum usq; ad oculos eleuat. Et primo uertit se a latere suo dextro uidelicet epistolę usq; ad medium circulum Id est ut eius rhenes sint ad altare, & per eandem uiam reuertitur ut prius erat, secundo a sinistra parte usq; ad medium deinde procedens uersus cornu dextrum uidelicet Euangelii: ubi Subdiaconus expectat genuflexus patenam cum sacramēto summa reuerētia ei tradit, & mox Subdiaconus surgit, & Diaconus genuflectit quousq; Subdiaconus discedat, & portet sacramētum a sinistra manu Papę altero Cerimoniariorum eius fimbrias attollente, & Pontifex aduenienti sacramento profunde se inclinat & illud reuerenter adorat, Cum Subdiaconus peruenit ad Pontificem, stet ad eius sinistram erectus, & nō genuflexus, Diaconus uero accipiēs Calicem discoopertum ex altari eodem modo se uertit, ut de patena fecerat, inde accedit cum calice ad Pontificem ad dextrum eius latus. Cerimoniarius similiter ei fimbrias leuat, tunc Papa dictis orationibus opportunis sumit unam partem corporis Domini Subdiacono continuo patenam tenente, aliam uero partem in duas partes diuidit pro Diacono & Subdiacono. Interim sacrista uelum circa collum tenens, ut supra accipit calamum aureum in sinistra, & Calicem de quibus supra diximus uel coopertos in dextra, & antecedente acoluthi ampullas uini, et aque coopertas portante, & sub eius axillis duas pateras supradictas tenēte accedunt ad Pōtificem, cui Episcopus Cardinalis assistēs capiēs calamum prædictum illum discooperit, & uino ex ampulla cum stilo intus mundat super calicem: quē adhuc tenet sacrista deinde uinum infundit in pateram argēteam imponēs modicū de aqua, ex alia ampulla, & dat sacristę pro credētia. Et cum Pōtifex corpus Christi sumpserit. Episcopus Cardinalis porrigit ei calamum: quem Papa ponit in Calice in manibus Diaconi existēte, & sanguinis partem sugit: residuum cum particula hostię dimittit pro Diacono & Subdiacono. Tunc Diaconus Calicem dextra tenēs, & calamum sinistra, quem tamē de Calice nō extrahit stans inclinato capite Pōtificis manum dextram ex osculatus reuerēter ex eius manibus de corpore Christi communicat. Item osculata Pōtificis facie cum calice, calamo, & diuinissimo sacramento ad altare reuertitur, & cum calamo in sinistro cornu stans sanguinis partem sugit. Interim Subdiaconum coram se genuflexum, & eius dextram prius de osculatum Pontifex de residuo corporis Christi cōmunicat, & simpliciter ei osculum pacis donat: qui ad Diaconum cū patena eleuata ad cornu altaris accedēs, & ipse de sanguine cum calamo sugit: cum primo diligēter patenā super calicē excusserit, curaueritq; ne aliqua particula ea remaneat sacramenti: ac unus eorum particulam in Calice existentem ad labia calicis retrahit, & eā sumit. Imposito deinde in calicē uino albo se purificāt, & calicem ad credentiā sacristę restituit. Cum primum uero Pōtifex Subdiaconū cōmunicauerit, Ep̄s Cardinalis assistēs imponens

## LIBER SECVNDVS

LXXXIII

ex ampulla uinum in calicem: quem sacrista portauit dat Papę ad purificationem: Quo purificato sacrista cum calice illo, & patera argentea ad credentiam suam redit, & prior p̄sbyterorum Cardinalium ampullam uini manu dextra, & paterā auream manu sinistra ab acolutho accipiēs Pōtificis digitos super dictā pateram uinum effundendo abluit, & reddita acolutho ampulla pateram cū uino ad altare reportat: cōsignatq; ministris & ad locum suū redit. Ep̄s uero Cardinalis album pāniculum, quod purificationem appellāt, sibi ad hoc a sacrista assignatum Pōtifici tradit cum quo digitos tergit, deinde acolutho illud restituit cum ampullis ad credentiam sacristę reportādum. Pōtifex autem facta purificationē mitram accipit, & sedens quarto lauat manus ordine supradicto nobiliori aquā ministrante. Interim duo primi Ep̄i assistēs præcedunt ad sinistrum cornu altaris cū libro, puluino, & candela, & Pontifex lotis, terfisq; manibus surgens descendit ab altari: ubi ante gradum inferiorem deposita mitra per Diaconum Euāgelii accedit ad altare, osculatur illud in medio: uadit ad cornu epistolę: ubi liber paratus est, & dicit postcōmunionem, tum redit ad medium altaris: & illo osculato uersus ad populum stans dicit. Dominus uobiscū: & interea dum respōdetur, Et cum spiritu tuo uadit ad librū: ubi dicit. Oremus, & orationem: qua in totum finita cum respondetur Amen: reuertitur ad medium altaris, illud osculatur: & iterum ad populū dicit. Dñs uobiscum, & responso dato. Et cum spū tuo: Diaconus Euāgelii stans post Papā medius inter duos Cardinales assistēs cantat. Ite missa est uersus ad populum: ut Pōtifex. Interim Subdiaconus non Epistolę sed alius accipit Crucē, & eam portat ante Pōtificem iter ipsum & populum. Respōso Deo gratias: Pōtifex stans inclinato capite in medio altaris dicit. Placeat tibi &c. Quo dicto benedicit populo solenniter dicens. Sit nomen Domini benedictum &c. Data benedictione per Pontificem Ep̄s Cardinalis assistens ad sinistram Pontificis uersus ad populum pronunciat indulgentias sub his uerbis. Sāctissimus in Christo pater, & Dominus noster Dñs. N. diuina prouidētia papa octauus dat, & cōcedit omnibus hic presentibus plenariam indulgētia: uel tot annos, & totidem quadragenas de uera indulgētia in forma Ecclesię cōsuetā, Orate Deum pro felici statu suę sanctitatis, & sanctę matris Ecclesię. Interim dum indulgētia huiusmodi pronūciatur, Diaconus Euāgelii extrahit papę pallium, & illud supra altare reponit. Cardinales etiam, & p̄lati omnes paramēta sua deponūt & cōsuetum habitū accipiūt. Pōtifex uero sic paratus ad palatium reuertit cū baldachino associatus a Cardinalibus in capis: Diaconi tñ parati ex decēti more deberēt comitari pōtificem missalibus indumentis adhuc paratum usq; ad cameram suā. Et nota qđ hac die Dñi Diaconi Cardinales, & omnes alii officiales papę nō sacerdotes debēt cōmunicare de sacramento altaris.



## SACRARVM CERIMONIA RV M

De traditione ensis, & pilei: Cuius benedictionem require supra in prima parte. Cap.

Si Pontifex hoc die traditurus est ensem cum pileo alicui Principi uel nobili in Romana curia presenti si illum in matutinis non dedit: finita missa Pontifex ascendit sedem suam eminentem: corā quo genuflectit Princeps uel nobilis circumstantibus domini Cardinalibus: & tenete ante Pontificem uno ex clericis camerę ensem cum pileo predicto. Pontifex eū alioquitur hoc modo (Consuevit hoc aliquando fieri in camera Papę Post q̄ ipse fuit paratus in corona Cardinalium) Solent Romani Pontifices i preclara natalis Domini celebritate & c. ut supra in benedictione ensis. His dictis Pontifex tradit ensem cum pileo Principi: uel nobili predicto, qui illis acceptis Pontificis pedem osculatur deuote: & gratias agit: tum ensem cum Galero huiusmodi tradit uni ex familiaribus suis: ipse autem in ordine: & loco suo uadit ante Pontificem: & ipsum usq; ad camerā Papagalli comitatur precedete semper imediate ante eum illo: qui ensem cum pileo portat. Deinde deduci debet nobilis ipse ab omnibus prelati palatii: & familia Papę: & ab oratoribus, & baronibus urbis, ac aliis nobilibus amicis suis usq; ad domum habitationis suę hoc ordine. Primo equitabunt familiares: & curiales omnes in brenibus. deinde scutiferi Papę quos sequuntur barones Romani, & oratores: deinde Comites: & Duces si qui sint, post hos seruientes armorum, & post eos ensem cum pileo gestans: quem imediate sequitur ille: cui datus est ensis medius inter duos seniores prelatos palatii. deinde sequetur alii prelati palatii: & prelati oratores: & alii successiue, cubicularii: & alii capellani: & togati. Cum deductus ipse domum peruenerit, ibidem in loco conuenienti se firmet deducetes uersus & capite detecto agat Gratias singulis prelati illis cum ante ipsum equitant recedentes caput inclinando, & post recessum omniū prelatorum caput tegat: & domum suam intret: & recedant omnes. Ordo predictus obseruatus fuit in die Natiuitatis Christi Anni Millefimi quadringentesimi octuagesimi quinti Pontificatus Dñi Innocentii Papę octaui Anno primo, qua per prefatum Pontificem ensis cum pileo datus fuit Illustissimo Dño Francisco de Aragonia filio quarto nato Ferdinandi Sicilię Regis ad prestandum obedientiam nomine Regis genitoris sui summo Pontifici cum quibusdam aliis prelati: & Dñis Romam misso, qui in matutinis cum cerimoniis predictis cantauit quintam lectionem, & finita missa deductus fuit de palatio per prelatos palatii: & alios curie, cubicularios, & scutiferos Papę, ac Ducem Amalfitan. Comites morcouii: & montis Agani, oratoresq; q̄ plures usq; ad palatium Vrsinorum in campo flore. quod Reuerendissimus Dñs Ioannes de Aragonia Sanctę Sabine presbyter Cardinalis eius germanus secundo natus, ad cuius dextram ipse Dñs Franciscus continuo equitauit, inhabitabat. Si uero ensis pre-

## LIBER SECVNDVS

LXXXV

dictus daret alicui Regi in curia presenti, deduci debet ab omnibus Cardinalibus & tota Romana curia. Si uero cui ensis dandus est: i curia nō ē, clericus camerę qui eum ad missam ante Crucem portauit eodem modo & ordine eum finita missa reportat ad palatium Papę usq; ad cameram papagalli.

De uesperis uigilia In Natiuitatis Christi Papa in crastinū non celebraturo. Cap.

Si sanctissimus Dominus noster in die Natiuitatis Christi nō celebraret: Vesperis tamen & missę interesse uellet: Vesperę hoc modo dicuntur. hora competenti Papa indutus in camera papagalli amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali albo, & mitra preciosa uenit ad capellam more consueto. orat ante altare mitra deposita. Finita oratione surgit, & reasumpta mitra ascendit ad solium: ubi sedens recipit Cardinales ad reuerentiā. deinde deposita mitra surgit, & stans uersus ad altare secrete dicit. Pater noster. Quo finito alte incipit. Deus in adiutorium: & cū incipitur Psalmus sedet, & accipit mitram, & omnes alii sedent. prior presbyterorum Cardinalium incepto psalmo uadit ad scabellum, & assistit Pontifici: & sic oēs sedent usq; ad capm. Cū incipit capitulū, Papa surgit cū mitra & oēs alii surgunt. cum incipit hymnus extrahitur mitra Pontifici, qui stat usq; ad inchoationem antiphonę ad Magnificat. Interim dum hymnus dicitur unus acoluthorū extra cancellum capellę dimittit capam, & capit super pellicium & redit ad capellam stans cum clericis cerimoniarum. Incepta antiphona ad magnificat Papa sedet. accipit mitram. acoluthus super pellicio indutus accedit ad Pontificē cum thuribulo & nauicella: & presbytero Cardinali assistente ministrante Pontifex ponit incensum more consueto. Interim duo ex auditoribus pręueniunt ad altare, & hinc inde stantes eleuant anteriorem partem superioris mappę altaris: & illam plicant usq; ad medium uel circa. Cum incipitur Magnificat Papa cū mitra ascendit ad altare duobus auditoribus fimbrias eleuantibus: & Cardinalibus atq; Episcopis assistentibus auditoꝝ ad mitram seruiente, & secretis cubiculariis ipsum comitātibus. Cum Papa peruenerit ad altare in medio deponitur ei mitra: & assistens presbyter cardinalis ministrat Papę thuribulum. Papa incensat more solito altare. Incensato altari papa reddit thuribulum presbytero Cardinali: qui dat acolutho. accipit mitram & redit ad solium: in quo stans cum mitra incensatur per presbyterum cardinale stantem ante gradus solii: deinde acoluthus incensat presbyterum Cardinalem. & alios duos assistētes & successiue omnes Cardinales alios & alios in capella existentes more solito, cum primum uero papa recedit de altari, illi duo auditores mappam altaris ut prius erat, explicant, alii duo fimbrias papę eleuant usq; ad solium. Interim cum dicitur Magnificat duo alii acoluthi extra cancellum capellę dimittis cappis super pel-

M



## SACRARVM CERIMONIA RVM

liciis induuntur: redeunt ad capellam & cum cerimoniario se locant. Finita antiphona ad Magnificat præcedente cerimoniario duo acoluthi præfati cum candelabris, & candelis accedunt ante gradus solii Papæ medium inter se habentes clericum cerimoniarum. Papa surgit, & deposita mitra dicit. Dominus uobiscum quasi uersus ad altare. Oremus. Interim accedunt ante Pontificem duo primi Episcopi assistentes primus cum libro alius cum candela: & Papa dicit orationem, & cum dicit In fine orationis Per omnia secula seculorum: illi duo Episcopi assistentes cum libro, & candela ad suum locum reuertuntur, cum Papa dicit Dñs uobiscum secundo acoluthi factis solitis reuerentiis reuertuntur ad altare: ubi candelabra ad suum locum reponuntur. Interim unus subdiaconorum accipit Crucem, quam portat ante Pontificem. finito Benedicamus Domino Deo gratias Papa stans dat benedictionem dicens. Sit nomen Domini. &c. & non indulgentias. Papa Benedicente unus protonotariorum genuflexus supra scabellum ante Pontificem tenet auriphrygium sinistri lateris pluuiialis Papæ in transuersum ante umbilicum pontificis. Pontifex data benedictione sedet, accipit mitrã: & uadit ad faldistoriũ: ubi genuflexus orat cum mitra, surgit, & redit ad cameram: auriphrygium pluuialis hinc inde Diaconi assistentes portant nunc & in omnibus solennitatibus: aliis uero diebus aliquis ex protonotariis apostolicis auriphrygii simbrias simul iunctas a latere Pontificis defert: simbrias uero posteriores aliquis princeps, uel nobilis ex laicis.

De missa in die Natiuitatis Christi Papa  
præsentem non celebrante. Cap.

In die natiuitatis Christi Pontifex non celebrante unus Episcopus Cardinalium rem diuinam peragit hoc ordine. hora competenti peruenit ad ecclesiã, seu capellã Cardinalis celebraturus: & paramenta accipiat eo ordine ut supra in prima Dominica aduentus est expressum: sic paratus Pontificis aduentũ expectans. Pontifex aut paratus in camera papa galli amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali, & præciosa mitra uenit ad ecclesiã seu capellam. More consueto orat, facit confessionem, fit ei reuerentia & alia obseruatur, prout supra in prima Dominica aduentus est expressum. finito a cantoribus ultimo Kyrie eleison celebrans deposita mitra stans uersus altare dicit Gloria in excelsis Deo. & Cardinales cum Pontifice perficiunt Et in terra pax. &c. Et nota quod quando dicitur Gloria in missa: cardinales cum dixerint introitum & Kyrie eleison cum Papa: non recedunt de circulo sed expectant quousque per celebrantem incipiatur Gloria, & cum Pontifice hymnũ angelicũ perficiunt: deinde factis reuerentiis reuertuntur ad sedes suas: & Pontifex sedet cum mitra. Idẽ facit celebrans postquam & ipse compleuerit cum suis ministris hymnũ: & cum Pontifex sederit finito a cantoribus Gloria: Surgunt oēs: & celebrans deposita mitra stans

## LIBER SECVNDVS

LXXXVI

uersus ad populũ dicit Pax uobis. Deinde ad dextrã uersus ad altare Oremus & orationem quę unica est, cũ in euangelio dicitur & Verbum caro factum est: Papa, celebrans: & omnes alii genuflectunt. Finito euangelio celebrans stans sine mitra uersus ad altare dicit Credo. Interim Papa osculatur librũ euangeliorũ: incensat: & Cardinales ueniunt ad circulũ, nõ fit sermo. Alia omnia fiunt ut in prima dñica aduentus est expressum excepto Benedicamus dño, Diaconus uersus ad populũ dicit. Ite missa est, quo dicto celebrans cũ eo uertit ad altare: & dicit in medio altaris capite inclinato Placeat &c. Interim cerimonarius petit a Pontifice indulgentiã, quã celebrati notificat. Papa dat benedictionẽ more consueto. Interim celebrans stans in cornu epistolę detecto capite uersus ad Pontificẽ data benedictione uersus ad populũ pronũciat indulgentias dicens: Sanctissimus in Christo pater & dñs noster dñs. N. diuina prouidentia Papa. x. dat & cõcedit oibus hic presentibus septem annos, & totidẽ quadragenas de uera indulgentia in forma ecclesię consueta, orate deum pro sublimi statu suę sanctitatis & sanctę matris ecclesię: Tunc uersus ad altare illud in medio osculatur dicens. Dñs uobiscum. Sequentia sancti euangelii. uadit ad faldistoriũ sine mitra: ubi exiit a ministris oibus sacris uestibus. accipit cappã, & uadit in pace. Interim etiã Pontifex ad camerã suã reuertit. Quod si Pontifex ab ecclesiã, uel capella recederet antequam celebrans sacras uestes deposuerit: debet duo sui ordines Cardinales ipsũ expectare, & extra ecclesiã deducere.

De uesperis uigilię Natiuitatis Christi Papa absente. Cap.

Si uero Pontifex maximus infirmus aut alias impeditus uespis huius uigilię & missę diei interesse nõ posset: hoc ordine peragit officiũ. pro uespis Episcopus Cardinalis crastina die celebraturus peruenit ad ecclesiã, & facta oratione ante altare sedet in faldistorio in cõuenienti loco preparato: diaconus capellę aut alius assistens, & ministri, seu capellani ipsius Cardinalis usque ad numerum nouẽ oēs sunt induti coctis. Pontifici sacra facturo stanti ante faldistorium per scutiferos exiit cappa, & per assistentem capellã & alios capellanos, siue ministros induitur amictu, alba, cingulo, cruce, pectorali stola, quę pendeat a spatulis, pluuiali, & mitra preciosis, ac anulo pontificali. paramenta omnia per ministros ex altari ordinate portantur. sic indutus Pontifex expectat aduentum Cardinalium: deinde obtentã per cerimonarium a Reuerendissimis dñis Cardinalibus de inchoãdis uesperis licentia detrahit per capellanũ de mitra seruientem illi mitra, qui surgit, & uersus ad altare dicit secreta. Pater noster, quo finito alte incipit Deus in adiutorium meum. a cantoribus Dñe ad adiuuandum. &c. Incepto psalmo sedet in faldistorio & mitra ei imponit. cũ incipitur capitulũ surgit stat cum mitra uersus ad altare. finito capitulo extrahitur ei mitra, & stat sine ea usque ad finem hymni uersus ut erat. cum incipit antiphona ad Magnificat, sedet celebrans: imponitur ei mitra, & cerimonarius accepto thuribulo cum nauicella accedit ad celebrantem: qui ministrante assistente



## SACRARVM CERIMONiarVM

imponit incensum in thuribulum more consueto: & cum incipitur Magnificat, cum mitra surgit: & factis reuerentiis Cardinalibus uadit ad altare: ante cuius infimum gradum deponitur ei mitra: & facta reuerentia altari ascēdit & illud in medio osculat. accipit deinde thuribulū de manu assistentis, & incensat altare more cōsueti. quo incensato imponitur ei mitra & redit ad faldistorium factis prius altari & Cardinalibus consuētis reuerentiis. In faldistorio stans cum mitra incensatur ab assistente: deinde deponitur ei mitra: & assistens p̄cedente cerimoniaro celebranti facta reuerentia & altari incensat Cardinales per ordinem Episcopos, presbyteros, deinde Diacones. postmodum alios more consueto. Finito Magnificat celebrans sedet & imponitur ei mitra. finita Antiphona post Magnificat deponitur ei mitra & stans ante faldistorium uersus ad altare dicit Dominus uobiscum, & orationem diei conuenientē. Interim duo capellani medium inter se habentes capellanum librum tenentem stantes uersis faciebus ad celebrantem duo candelabra tenent cum faculis ardētibus usq; ad finem orationis, & cum replicatur post orationem Dominus uobiscum: inde descendunt. & cerimoniarus candelabra ad sua loca reponit. Dicto Benedicamus. &c. Imponitur celebranti mitra: cum qua facta reuerentia Cardinalibus & altari uadit ad medium altaris stans uersus ad altare dicit. Sit nomen Domini. &c. & benedicit more solito, & nō dantur indulgentiæ. Data Benedictione factis reuerentiis ut supra cum mitra reuertitur ad faldistorium. exiit ornamentis: quæ super altare reponuntur. induitur cappa & ad domum redit.

De matutinis Natiuitatis Christi Papa absente. Cap.

Cum uero Sanctissimus Dominus noster in hac nocte ad matutinas non uenit: hora competenti Cardinalis primam missam celebraturus in sua cappa lanea consueta accedit ad faldistorium iuxta altare in loco, mō suo cōsueti preparatum habens penes se nouem capellāos coctis indutos: ubi cū aliquotulum quieuerit p̄ cerimoniarū impetrata a Reuerē. Dominis Cardinalibus licentia incipiendi, Cardinalis officium faciens surgit: & detecto capite stans uersus ad altare dicit secrete Pater noster, Deinde alte Domine labia mea aperies. &c. & Et os meum. &c. Deus in adiutorium. &c. Domine ad adiuuandum. &c. & stat capite aperto quousq; p̄ficiatur inuitatoriū, psalmus, & hymnus. incepto primo psalmo sedet, similiter faciunt omnes alii Cardinales p̄lati ac officiales. cum dicitur psalmus tertius primi nocturni: cerimoniarū uadūt ad mediū chori inter sedes Cardinaliū presbyterorū & diaconorū: ubi pulpitu locant & librū desup: deinde redeūt ad locū suū. finito uersu primi nocturni celebraturus cardinalis surgit & apto capite stans uerso uultu ad altare dicit alte Pater n̄r, qđ secrete p̄ficit. deinde dicit alte Et ne nos. &c. Sed libera. Exaudi. &c. Interim cerimoniarus cādelā ceream accendit. quā & pulpito affigit &

## LIBER SECVNDVS LXXXVII

unum ex cāt oribus cum reuerentiis consuētis ad pulpitu ducit: ubi finita absolutione cantor ipse uersus ad celebraturum inclinato capite dicit alte. Iube Dñe benedicere, & benedictione accepta cantat lectionem. qua finita cum dicit Tu autem dñe: genuflectit uersa facie ad altare, deinde ad locum suum reuertitur. Eodē modo fit in omnibus lectionibus & nocturnis. celebrans primam, quartam, & septimam Benedictionē dat stans nudo capite quousq; dicitur. Et reliqua, tunc sedet. nonam lectionem cantat ipse celebraturus stans ante faldistorium: & uersa facie ad altare: capellanus autem suus assistens in superpellicio tenet ei librum. cum dicit. Iube domne benedicere, stat inclinato capite uersus ad primum cardinalem in choro p̄sentē: qui dat benedictionem. finita lectione statim celebraturus ipse incipit cantando. Te Deum laudamus, cantoribus p̄sequentiibus usq; ad finem. &c. Interim paratur ipse omnibus ornamentis pro missa: ut moris est. Nota tamen qđ commodius est quando incipitur Tertius nocturnus: ut celebraturus capiat sandalia, & dicat psalmos. Quam dilecta. &c. & ita sæpius obseruatum est. finito Te Deum celebraturus indutus omnibus paramētis, uel si omnibus adhuc indutus non est, in illis quibus tunc indutus est astantibus duobus ministris cum candelabris hic inde dicit uersus ad altare stans ante faldistorium sine mitra Dominus uobiscum: oremus, & Orationem. iterum Dominus uobiscum & cantores dicunt. Benedicamus.

De prima missa Natiuitatis Christi Papa absente. Cap.

Dicto a cantoribus Benedicamus Domino, Deo gratias celebraturus indutus omnibus paramētis accedit ante superiores gradus altaris cum mitra: ubi facit reuerentiam Cardinalibus, deinde detrahitur sibi mitra facit confessionem. cantores dicunt Introitum. celebraturus accedit ad altare. osculatur illud & librum, incensat altare. & alia facit ut moris est, post finem missæ dat benedictionem: & non denunciat indulgentias.

Si Papa in nocte Natiuitatis personaliter celebrat. Cap.

Si autem in hac nocte Summus Pontifex uellet celebrare omnia seruatur, quæ in missa Papali supra descripsimus, nisi qđ cōmunicaret in altari ipse solus, & non in sede eminenti: & non sugeret sanguinem cum calamo sed more cōmuni: & non se purificaret, quia est celebraturus tertiam missam, in qua cōmunicat in sede eminenti se & ministros. Item si uellet secundam missam celebrare immediate non deponeret sacras uestes, sed dētis laudibus ea sollemnitate: qua uesperæ cantari solent, inciperet secundam missam. Tres presbyteri uenirēt obuiam, & alia omnia cōsueti seruarentur: sed cōmunicaret in altari solus, ut de prima diximus.

De laudibus & secunda missa Papa absente Cap.

Finita missa recedunt omnes: & dicuntur laudes per cantores, & secunda missa per Sacristam, & alia prout supra dictum est.



## SACRARVM CERIMONIA RV M

De tertia missa in die Natiuitatis Christi Papa absente Cap.  
Cardinalis Episcopus in die Natiuitatis Domini Papa absente tertiã missam celebraturus preuenit ad ecclesiam orat. &c. prout supra de missa in presentia Papæ celebranda dictum est. Debent autem esse paratę in credentia lances duę pro lotionem manuum argentę tamen non inaurate quibus manus abluantur. Et scutifer aquam dans factis reuerentiis cardinalibus & altari genuflexus coram celebraturo facit credentiam, deinde dat aquam ut supra. Induitur celebraturus omnibus paramentis Pontificalibus, & alia fiunt prout supradictum est: Induto celebraturo postquam Cardinales cōgregati fuerint, petita ab eis licentia surgit de faldistorio cum mitra, & eundo uersus medium altaris extrahitur ei mitra per capellanum de ea seruientem, qui se ad partem retrahit. celebras uero facta reuerentia altari dicit confessionem. &c. & imponitur ei manipulus. ut supra in alia missa dictum est: ascendit ad medium altaris. & osculatur illud. deinde librum missalem ut supra antepōnit, deinde diacono ministrante incensum: postmodum desuper signum Crucis faciens incensat altare ut supra. quo incensato imponitur ei mitra, incensatur in cornu epistolę a Diacono, deinde cum mitra facta reuerentia Cruci uadit ad faldistorium deponiturq; ei mitra & stans uersa facie ad altare dicit Introitum & Kyrie eleison uno ex suis capellanis librum tenete: deinde sedet & impōitur ei mitra ut supra dictum ē in alia missa per totum usq; ad finem Epistolę. qua finita subdiaconus librum clausum ante pectus suum tenens uadit ad celebrantem & genu flexus ponit librū super eius genua & manum illius supra librum positum osculatnr, & surgens libro epistolarum deposito tenet missale celebranti ut supra interim dum dicitur alleluia, & Diaconus dū librū euangeliarū supra altare posuerit, ceremoniarus cum thuribulo & nauicella uadit ad celebrantem: qui ministrante Diacono imponit incensum & signat ut supra. Cerimoniarus autem tunc dat uni ex capellanis celebrantis thuribulum in dextram & nauicellam in finistram & duocandelabra cum luminaribus de credentia uel altari duobus aliis capellanis eiusdē. Diaconus uero iterea ad altare uadit: de quo librū accipiens & ipm anpectus tenēs an altare genu flexus dicit Iube dñe bñdicere. & bñctiōne accepta procedit ad lectionem euāgelii ordine supradicto, finito euāgelio factisq; reuerentiis reuertitur ad celebratē. Subdiaconus portat deosculādū librū euāgelioꝝ apertū celebrati & diaconus illum incensat, & mox celebras uersa facie ad altare dicit credo. &c. quo finito deposita mitra surgit: & uersus ad populum dicit Dñs uobiscum. Tunc uertens se ad dextrā ad altare dicit oremus & offertorium: sedetq; & deponitur ei anulus & chirothecę. lauat manus & cetera ut supra, surgit deinde, & cum mitra uadit usq; supra gradus altaris & facta reuerentia Cardinalibus procedit ad mediū altaris, ubi deponitur & mitra, & alia facit ut supra, & mi-

## LIBER SECVNDVS LXXXVIII

nistratibus Diacono, & ceremoniaro imponit incensū bñdicēs & incensans ut supra: qui deinde incensatur a Diacono: & successiue Cardinales incensantur ordine suo, & alii ut supra. Dicto Agnus Dei assistens celebrantis dimisso libro in manibus Diaconi uenit ad manum dextram celebrantis & ibi ante altare genu Flectit. surgit. osculat & Pacem a celebrante accipit: quam dat postmodum primo Episcopo, primo presbytero: & primo Diacono Cardinalibus, successiue aliis ut supra: Et cum uiderit celebrantem sumpsisse purificationem: dat Pacem ceremoniaro, qui perficit cursum suum. & alia fiunt ut supra. Dicto post Orationes Dominus uobiscum per celebratē, & Ite missa est per Diaconum: celebras dicit Placeat tibi. &c. quo dicto imponitur ei mitra & benedicit sollemniter dicens more cōsueti: Sit nomen Domini. &c. Et demum cōuersus ad populum pronunciat indulgentias per Papam concessas. Deinde ad sinistram manū se uertēs ad altare osculat illud i medio: & facta reuerentia Cruci deinde Cardinalibus cum mitra ad faldistorium reuertitur dicendo Euangelium sancti Ioannis, & alia que sunt dicenda. Interim sacris uestibus exuitur. ut supra.

### De die Sancti Stephani. Cap. XXIII.

In die sancti Stephani protomartyris officium peragit presbyter cardinalis in paramentis rubeis more solito. dicitur Oratio diei sub sua conclusione, deinde etiam dicitur oratio pro commemoratione de Natiuitate Domini etiam sub sua conclusione: & fit sermo.

### De festo sancti Ioannis Euangeliste. Cap. XXV.

In die sancti Ioannis Euangeliste celebrat presbyter Cardinalis in paramentis albis more consueto. oratio diei dicitur sub sua conclusione: deinde fit commemoratio de Natiuitate Domini, & Sancto Stephano sub alia conclusione: & fit sermo his duobus diebus. si Papa celebrat seruit ei pro assistente prior Presbyterorum Cardinalium: & non fit sermo nisi per ipsum Papam, aut aliquem ex Cardinalibus.

### De uigilia Circuncisionis & eius festo. Cap. XXVI.

In uigilia Circuncisionis Domini fiunt uesperę more cōsueti: ad quas Papa uenit albis paramentis. In die celebrat Episcopus cardinalis in paramentis albis. dicitur tantum una oratio: & fit sermo.

### De uigilia Epiphanię Domini. Cap. XXVII.

In Vigilia Epiphanię Domini fiunt Vesperę Papales, quibus Papa ornamentis Albis paratus interesse solet. In Die missa more solito dicitur, quam celebrare solet Episcopus Cardinalis in paramentis albis dicitur una Oratio tantum. Et cum Diaconus cantans Euangelium dicit Et procidentes adorauerunt eum Cantado genu flectit. quibus dictis surgit, & perficit. Simili modo Papa, & oēs alii, & fit Sermo.



## SACRARVM CERIMONIA RV M

De festo purificationis Beatę  
Marię Virginis. Cap. XXVIII.

Festum purificationis beatę Marię uirginis non habet uesperas solēnes præcedentes. In die autem officiū peragitur hoc ordine. Et primo ordinantur candelę in loco conuenienti benedicendę, & distribuendę per illos: ad quos spectat. uidelicet duo cerei magni ponderis uiginti librarū uel circa deaurati, depicti: & alius minor etiam pulchre ornatus pōderis duarum librarum uel circa, quem Pontifex in processione in manu portat. Item faculę cerę albę pro Cardinalibus, Regibus, & maximis principibus pōderis trium librarum quęlibet uel circa. Item faculę in numero sufficienti pro oratoribus, & prælati cerę cōmunis ponderis duarum librarum quęlibet. Item faculę unius librę in numero sufficienti pro subdiaconis, auditoribus, clericis camerę, acoluthis, cubiculariis, cerimōiariis, scutiferis Papę, & aliis officialibus. Item faculę medię librę in numero copioso pro populo. Aduiscentur etiam credentarii Papę quę in mane ordinent in loco: ubi candelarum distributio fiet: in angulo super altare uel in alio loco condecienti, uasa & aquam pro lauandis manibus Papę cum mantili & gremiali, ac medulla panis. præparent etiam clerici capellę in loco conuenienti duo candelabra & cum luminaribus uas aquę benedictę cum aspersorio, et thuribulum cum nauicella. Item parent baldachinum pro supplicatione habenda pro Pontifice. Deinde hora cōgruēti Papa indutus amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali rubro, & mitra simplicibus uenit ad capellā uel eccliam: ubi candelę sunt benedicendę. Et facta oratione añ altare, cum sederit, Cardinales faciunt reuerentiā in cappis consuetis, duo ultimi remanent in assistentia Papę. Et Diaconi duo assistentes uadunt ad capiendum paramenta, & illis reuerentibus illi duo ultimi uadunt ad sedes suas & ibi capiunt paramenta. Cardinales alii inter in locis suis, & prælati extra capellā capiunt paramēta uiolacei coloris statui suo & ordini cōueniētia. Diaconi cardiales portāt planetas plicatas ante pectus. quibus omnibus paratis Pōtifex benedicit candelas more solito. Solēt tum quādo Papa benedicit, et distribuit candelas in parua capella ad euitandam frequētiā. Cardinales & alii officiales omnes accipere paramenta & coctas in camera paramenti, & uenire cum Papa parati sacris uestibus non tamē supplicantiū more. Et tūc Cardinales cū paramētis supradictis faciunt reuerentiā prædictam Pontifici. Papa uero ministratibus Ep̄is librū & candelā & assistentibus duobus diaconibus cardinalibus more solito stās detracta mitra benedicit candelas uersus ad illas sub missā uoce legēdo dicēs Dominus uobiscū. &c. Et cū spiritu tuo. Oremus. Domine sancte Pater. &c. cū quatuor sequētibus pro ut in ordinario. Incepta quita orōne per Pōtificē uocat prior psbyterorū cardinaliū. accedit ad Pōtificē: cū eo duo acoluthi suppellicii induti unus cū thuribulo

## LIBER SECVNDVS LXXXIX

& nauicella: alius cū uase aquę bñdicte, & aspersorio. Finita benedictiōe imponit incēsum in thuribulū more cōsuetō. deinde accepto aspersorio de manu psbyteri cardinalis stans sine mitra aspergit tertio candelas, & de inde incēsat ducēs ter thuribulū, sedet post hæc & imponit ei mitra. Tum prior Ep̄orum Cardinaliū accedit ad Papā, & accipit duos magnos cereos de manu camerarii, uel eius locūtenentis cui clerici camerę eos subministrant, & illos dat Dño Papę cum debitis reuerentiis osculādo primo cerum, deinde manū Pontificis, cū Pōtifex eos tangit. Qui cerei deinde dantur ad mandatū Papę duobus nobilibus: quorū alter insignior uidelicet uadit ad dextrā, alter ad sinistram Papę. & ibidem stantes eos tenēt usq; ad finem missę. post magnos cereos datur Pontifici alius cereus minor ornatus: quem deinde seruat unus ex cubiculariis camerę. Et isto utitur Papa in toto officio. Cum Papę cerei dantur. cantores incipiunt Lumen ad reuelationem. Cereos omnes distribuendos debent ministrare clerici camerę stantes a loco ubi sunt candelę, usq; ad Papam, & illos dare ad manum Diaconi Cardinalis Papę assistentis a parte candelarum: qui illas Papę ministrat. ut uero Papa accepit suas candelas: duo auditores a credentariis Papę mappulam sumentes eam per Cardinales assistentes gremio Pontificis imponūt, & hinc inde genu flexi illam tenent. Et Pontifex incipit distribuere aliis. primo Dominis Cardinalibus secundum ordinem incipiendo a seniore id est ab eo: qui sibi cereos dedit, & Cardinalibus officialibus uidelicet uicecācellario, camerario, & penitentiario dat duas candelas pro quolibet. Celebraturus autem cum primum candelam suam acceperit, uadit ad faldistorium suum apud altare, & accipit paramenta omnia pro missā consueta. sicq; paratus expectat Pontificem more solito. Cardinales cum candelas accipiunt: manum Papę osculantur, deinde genu, alii uero prælati parati ter ante Pontificem genua flectentes. accepta candela osculantur genu tantum. Nota quę penitentiarii osculantur pedem tantum, & similiter in Dominica palmarum. Omnes uero alii quicumq; sint genu flexi coram Pontifice accepta candela osculātur eius pedem. Distributio autem fit secundum ordinem consuetum curię. Ita tamen quę prælati præferantur parati oratoribus laicis, & clericis nō paratis quorumcunq; oratores sint, & quibuscunq; et aliis principibus exceptis illis: quę inter cardinales seu in plano supremo solii Papę locū hñt. Illi aut statim sequuntur cardinales aut assistētes Papę, et alios quoscunq; platos. Finita distributiōe portatur aqua ad abluendas manus papę p nobiliore curię comitatibus ipm seruiētibus armos, & magro sacri palatii, seu hospitii: quę et duo auditores pcedunt, quorū unus mappulā ad tergēdū manus portat more cōsuetō. Et portat cū aqua supra uas ipm medulla p̄is pro mundandis manibus Papę per credentarios ut supra parata, & prior Ep̄iscoporum cardinalium adiuuat infundentem aquam manibus Pa



## SACRARVM CERIMONIA RV M

pe ut consuevit. Lotis manibus accedunt ante Pontificem duo acoluthi cum candelabris, & luminaribus: & deponitur mitra Papæ: qui surgit, & Episcopis assistentibus ex more librum ministrantibus dicit cantando: Oremus. & diaconus a dextris dicit Flectamus genua, & omnibus uersus altare genua flectentibus aliis Diaconis a sinistris statim continuat Leuate. Surgunt omnes: & Papa cantat orationem. Exaudi Domine. &c. pro ut in ordinario sub conclusione per Christum Dominum nostrum. qua finita, Papa sedet & accipit mitrā: & priore presbyterorum Cardinalium & acolutho ministrantibus imponit incensum pro supplicatione more consueto: & cantores incipiunt antiphonam Cum appropinquaret Dominus. Accenduntur cādelæ & fit supplicatio more solito usq; ad locum paratum unde Proicere debet cādelas populo. Deinde ad ecclesiam siue capellam: ubi missa dicenda erit: hoc modo proceditur. Scutiferi Papæ quos sequuntur alii more consueto prout supra in die Natiuitatis Christi dictum est. Papa, Cardinales, & alii omnes debent propriis manibus suas candelas portare ardentes a loco: ubi inceperit supplicatio: usq; ad locū ubi missa erit dicenda. Cum autem peruentum fuerit ad locum ubi candelæ per Papam populo sunt proiciendæ: manent omnes extra locū suo ordine, & cum Pontifice intrant subdiaconus cū Cruce, & cerosferarii, clerici cameræ ministrantes candelas, Episcopi assistentes Papæ, Diaconi assistentes Papæ & Cardinales, qui uoluerint intrare pro loci capacitate. cātōres apud hostium extra cantant: alii Episcopi omnes parati stant hinc inde ordinate extra dictum locum quousq; Papa candelas populo proiecerit. Papa uenit sub baldachino: quod per nobiles curiæ more consueto portatur. proiectis cādelis supplicatio reuertitur eo ordine: quo uenit. uel si alibi celebrandum est q̄ ubi candelæ benedictæ sunt, proceditur usq; ad capellam ubi missa erit dicenda: & officiales & prelati omnes extra cancellum superpellicia & paramenta deponunt: & cappas accipiunt, cū quibus intrant capellam. Cardinales autem intrant cum paramentis quæ deponunt intus in suis locis. & extinguntur cādelæ omnes exceptis duobus cereis Papæ: quos illi duo nobiles deputati cōtinuo tenēt ardētes. Papa cum fuerit atē inferiores gradus altaris: ubi missa dicēda erit. Si in illa capella cādelas nō benedixit, genu flectit in faldistorio & deposita mitra orat more cōsuetō. cum surgit, extrahitur sibi pluuiale rubrum & stola uiolacea, & accipit stolam, & pluuiale alba preciosa. Si uero ibidem candelas benedicit, quum prius ibi orauit cum primum ante altare fuerit, deponit paramenta simplicia prædicta recipit alba & preciosa, & ibidē añ altare cum celebraturo cardinale facit confessionē: & incipit missa. finita confessione accepta mitra preciosa ascēdit ad sedem eminentem. non fit ei amplius reuerentia & presbytero cardinali assistēte ministrāte imponit incensum, cardinales interim ueniunt ad circulum, incēsat̄ altare. deinde

## LIBER SECUNDVS LXXX

Papæ qui post dicit introitū, & alia more solito. Finito gloria i excelsis &c. psbyter cardinalis assistit ut moris ē. Anteq̄ incipiat euāgeliū, accēduntur omnes cerei, & per Papam Cardinales & prelatos, & alios oēs accensi tenentur in manibus usq; ad finem euangelii. Deinde reddūt̄ seruatoribus qui eos ardentes tenent usq; post cōionem. dicitur tñ una oratio, & ordinarie non fit sermo. Ministri utuntur dalmatica & tunicella.

Si festū purificationis caderet in dñica septuagesimæ bñdictio, & distributio cādelarū cū supplicatiōe fiūt ut p̄dictū est, missa aut̄ fit de Dñica, & festum purificationis, transfertur in secundam feriam sequentem.

Sequit̄ de festo purificationis Btē Marię uirginis Pōtifice absente. Cap.

Si uero Pōtifer nollet uel nō posset officio hodierno iteresse, nec cādelas bñdicere ac distribuere, psbyter Cardinalis celebraturus puenit ad ecclesiam hora cōuenienti, & postq̄ duo ad minus Cardinales aduenerint celebraturus uadit ad faldistoriū, accipit oia paramenta uiolacei coloris usq; ad dalmaticā inclusiue omis̄is tñ chirothecis, pluuiale uiolaceū & mitrā simplicē & annulū pontificalē, & accedit ad mediū altaris: ubi medius inter Diaconū, & subdiaconū stans deposita mitra uersus ad cādelas bñdicēdas dicit, Dñs uobiscū. Oremus Dñe sancte pater cū quatuor sequentibus orōnibus prout in ordinario: quibus dictis ministrāte Diacono imponit incensum, aspergit, deinde cādelas, tum incēsat prout supra dictum est: quo facto ponit̄ faldistoriū ad mediū altaris: ubi sedet celebrās, accepta mitra renibus ad altare uersus. & tūc Cardinales oēs & prelati, & officiales oēs paramenta, & suppellicia suo ordini cōgruentia accipiunt, uidelicet Cardinales in locis suis stantes: alii uero oēs extra capellæ cancellū. oibus sic paratis accedunt ad celebratē Cardinales, deinde prelati bini & bini cū mitris in capite & cū primi duo Cardinales corā celebrāte fuerint, deponunt mitras. Idē facit celebrās, & surgit. ministrantibus igit̄ uicecerario, & clericis cameræ uel in eorum absentia magistro domus palatii, & aliquibus cubiculariis cādelas prior cardinalium dat cādelā celebrātī sine aliqua deosculatiōe, deinde celebrās sine mitra stans dat priori, & successiue oibus cardinalibus singulas cādelas. Interim distributiōe incipiēte cātōres cātant Añam. Lumē ad reuelationē, sedet deinde celebrās accepta mitra & extēditur illi p̄ ministros mappula: q̄ duo ex capellanis suis suppellicio iduti hinc, & inde gēu flexi tenēt, & celebrās distributiōe p̄sequit̄ dans primo prelati detectis & inclinatis aliquātulū capitibus corā eo stantibus, deinde aliis oibus nō paratis successiue corā eo genu flexis singulas cādelas. cardinales & prelati parati oēs, neq; cādelā, neq; manū dātis osculatur, sed cum reuerētia tñ cādelas recipiūt, alii uero hoies genu flexi recepta candela celebrātis manū osculatur. Finita distributiōe celebrans sic sedēs lauat manus. tū deposita mitra ammouetur faldistorium. Tunc stans in medio altaris uersus ad crucem in altari positam dicit cantando



## SACRARVM CERIMONIARVM

absolute. Oremus. Diaconus flectamus genua. Subdiaconus Leuate. tunc profequitur celebrans oronem. Exaudi q̄s Dñe &c. prout in ordinario. Qua completa ministrante Diacono celebrans imponit incensum, & omnes suas candelas accedunt, deinde ordinatur supplicatio ad locum: ubi candelę populo proiici debent hoc modo. Procedunt scutiferi Cardinalium, & alii laici, deinde scutiferi Papę cum mioribus nobilibus, post eos procuratores ordinũ, secretarii, & aduocati mixtim, cubicularii, oratores principũ, & magui nobiles, cantores, acoluthi Papę, clerici camere, auditores, subdiaconi Aplici, unus capellanus celebrantis cū thuribulo, & nauicella, subdiaconus capellę crucę ferens: ita qđ figura Crucifixi ante se respiciat nō retro medius inter duos capellanos celebrantis suppelliis indutos duo cadelabra cū candelis ferentes, post eũ penitentiarii Papę, abbates, Ep̄i, Archiep̄i, Diacones, p̄sbyteri, Ep̄i Cardiales, deinde celebrans medius inter capellanũ suũ assistentẽ pluuiali indutũ a dextris & Diaconũ capellę a sinistris & fimbrias pluuialis sui hinc inde eleuantes. post eũ alii capellani sui suppelliis induti: deinde protonotarii, & alii togati. In aula iuxta locũ p̄dictum fit statio. Celebrans uero cū suis ministris Cardinalibus, qui uoluerint, locũ ascendit: & candelas proiicit populo. deinde eo ordine, quo uenerint de capella reuertunt, deponunt paramenta oēs, & suas cappas accipiunt. celebrans aut apud faldistoriũ deponit pluuiale, sedensq; accipit chirothecas, & surgenti ponitur casula, mitra, & annulus pontificalis. cū accedit ad altare facit confessionẽ: & incipitur missa more cōsuetõ: dicitur tm̄ una oratio. Ad euangeliũ celebrans suã cadelam ardentẽ in manu tenet. idẽ faciunt cardinales p̄lati & alii oēs in capella existẽtes. Finito euagelio restitunt candelę seruitoribus, & per eos tenentur ardentẽ usq; post cõionem celebrantis: tunc extinguuntur. Oia alia fiunt more consueto, & non fit sermo.

### Ordo distribuendi candelas.

Ordo aut distributionis candelarũ est iste. ueniunt Cardinales primo digniores, deinde alii. Si imperator adest: illi primo Põtifex dat candelã postq; ipse suas accepit, & deinde priori Ep̄orũ Cardinalium: tunc Regi si adest, inde secundo Cardinali, tunc alteri Regi si adest, & demũ aliis Cardinalibus & principibus: qui inter illos sedet ordine quo sedet. quod et seruatur in ramis palmarum, secus aut in cineribus: quia post oēs Cardinales dantur principibus laicis et Imperatori & Regi. Et aliqñ ut legi post oēs p̄latos paratos, tunc magni principes: qui inter Cardinales sedent, locũ habere solent, uel et illi qui in plano solii Papę sedent. Ep̄i assistentes, uicecamerarius, si e paratus p̄lati oratores parati, Archiep̄i, Ep̄i, Abbates, penitentiarii parati, oratores principũ non parati & cū eis Senator, & cõseruatores, si Romę sint, protonotarii, gñales ordinũ, nobiles ad gradus solii Papę stantes, subdiaconi, Aplici auditores, clerici came

## LIBER SECUNDVS LXXXI

re, acoluthi Papę, cubicularii secreti, clerici cerimoniarũ, Diaconus & Subdiaconus capellę, cubicularii extra cameram, aduocati, & Secretarii mixtim, procuratores ordinum, cantores Papę, capellani celebrantis, caudarii Cardinaliũ, scutiferi Papę, magistri, hostiarii, officiales, & ciues Romani, deinde alii omnes. ultimo seruientes armorum: qui dum fit distributio, debent assistere circa solium Põtificis: & curare ne fiat tumultus, aut impetus in pontificẽ.

### De die Cinerum.

### Cap.

Prima die Quadragesimę, quę cinerũ appellatur in mane sacrista parat sup altare uas cū cineribus mūdis factis ex ramis oliuarũ anno p̄terito benedictis. Itẽ credentiam Papę ordinare debet super angulo altaris duas lances pro lauandis manibus Papę cū mappa: & unũ mantile p̄ gremiali. Deinde hora competenti p̄uenit ad ecclesiam Cardinalis celebraturus: & in faldistorio in loco cōsueto sibi parato oia paramenta pontificalia accipiat demptis chirothecis & annulo põtificali. Põtifex autẽ indutus amictu, alba, cingulo, stola uiolacea, pluuiali rubeo, & mitra simplici uenit ad capellã: & more solito facit oronem ante altare in faldistorio. ascendit ad solium. sedet: & fit ei a Cardinalibus reuerentia more consueto. Et postq; duo Diaconi Cardinales ultimi reuerentiã fecerunt, assistunt Papę, & duo Diaconi assistentes uadunt ante sedem Diaconorum Cardinalium: ubi capiunt paramenta sua. idem faciunt Cardinales oēs in locis suis stantes. Duo primi Diaconi: ubi acceperunt paramenta sua reuertuntur ad assistendum Papę, & alii duo uadunt ad loca sua, & etiam capiunt paramenta. Interim etiam omnes p̄lati, & officiales sua paramenta, & coctas accipiunt extra cancellum capellę: & unus subdiaconus in conuenienti loco induitur amictu, alba, cingulo, & tunicella uiolacea. Omnibus Cardinalibus paratis cantores incipiunt Antiphonam Exaudi nos Dñe &c. Tunc accedit ante Pontificẽ Subdiaconus Apostolicus: ut supra dictum est paratus portans lancẽ cineribus plenã detectã: quã de altari sacrista siue cerimoniarũ sibi dedit: & ad dextram Pontificis genuflectit, ibidem dictam lancem cum cineribus, tenens quousq; Papa omnibus cineres imponat. Tunc accedunt duo Episcopi assistentes cum libro & candelã, & Papa benedicens cineres sedens cum mitra dicit Antiphonã. Exaudi nos Dñe. qua repetita deposita mitra surgit dicens. Dñs uobiscum. &c. Et cum spũ tuo. Oremus. Om̄ps sempiternę Deus cū tribus oronibus sequentibus prout in libro. Incepta quarta orone uocatur ad Põtificis dextrã prior p̄sbyterorũ cardinalium, & duo acoluthi superpelliciis induti, unus cū thuribulo & incenso, alius cū uase aque benedictę, & aspersorio: qui ambo etiam ad dextrã Põtificis locantur post p̄sbyterum Cardinalem assistentem. Finitis orationibus Papa ministrante p̄sbytero Cardinali assistente imponit incensum, aspergit cineres, deinde incelat, tunc cã



## SACRARVM CERIMONIA RV M

tores incipiunt, Immutemur habitu. &c. Prior Episcoporum iuxta anti-  
quam cōsuetudinem pluuiali indutus sine mitra uelut aliquando seruatū  
fuit, & Bonifacius nonus statuit: nunc uero celebraturus Cardinalis iam  
omnibus ornamentis sacris pro missa dicenda idutus demptis tamē chi-  
rothecis & anulō pontificali accedit ad Papam: & sine mitra solus dete-  
cto capite facta Papæ reuerentia stans coram eo supra scabellum nihil  
dicens imponit Papæ sedenti cineres supra caput in formam Crucis: de  
inde descendit de scabello. amouetur scabellum. sedet Papa. imponitur ei  
mitra, & accedunt duo auditores portantes mantile, quod a credentiari-  
is Papæ acceperunt, illud hincinde tenent super gremia Papæ: qui illi car-  
dinali: a quo cineres accepit: inclinato capite coram se stanti dat cineres  
dicens. Memēto homo. &c. Et nota qd' si Imperator, aut Rex sit præsens  
accipit cineres immediate post Cardinales omnes, & osculatur pedem pa-  
pæ, & similiter alii principes, qui sedent inter Cardinales recipiunt cine-  
res post eos. Non idem seruatur in distributione candelarum, & palmarū:  
quia hi accipiunt prout sedēt, In isto autem actu qui humilitatem præfert  
principes sacerdoti se inclinant, & illis cedunt, Cardinalis autem si est il-  
le, qui est celebraturus, acceptis cineribus reuertitur ad faldistorium su-  
um prope altare: ubi sedet, & accipit chirothecas & anulum pōtificalem,  
& imponitur ei mitra, sicq; manet usq; ad perfectam distributionem. Ac-  
cedunt post successiue omnes alii Cardinales & prælati, & alii, unus post  
alium & a Papa cineres accipiunt ut in candelis. Si autem qui dedit Papæ  
cineres est prior Cardinalium: postq̄ accepit cineres reuertatur ad locum  
suum, & celebrans in loco suæ receptionis & in habitu suæ dignitatis ac-  
cipit cineres, & deinde reuertitur ad altare, & capit ad omnia paramēta:  
uel ut aliqui uolūt accipit cineres cum plāeta statim post priorem Cardi-  
nalem. Acceptis cineribus Cardinales inclinati osculantur genu, alii et  
prælati parati genuflexi osculantur pedem Papæ, postq̄ cineres ab eo ac-  
ceperint. Datis cineribus papa adhuc cum mitra sedēs abluuit manus mo-  
re consueto prout etiam supra in purificatione dictum est, Deinde detra-  
cta mitra surgit & assistentibus ante cum duobus ceriferariis more soli-  
to cantat Dominus uobiscum. &c. Et cum spiritu tuo. Oremus. Concede  
nobis Dñe &c. sub cōclusiōe per Christum Dñm nostrū, ut in ordinario.  
His finitis prælati & officiales oēs extra cancellū, Cardinales uero intus  
in locis suis dimittūt paramenta, & accipiunt cappas suas consuetas. Et  
Pontifex facta oratione ante altare facit cū celebrante cōfessionē, & mo-  
re cōsuetō incipitur missa. finita confessione Papa ascendit sedē eminentē,  
& presbytero Cardinali ministrante imponit incensum in thuribulo. pre-  
sbyter Cardinalis reuertitur ad locū suū inter duos Cardinales. incēfatur  
altare, deinde celebrans, postea Papa. Interī cardinales ueniūt ad circulū  
more cōsuetō. Incēfato Papa p̄sbyter Cardinalis uadit ad circulum inter

aliōs cardinales, & Papa dicit Introitū & Kyrieleison. Cum dicitur Do-  
minus uobiscum ante orationem Papa descendit ad faldistorium: ubi ab-  
stracta mitra genuflectit: & sic manet usq; ad finem omnium orationum.  
Idem facit anteq̄ incipiatur uersus Adiuua nos sic manens usq; ad finē uer-  
sus, similiter dicto p̄ eum Sanctus usq; Per oia secula ante Agnus Dei, &  
ad oēs orationes post cōionem: & tunc oēs alii: qui sunt in capella genu-  
flectūt p̄ter celebrantē, Diaconum & subdiaconū: qui non genuflectunt  
nisi ad uersum. Adiuua nos. Ad Introitum, Sanctus, & Agnus Dei fit cir-  
culus p̄ Cardinales. patena tenetur p̄ subdiaconū. incēfatur oēs post Of-  
fertoriū. pax datur: & alia fiunt prout in aliis missis, & fit sermo. dicūtur  
quinq; orationes: prima de die sub sua cōclusiōe, secunda A cunctis, ter-  
tia Om̄s sempiternæ Deus: qui uiuorū &c. quarta contra paganos, quin-  
ta pro Papa. Et nota q; post ultimā oratiōem in fine missæ dicitur oratio  
supra populum sub sua cōclusiōe, & Diaconus surgens uertensq; faciē  
ad populum dicit Humiliate capita uestra Deo, ad quam Papa & oēs alii  
manent genuflexi quousq; dicitur Per oia secula &c. Tūc Pōtifex surgit:  
& accepta mitra ascendit ad solium, ubi deponitur ei mitra. Interim Sub-  
diaconus uenit cum cruce ante Papam: qui dicto per Diaconum Benedi-  
camus Dño, & responso Deo gratias dat benedictionem. deinde redit ad  
cameram more consueto.

### De officio diei Cinerum Papa absente.

Cap.

Si autem in die cinerum Papa non sit præsens: super credentia parant̄  
duo uasa argentea, due lances pro lauandis manibus Cardinalis celebrā-  
tis & alia more consueto. Deinde Cardinalis celebraturus præuenit ad ec-  
clesiam in tempore. induit se paramentis uiolaceis usq; ad planetam ex-  
clusiue dimissis chirothecis & annulo pontificali. accipit pluuiale super  
dalmaticam, & mitram albam, & accedit ad altare: ubi deposita mitra  
astans in cornu sinistro altaris uidelicet epistolę benedicit cineres in lan-  
ce ibidem super altare positas per sacristam: ut supra dictum est. cum ue-  
nerint Cardinales impetrata licentia celebrans cum mitra faciens reue-  
rentiam Cardinalibus accedit ad medium altaris: ubi deposita mitra re-  
nibus ad altare uersis a dextris habēs Subdiaconum capellę peluim cum  
cineribus reuerenter tenentem priori Episcoporum cardinalium in sua  
cappa lanea consueta ad se uenienti stans caput nudum inclinat: super  
quod prior prædictus etiam capite detecto cineres imponit dicens Me-  
mento homo &c. Cui mox similiter caput inclināti celebraturus impo-  
nit etiam cineres eodem modo. Cum ueniunt successiue cardinales reli-  
qui bini & bini cum suis cappis ad cineres. Et celebrans cum dat cineres  
cardinalibus stat sine mitra: deinde per clericos cappellæ apportat̄ fal-  
distorium: in quo celebrans sedet & accepta mitra & mappula pro gre-  
miali: quā diaconus capellæ sibi imponit duobus capellanis superpellia



## SACRARVM CERIMONIARVM

ciis indutis hinc & inde genuflexis illam tenentibus, dat cineres prelatis & aliis omnibus ad eum uenientibus: qui omnes se profunde inclinant. tamen neq; Cardinales: neq; alii manum uel aliud cineres imponentis debent osculari, datis cineribus celebrans Diacono & Subdiacono mantile tenentibus lauat manus. surgit deposita mitra. ammouetur faldistoriũ & reponitur in loco consueto, & stans in cornu epistolę uersus altare dicit. Dominus uobiscum. & Et cum spiritu tuo. Oremus. Concede nobis Domine: ut in ordinario. deinde reaccepta mitra uadit ad faldistorium; deponit pluuiale, sedensq; accipit chirothecas. incipitur missa in qua cū dicit Dominus uobiscum ante orationes quę epistolam præcedunt: Cardinales, & alii omnes in locis suis genuflectunt, & sic permanent usq; ad finitas omnes orationes. Idem faciunt quando in tractu dicitur uersus. Adiuua nos Deus &c. per totum uersum. Similiter dicto Sactus, usq; per omnia secula seculorum ante Agnus Dei &c. Dicto Dominus uobiscum ante orationes post cõmunionem. Et hoc seruatur in omnibus missis ferrialibus & mortuorum in capella Papę, siue sit præsens, siue sit absens Papa: omnes genuflectunt dictis temporibus, & fit sermo. Accedunt autem singuli pro cinerum perceptione eo ordine, prout supra in festo purificationis Beatę Marię uirginis in distributione candelarum est ordinatum.

Si Papa in die cinerum celebrabit. Cap.

Si autem in hac die cinerum Papa uellet ipsemet celebrare: finita oratione post dationem cinerum Papa sedet aliquantulum & mox surgens sine mitra incipit. Deus in adiutorium meũ pro nona. & cum incipit psalmus Mirabilia: sedet. Cardinales & alii omnes retinent sua paramenta. Diaconus euangelii, & Subdiaconus epistolę parati usq; ad planetam exclusiue induunt Papam more solito: Diaconi assistentes cum suis planetis ante plicatis adiuuant: dum sandalia imponuntur: Papa dicit q̄ dilecta &c. Finita nona: ut alias in tertiis Papa lauat manus cum cerimoniis cõsuetis. & tunc incipit seruire pro assistente capellano prior presbyterorũ cum pluuiali non cum planeta. parato Pontifice Diaconus & Subdiaconus capiunt planetas plicatas ante pectus & manipulum. fit supplicatio ad altare more consueto: occurrunt tres presbyteri Cardinales ut alias; Diaconus euangelii, & Subdiaconus epistolę dimittunt & reassumunt planetas: ut diximus in prima Dominica de aduentu. genuflexiones ad orationes, uersum & post sanctus seruatur: ut prædiximus; & omnia alia quę in missis papalibus seruari solent: nisi quę Papa communicat in altari nõ autem in sede eminenti. Et similiter communicat ministros: & cum calamo: & dicitur tantum una oratio cum alia supra populum. genuflectit tamen Papa: cū dicitur Adiuua nõ in faldistorio ante altare, sed in sede sua. Si Papa celebrans uellet ipsemet sermonem facere post euangelium descenderet ad faldistorium ante altare, & facta oratione sederet super cathedrã sibi positam

## LIBER SECVNDVS LXXXIII

sibi positã ante altare in medio ita ut renes uerteret ad altare, & inde sermonem haberet ad populum; & hoc si altaris statio requireret, uidelicet quod inde uideri possit populus, & tunc Diaconi assistentes sederent hinc inde & ante Diaconum a dextris sederet prior presbyterorum assistens, & apud eum diaconus euangelii, a sinistris uero Diaconus assistens tantum. Si autem sedendo ante altare non posset uideri populus, ut Romę in ecclesia sancti Petri. tunc ex sede eminenti Papa haberet sermonem: & sederent omnes ut consueuerunt. Si uero aliquis Cardinalis habiturus est sermonem: ipse debet seruire pro assistente cuiuscũq; conditionis sit & cum pluuiali.

De prima Dominica quadragesimę. Cap. XXXIII.

Prima dominica quadragesimę celebrare solet uicecamerarius Papę si est Episcopus: & si non est Episcopus dignior Episcoporum assistentium Papę cum paramentis uiolaceis. diaconus & subdiaconus utuntur planetis plicatis ante pectus. dicuntur quinque orationes: prima de die sub sua conclusione, secunda Acuctis, tertia Omnipotens sempiternus Deus qui uiuorum. &c. quarta cõtra paganos: quinta pro Pontifice, omnes hęc quatuor sub sua cõclusionem: & fit sermo, quem facit procurator ordinis predicatorum. Omnia alia fiunt more consueto.

De secunda Dominica quadragesimę. Cap. XXXV.

Secunda dominica quadragesimę celebrare solet alius ex Episcopis assistentibus Papę in paramentis uiolaceis. Ministri utuntur planetis plicatis prout in dominica præcedente. dicuntur quinque orationes ut supra. Omnia alia fiunt more solito. Sermonem facit procurator ordinis minorum.

De tertia Dominica quadragesimę. Cap. XXXVI.

Dominica tertia quadragesimę celebrare solet unus ex Episcopis Papę assistentibus in paramentis uiolaceis. ministri utuntur planetis ut supra. dicuntur quinque orationes. & omnia alia fiunt prout in prima dominica quadragesimę. Sermonem facit procurator ordinis Eremitarum diuini Augustini.

De quarta dominica quadragesimę quę dicitur lætare siue de Rosa Cap. XXXVII.

Quarta Dominica quadragesimę, quę dominica Lætare uel de Rosa uocatur, celebrare solet unus ex reuerendissimis dominis presbyteris cardinalibus. Hoc mane ante quę Pontifex secretam cameram exeat. in camera papagalli iuxta lectum paramenti aut alio cõuenienti loco insternit parua mensa mappulis mundis cooperta sericeis, duo candelabra cū luminariibus desuper. thuribulum cū incenso, uas aquę benedictę cum aspersorio ampulla cum balsamo, pixis cum musco, & unũ paruum coclear, ac candelabrum pro rosa desuper ponenda. cum Pontifex exit de camera secreta: præfertur ei aurea rosa per unum ex cubiculariis secretis: & ponitur su



## SACRARVM CERIMONIARVM

in mēsam super candelabrum prædictum. Et omnia seruantur circa benedictionem, & traditionem rosę, quę superius diximus in prima parte, Pontifex igitur hora competenti auream rosam deferens sinistra manu, & dextra populum benedicens ad ecclesiam cum pluuiali, & mitra preciosis procedit. duo Cardinales assistentes hinc & inde fimbrias pluuialis Papę eleuatas portant. Caudam uero portat nobilior laicus. cum Papa fuerit in capella apud faldistorium dat rosam Diacono a dextris assistenti: & ille uni ex clericis camerę, qui eam ad altare portat. & per sacram: uel eo absente per clericum cerimoniarum locatur super altare in medio. tunc fit confessio & missa incipitur more consueto. finita confessione Pontifex ascendit ad solium. celebrans utitur paramentis uiolaceis & mitra preciosa. ministri utuntur dalmatica, & tunicella non planeis, hac die non dicitur Pax uobis: sed Dominus uobiscum. Dicuntur quinque orationes, & alia fiunt, pro ut in Dominica prima quadragesimę. Sermonem facit procurator ordinis Beatę Marię de monte Carmelo. finita missa datur Rosa, & sociatur ille cui data est, ut supra diximus in prima parte.

### De quinta Dominica quadragesimę. Cap. XXXVIII.

Quinta dominica quadragesimę, quę de passione dicitur anteq̃ Papa de camera exeat coperiantur Cruces super altare: & quę ante Pontificem portari solet. si officium peragi debet in capella maiori consueuit parari quoddam uelum sericeum super altare: quo imagines in pariete altaris depictę cõtegantur: Hodie celebrare consueuit aliquis prælatus Romanę curię, Tres orationes dicuntur, prima de die sub sua conclusione. Secunda contra paganos, tertia pro Pontifice sub sua conclusione. cum in fine Euāgelii dicitur Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo clerici capelle super altare uelum paratum cordulis in rotulis supra in altum confixis euntibus sursum trahunt: ut eo imagines omnes ibidem depictę cõperiantur, & sermo per aliquem prælatum, uel per fratrem ordinis seruarum fieri consueuit.

### De Sexta Dominica quadragesimę in palamis Papa præfente. Cap. XXXIX.

Sexta Dominica quadragesimę quę palmarum appellatur, ordinentur palmę in capella benedicendę, & distribuendę, uidelicet duę magnę uariis floribus, & perpulchre laboratę, tertia parua simili modo ornata, & laborata pro Pontifice. alię palmę primis duabus minores etiam pulchre ornate sine floribus tamen pro Cardinalibus, minores pro prælatis & pro oratoribus, & magnis nobilibus, pro officialibus ac aliis omnibus ad capellam uenientibus. deficientibus palmis parantur rami oliuarũ,

## LIBER SECVNDVS

LXXXIII

in numero copioso crucibus ex foliis palmarũ cõfectis singulis alligatis. Item credentarii Papę ordinant super angulo altaris capelle: ubi benedictio fieri debet: duo uasa conuenientia pro lauandis manibus Papę: cum mantili, & gremiali ac medulla panis, clerici capellę præparent thuribulum cum nauicella cocleari, & incenso: uas aquę benedictę cum aspersorio, & duo candelabra cum luminaribus. paratur etiam per forerios ad ostium capelle baldachinum. Hora deinde conuenienti Pontifex paratus amictu, alba cingulo, stola uiolacea, pluuiali rubro, & mitra simplici præcedentibus Cruce ac Cardinalibus, & aliis more solito uenit ad capellam: ubi palmę sunt benedicendę. facta oratione ante altare ascendit ad solium, sedetq̃. tunc cardinales ueniunt ad reuerentiam cum cappis, deinde capiunt paramenta sua uiolacea: ut supra in candelis, & cineribus diximus: & similiter omnes alii prælati & officiales. omnibus paratis Papa deposita mitra surgit: & ministrantibus duobus Episcopis assistentibus librum, & candelam more solito. Papa stans benedicit palmas incipiens uers. Dominus uobiscum. Oremus Auge fidem in te sperantiũ Deus. &c. cum præfatione & quinque orationibus sequentibus. interim nihil cantatur. Cum quinta oratio dicitur: Prior presbyterorum cardinalium uenit ad dextram Papę: & duo acoluthi unus cum thuribulo & nauicella, & alius cum aspersorio & uasa aquę benedictę. finitis orationibus ministrante priore prædicto Papa adhuc stans sine mitra imponit incensum: deinde aspergit uersus palmas tertio, postea incensat ter ducens thuribulum, tum dicit Dominus uobiscum, & aliam orationem, quę incipit Deus qui filium tuum. &c. Tum sedens accipit mitram: & presbyter Cardinalis ac acoluthi ad sua loca reuertuntur: accedit deinde prior episcoporum cardinalium stans detecto capite ante Pontificem, illi dat sigillatim duas magnas palmas: quas Põtifex dat duobus nobilioribus curię tenendas: & tres ređas. qui iuxta Pontificem hinc & inde collocantur: deinde dat eidem tertiam minorem, qua Pontifex in officio utitur: & hanc unus ex cubiculariis secretis seruat, Et ad unamquamq̃ palmam osculantur palmam, & manum Pontificis. incepta distributione palmarum cantores dicunt Antiphonã Pueri hebreorum, pro ut in ordinario. palmas ministrant clerici camerę camerario uel eius uicecamerario: qui eas det Cardinali ad illam Papę manum assistenti: ad quam positę sunt palmę: & duo auditores accedunt, quorum dignior mappulam pro gremio Põtificis: quam a credentariis Papę accipit, Cardinalibus assistentibus porrigit, qui eam gremio Pontificis superponant. auditores uero illam hinc & inde genu flexi tenent usq̃ ad finem distributionis. Tunc Pontifex priori Episcoporum Cardinalium dat palmam, qui eam deuote suscipiens eius manum deinde genu dextrum osculatur. Idem faciant successiue omnes Cardinales.

N ii



## SACRARVM CERIMONIARVM

postmodum prelati omnes parati, & omnes alii. pro palmis ueniunt prelati parati genu flexi. postquam palmas receperint dextrum genu tantum; alii uero omnes pedem Papæ osculantur, uice cancellario maiore penitentiario & camerario Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus dantur duæ palmæ pro quolibet. Celebrans recepta palma sua uadit ad faldistorium prope altare: ubi deposito paramento accipit cappam, sedensque dicit Psalmum. Quam dilecta. &c. capit sandalia, & paratur more consueto. si missa in illa capella dicenda erit, in qua palmæ sunt benedictæ, poterit etiam prius accipere sandalia, & alia paramenta, & cum habitu ordini suo congruo ire pro palma, & deinde redire ad faldistorium. Si uero in alio loco benedicuntur palmæ, celebraturus accepta palma redit ad locum suum, ubi deponens paramenta accipit cappam, & uadit ad capellam uel ecclesiam: ubi rem diuinam est peracturus. ibidem paramenta recipit. ministri utuntur planetis ante pectus plicatis. finita distributione Pontifex lauat manus ordine consueto deferente aquam nobiliore laico, & ministrante Episcopo cardinali primo. tum deposita mitra surgit. accedunt Pontifices assistentes cum libro, & candela: ac duo acoluthi cum candelabris, & Papa stans Dicit Dominus uobiscum. Oremus. Omnipotens sempiternus Deus, pro ut in ordinario. Interim ordinatur supplicatio: & octo nobiles, qui baldachinum super Pontificem portent. Papa finita oratione sedens accipit mitram, & ministrante presbyterorum Cardinalium priore ponit incensum. Et nota quod ad priorem diaconorum cardinalium spectat semper ordinare supplicationes: & antequam Papa surgat, & eius crux se moueat, Diaconus a sinistris Papa assistens uersus ad populum alta uoce dicit In mediū lectionis Procedamus in pace, & cantores respondent: In nomine Christi amen. supplicatio fit usque ad locum ubi Pontifex populo palmas proiciet, & deinde ad ecclesiam siue capellam: ubi officium peragendum erit, proceditur eo ordine ut supra in die purificationis Beatæ Mariæ uirginis est expressum. postquam Pontifex palmas populo proiecerit cum ad ecclesiam siue capellam reuertitur, antequam Crux ingrediatur, intrant duo uel tres ex cantoribus & clauditur porta, & ibi duo uel tres ex prædictis cantoribus cantant Gloria laus. &c. Et cantores, qui sunt ab extra repetunt eundem uersum, prout in ordinario. Finitis uersibus uel maiori parte, ut tempus postulabit, cantores ab extra cantant Antiphonam. Ingressiente Domino: & subdiaconus cum Cruce tagit portam: quæ aperitur, & intrant omnes. prelati, & officiales antequam cancellum capellæ intrent, deponunt paramenta, & superpellicia, & accipiunt cappas. Cardinales uero in locis suis paramenta deponunt, & cappas accipiunt. Papa cum fuerit ante altare orat in faldistorio sine mitra, si prius ibidem non orauit, tum surgit, & cum celebrante dicit confessionem, & incipitur Introitus.

## LIBER SECVNDVS LXXXV

finita confessione Papa ascendit ad solium, sedetque, & ministrante priore presbyterorum imponit incensum, quia non fit ei reuerentia a Cardinalibus, cum prius facta sit, unaque tantum oratio dicitur. Dum cantatur tractus: clerici capellæ portant paramenta ad locum: ubi stant cantores. ibi tres ex eis dicturi passionem parantur amictu, alba, cingulo, manipulo, & stola in modum Diaconi coloris uiolacei. omnes consueuerunt tamen plerumque uti uariis coloribus importunitate aliquorum, & contra uoluntatem clericorum cerimoniarum. uidelicet qui euangelistæ personam sustinet albo, Iudeus rubro, Christus nigro. Sed honestius est ut omnes utantur uiolaceis. Et circa finem tractus mouet se a loco: ubi se induerint, & ille qui euangelistam aget portat librum, & præcedit, Sequitur iudeus, deinde Christus. faciunt reuerentiam altari & Papæ, deinde ascendunt ad osculum pedis papæ unus post alium: prout uenerunt: deinde uadunt ad locum euangelii consuetum: ubi passionem cantare debent sine luminaribus & incenso. Adducuntur etiam illuc tres capellani celebrantes, quorum unus stans in medio aliorum duorum tenet librum super caput suum, sicut ad euangelium subdiaconus tenere consueuit & mutantur per uias. Dum incipitur passio Papa surgit deposita mitra, & omnes alii surgunt, & stant usque in finem palmas manu tenentes. Celebrans uero deposita mitra uadit de faldistorio suo ad cornu epistolæ altaris: ubi stat discooperto capite & palmam etiam manu tenet. super altare habet missale & plane legit passionem uersus aliquantulum ad illam cantantes, Et postquam passionem legerit, dicit pro euangelio: Altera autem die, pro ut in ordinario. finita passione a cantoribus redit ad faldistorium suum. cum cantor in passione dixerit. Iesus autem iterum clamans uoce magna emisit spiritum. Papa in solio, celebrans ante altare, & omnes alii in locis suis detectis capitibus genua flectunt orantes per spacium unius Pater noster. Tum surgentibus omnibus cantor perficit passionem, & Papa sedet, & accipit mitram. Cantores uero factis reuerentiis altari, & Papæ recedunt. Diaconus autem planetam plicatam habens super humerum sinistrum accipit librum euangeliorum, & illum ponit super altare. deinde uadit ad osculum pedis Papæ. tum reuertitur ad altare & ibi genua flexus dicit Munda cor meum. &c. Interim ministrante priore presbyterorum cardinalium Papa imponit incensum more consueto. Diaconus dicto Munda cor meum. &c. accipit librum de altari tenens illum ante pectus suum, & accedit ante gradus Papæ: præcedentibus illum thuriferario, & duobus capellanis celebrantis sine candelabris, & luminaribus ac Subdiacono sequente, ut alias: petitque benedictionem. incensat librum, & cætat euangelium. quo finito Papa osculatur librum & incensatur, ac omnia alia fiunt, ut in aliis missis. Ad eleuationem Sacramenti Papa etiam solet tenere palmam suam non alii. Et non fit sermo. finita missa Papa dat benedictionem, & celebrans pronun-



## SACRARVM CERIMONIARVM

eiatur indulgentias. Illi duo nobiles cum palmis precedere debent immediate Pontificem post diacones assistentes usque ad cameram papagalli. & illas ibi camerariis secretis consignare.

De officio Dominicę palmarum Papa celebrante. Cap. XXXX

Si Papa hac die palmarum uoluerit celebrare: omnia seruabuntur, que in aliis missis papalibus seruari solent. Diaconus & Subdiaconus utuntur planetis antepectus plicatis, quas non accipiunt nisi cum Papa haberit omnia paramenta, & ipsi induti usque ad planetam exclusiue induunt Papam. Sed passionem cantabunt tres cantores more consueto: Si Cardinalis diaconus eam noluerit cantare: si autem Cardinalis cantare uoluerit, ut antiqui factitarunt: seruabitur ut latius dicemus infra in Parasceue. Cum uero peruentum fuerit ad locum, ubi dicitur. Altera autem die Diaconus Cardinalis deposita planeta & plicata ea, ac posita super humerum sinistrum: petit benedictionem. & facit ut alias quando est dicturus euangelium. Nostri temporibus non portantur luminaria ad hoc euangelium sed incensum tantum. Legi tamen in libris cerimonialibus, quod luminaria portantur ad hanc partem. Quid conuenientius, maiores statuunt. alia seruantur ut alias.

De officio Dominicę palmarum Papa absente. Cap. XXXXI

Si uero Papa non intersit huius diei officio: parantur palmę in loco conuenienti, ut ex altari commode benedici possint. Et Cardinalis celebraturus preuenit ad ecclesiam: ubi capit paramenta omnia usque ad dalmaticam inclusiue. deinde imponitur ei pluuiale, mitra, ac annuli pontificales sine chirothecis: quibus sic indutus, postquam Cardinales uenerint, Impetrata incipiendi uenia accedit ad altare cum mitra, & facta reuerentia Cardinalibus deponitur ei mitra, & facit reuerentiam Cruci in altari posite: & stans in medio altaris ex libro ibidem ante ipsum posito benedicit palmas assistente sibi a dextris Diacono: & a sinistris subdiacono, paratur interim aqua benedicta cum aspersorio, & thuribulum cum uascella incensi, que duo ex capellanis celebrantis tenent. finita benedictione celebrans imponit incensum in thuribulum, deinde aspergit, tum incensat palmas ministrante diacono. ponitur post hæc ei faldistorium ante medium altaris: ubi sedet, & accipit mitram, & mappulam super gremium: Et clerici camere, & uicecamerarius, uel in eorum absentia cubicularii Papę, & alius prælatus ministrent palmas celebranti. Interim omnes Cardinales iuxta ordinem suum in locis suis depositis cappis capiunt paramenta sua. similiter omnes prælati, ac officiales consueti extra cancellum capellę paramenta, seu superpellicia accipiunt, in quibus ad capellam reuertuntur. postquam omnes paramenta acceperint, accedunt car-

## LIBER SECVNDVS LXXXVI

dinales omnes: primi seniores, deinde alii per ordinem bini & bini, & cantores incipiunt Pueri hebręorum. cum fuerint primi ante celebrantem coram eo mitras deponunt: surgit celebrans deposita mitra, & e manibus primi Cardinalis accipiet palmam. Deinde celebrans det eidem primo Cardinali, & successiue omnibus aliis Cardinalibus palmas, stans semper sine mitra. Tum sedes cum mitra dat palmas omnibus prælatis, aliis dum sufficiunt, deinde det ramos oliuarum. Et neque Cardinales neque prælati palmas accipientes manum aut aliquid celebrantis osculari debent: sed solum palmas accipiendo aliquantulum caput inclinant. Alii uero omnes uidelicet protonotarii, officiales, & quicumque alii non parati palmas accipiendo coram celebrante genu flexi manum osculari debent. Veniunt autem eo ordine ad palmas recipiendas, quo de candelis, & cineribus diximus. Finita distributione celebrans adhuc sedens cum mitra ante altare lauat manus, deinde deposita mitra surgit: amoueturque faldistorium, & stans in medio altaris uersus ad altare dicit cantando Dominus uobiscum. &c. Oremus. Omnipotens sempiternus Deus. &c. Deinde imponit incensum in thuribulo & ordinatur supolipatio Crucem defert Subdiaconus capellę omnibus paramentis indutus inter duos ceroferrarios, quos præcedit thuriferarius. Crucem præcedunt scutiferi Papę. &c. prout supra in missa Papę, post crucem prælati omnes parati. deinde cardinales, & in fine celebrans solus medius inter Diaconum capellę a dextris & capellanum suum assistentem sine pluuiali, ambos eius pluuialis fimbrias sustinentes. Et omnes deferunt in manibus suis palmas. Cantores uero iuxta portam: ubi Papa consueuit palmas proiicere, se firment. locentur itaque per ordinem prælati omnes deinde Cardinales taliter quod iunior sit iuxta portam, extra quam solent proiici palmę populo. & hoc ordine uadunt ad locum: ubi palmę ad populum proiiciuntur: quem ingreditur celebrans cum suis ministris & aliis cardinalibus: qui intrare uoluerint, & palmas populo proiicit. tum ordine, quo uenerant, ad capellam reuertuntur, siue ad ecclesiam: ubi missa celebranda est. Subdiaconus uero cum Cruce & cantores cum fuerint apud portam capellę: siue ecclesię se firment ab extra: & duo uel tres cantores intrant, & clauditur porta omnibus aliis extra manentibus. Quibus hinc inde suo ordine stantibus cantores qui sunt intus incipiunt Gloria laus. &c. Respondent cantores ab extra ut in ordinario. Tum illi ab extra dicunt Antiphonam Ingrediente Domino. Et subdiaconus cum Cruce portam tægit, aperitur, & intrant omnes. Cardinales in capella deponunt paramenta in locis suis, prælati uero & officiales extra cancellum capellę, & capiunt cappas laneas. celebrans uero uadit ad altare: ubi in faldistorio suo deposito pluuiali sedet, capit chirothecas, planetam, mitram, & anulum Pontificalem. Tum accedit ad confessionem, & dicit missam more consueto, & dicitur tan-



## SACRARVM CERIMONIA RV M

tum una oratio, & non fit sermo: Cum tractus dicitur, cantores tres parant se pro passione dicenda, & circa finem tractus intrant capellam, veniunt ad celebrantem, cuius manum genu flexi osculantur: deinde cum tribus capellanis celebrantis accedunt ad locum consuetum, & dicunt passionem. Interim uero, dum passio dicitur Celebrans stans in cornu epistolæ altaris palmam in sinistra tenens, & missali super altari posito legit passionem & euangelium, ut supra Papa presente dictum est. finita passione reuertuntur ad loca sua cantores: diaconus capellæ ponit librū supra altare, & celebrans accedit ad faldistorium accepta mitra, ubi sedes ministrante Diacono capellæ imponit incensum. deinde dicto per Diaconum ante altare, Mūda. &c. illi coram se genu flexo Benedicit, & alia omnia fiunt ut supra diximus.

De matutinis tenebrarum quartæ Feriæ maioris  
hebdomadæ Papa presente. Cap. XLII

Feria quarta maioris hebdomadæ, quæ sancta dicitur, clerici capellæ ponunt in tempore in presbyterio, siue in plano altaris ad cornu epistolæ in opposito loci ubi faldistorium pro celebrante poni solet, in capella sacri palatii, & alibi pro loci dispositione. ponitur candelabrum in superiore parte triangulare aptum pro quindecim candelis unius libræ pro quolibet, uel circa. super candelabrum ipsum aptant, & collocant candelas ipsas pro matutinis tenebrarum. hora deinde conuenienti Papa indutus amictu, alba, cingulo, stola uiolacea, & manto cum caputio inuerso supra caput, uel cappa rubra de scarlato sine mitra, & non precedente Cruce uadit ad capellam & post eum Cardinales, & prelati. alii diaconi Cardinales qui alias assistere solent uadunt post presbyteros Cardinales in loco suo, quia Papæ non fit assistentia. fimbrias portat dignior ex assistentibus Episcopis post Papam. Quando Papa habet mantum assistentes Episcopi non debent habere cappas sed mantum, quod mantellum assistentis siue croceam uocant cum caputio inuerso in modum cubiculariorum. Cum Papa peruenerit ad capellam, facit orationem modo solito, deinde uadit ad sedem suam. Cardinales non assistunt: neque fit ei reuerentia a Cardinalibus. cum quieverit aliquantulum surgit, & detecto capite uersus ad altare dicit secrete Pater noster, quo completo caput sibi ipsi cooperit, & cantores incipiunt pro matutinis. Zelus domus tuæ. &c. cum incipitur Psalmus, Papa sedet & omnes alii assistentes Episcopi aptant mantum Papæ siue cappam. Ad finem cuiuslibet psalmi tam in matutinis quàm in laudibus cerimonia facta reuerentia Papæ accedit ad candelabrum quindecim candelarum, & extinguit unam ex candelis. finito primo nocturno Papa surgit, & detecto capite stans uersus ad altare dicit. Pater noster se-

## LIBER SECVNDVS LXXXVII

crete, & illud prosequitur. quo finito sine ulla pronunciatione absolute siue benedictione sedet: similiter & alii omnes cantores in loco eorum stantes ex libro super eorum pulpito posito uersi ad altare absolute incipiunt lectiones ex libro Threnorum sine lamentationum Hieremiæ prophetæ: ut in breuiario, & in principio, & sine faciunt reuerentiam altari, & Papæ. idem fit in secundo & tertio nocturno. Cum incipitur Benedictus, Papa surgit stans detecto capite uersus ad altare. & remanet una candelam super candelabrum. Interim extinguuntur per cerimonia sex candelæ supra altare paulatim: qui ita dispensat tempus, ut in ultimo uersu extinguat ultimam candelam. clerici capellæ extinguunt etiam eodem ordine sex intorticia posita super cancellum capellæ, dum replicatur Antiphona ad benedictus. Papa circa finem descendit ad faldistorium: & cerimonia accedit ad candelabrum, & unicam candelam. inde accipiens eam ardentem ad cornu Epistolæ altaris portat, & eam ibi sub altari abscondit ardentem. cum incipitur Christus factus, Papa genu flectit in faldistorio, & super illud procumbit. Quo finito cantores dicunt. Miserere alte legendo sine nota usque ad finem. Et Papa adhuc genu flexus dicit orationem. Respice &c. uoce intelligibili usque. Qui tecum exclusiue, quod secrete complet. Et finita oratione cerimonia incipit pulsare manibus super gradum altaris uel aliquod scabellum, & omnes faciunt fragorem, & strepitum aliquantulum. Et mox cerimonia profert candelam accensam, & omnes silent. surgunt & discedunt. candelæ quindecim spectant ad clericos cerimonia. Supra scripta omnia seruantur in quinta, & sexta feria sequentibus in matutinis: in quibus non portatur Crux ante Papam, neque ipse uenit cum mitra.

De matutinis tenebrarum quartæ feriæ maioris  
hebdomadæ Papa absente. Cap. XLIII.

Papa uero absente pro matutinis tenebrarum in quarta feria maioris hebdomadæ. postquam Cardinales aliqui in capella fuerint, & aliquantulum quieverint, & intorticia super cancellum, ac candelæ super altare, & candelabrum accensa sunt: Cerimonarius licentia impetrata cantoribus signum facit, qui dicant. Pater noster & incipiunt Antiphonā primi psalmi, qua incepta surgunt cardinales & omnes alii. incepto psalmo sedent omnes cerimonia in sine cuiuslibet psalmi extinguit unam candelam, ut supra. cum rñdetur ad uersiculū cuiuslibet nocturni: oēs surgunt, & detectis capitibus uersi ad altare stantes dicunt secrete Pater noster. deinde sedet & cantores dicunt lamentationes & lectiones ut supra. cum incipitur benedictus, surgunt cardinales, & alii oēs, & eo. finito cum repetit antiphona sedet usquequo incipiat Christus factus, tunc genu flectunt. finito miserere



## SACRARVM CERIMONIA RV M

prior cardinalium uel ut aliquando seruatum est Cardinalis in crastinum celebraturus genu flexus in suo loco inter alios Cardinales dicit Orationem: *Respice.* &c. Alia omnia fiunt ut supra.

De quinta Feria maioris hebdomade, quæ Cæna Domini dicitur Papa præfente. Cap. XLIII.

Feria quinta in cæna Domini Sacrista debet summo mane aut per diem antea parasse locum: ubi honorifice reponatur sacramentum, Quod Romæ fieri solet in parua capella palatii, & forerii baldachinum album ante cancellos capellæ magnæ super credentia præter consueta. paretur alius calix cum palla & patena, & mappula sericea, super calicem pro missa ordinatum ponantur duæ Hostiæ consecrandæ, Item portentur candelæ circa finem missæ distribuendæ pro deducendo Sacramento & processibus, ad locum conuenientem, uidelicet una duarum librarum uel circa pulchre laborata pro Papa, pro Cardinalibus ceræ albæ trium librarum uel circa quælibet, & duarum librarum ceræ comunis quælibet pro prælati paratis tantum: quia nullis aliis candelæ distribuuntur. Item parentur duodecim intorticia ad honorandum Sacramentum cum portatur, deinde hora competenti Papa indutus amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali albis, & mitra preciosis uenit ad capellam, orat, & facit confessionem more solito. non fit ei reuerentia a Cardinalibus, quia fiet postea in loco benedictionis anteq̄ legantur processus. facta confessione Papa ascendit ad solium, sedetq̄, & ministrante priore presbyterorum Cardinalium imponit incensum: incensatur altare, Papa, & celebras more consueto. Interim Cardinales ueniunt ad circulum. Gloria in excelsis, & Pax Domini ad collectam primam, & Credo in unum Deum dicuntur & una oratio tantum. non fit sermo. non datur osculum Pacis post Agnus Dei, sed Pax Domini, & Agnus Dei. ante omnes orationes sequentes dicuntur. Omnia alia fiunt ut alias. paulo ante cõmunionem cerimoniarius portat Calicem prædictum de credentia ad altare pro reponendo in eo Corpus Domini reseruandum. facta cõmunionem per celebrantem de utraq̄ specie anteq̄ se purificet, reponit reuerenter Corpus Domini reseruandum in calicem ultimo paratum. quem Diaconus cū palla patena desuper posita, ac uelo sericeo cooperit: & in medio altaris collocat reuerenter, deinde celebras se purificat in eodẽ loco. & reuerentia facta Sacramento sine mitra quasi lateraliter in cornu ep̄le ubi stas uersa facie ad populũ lauat manus ob reuerentiam Sacramenti, & cõplet missã. Interim prælati & subdiaconi, auditores, clerici cameræ, & acoluthi extra cãcellũ capellæ capiunt parameta & superpellicia ut moris est. Subdiaconus Crucẽ ante Põtificẽ portaturus oĩa parameta accipiat, ac si epistolã eẽt dicturus. per cerimonia riu uero distribuuntur cãdele, quæ portantur p̄ clericos capellæ. pro Sãctissimo Dño nostro datur uni ex cubiculariis siue secretis, & pro Cardinali

## LIBER SECVNDVS LXXXVIII

bus dantur suis familiaribus seruiantibus de cera alba. omnibus autem aliis prælati paratis de cera communi. Et in fine missæ dicitur. *Ite missa est.* Finita missa Papa dat benedictionem, & non indulgentias. & celebrans signas altare dicit. *Initium sancti Euangelii* &c. Accedit ad faldistorium. exiitque omnibus parametis missalibus, & deinde alia ordini suo conuenientia accipit, sicut alii Cardinales, & uadit ad locum suum inter alios Cardinales: qui omnes paramenta ordinibus suis conuenientia accipiunt. Sex capellani celebrantis cum superpellicis intorticia ante sacramentum portant. omnibus paratis duo acoluthi offerunt duo thuribula Papæ, & ministrante presbytero Cardinali Papa imponit incensum, & accenduntur omnes cãdele Papæ, Cardinalium, & prælatorũ: ac duo decim intorticia uel plura, si Papæ placet, quæ portantur per capellanos celebrantis duo per quemlibet. deinde Papa descendit ad altare: ubi genu flexus corpus Domini in calice pro crastina die repositum reuerenter incensat ter thuribulum ducens: Deinde calicem ipsum cum sacramento facta reuerentia deuote accipit, illumq̄ detecto capite portat sub baldachino: quod extra cancellos capellæ expectantes assistentes Papæ digniores Episcopi cum suis pluuialibus portant: mitras suas in manibus ferentes. hoc autem ordine proceditur. primo scutiferi Papæ, procuratores ordinum, Aduocati mixtim cum secretariis, cubiculariis nobiles & oratores, cantores Papæ hymnum Pangelingua cantantes, clerici cameræ, auditores, duo acoluthi cum cãdelabris. Subdiaconi, quorũ unus tunicella, & alius ut supra paratus Crucem portat. post crucem Abbates, Episcopi, Archiepiscopi, Oratores, prælati, Vicecamerarius, si est Episcopus, alii assistentes Papæ, Diaconi, presbyteri, Episcopi Cardinales omnes sine mitris. Deinde omnia intorticia quæ sequuntur, duo acoluthi cum cãdelabris, & duo acoluthi cū thuribulis sacramentũ continuo incensantes. Deinde Papa medius inter duos Diaconos Cardinales assistentes sub baldachino ut diximus: qui hinc inde phrygium pluuialis Papæ eleuatum retinent. Caudam portet dignior laicus urbis. Papam sequantur auditor de mitra seruiẽs medius inter duos cubicularios secretos. protonotarii, & alii sine paramentis. Cum papa fuerit in loco: ubi sacramentum reponi debet, Cardinalis: qui celebrauit uel Diaconus a dextris Papæ assistens illud de manibus Papæ recipiat, & in locellum reponit, Et Papa aliquantulum retrocedens facta reuerentia incensum ministrante presbytero Cardinali imponit, & sacramentum denuo: ut prius incensat: Deinde sacrista locellum claudit, & clauem tradit Cardinali in crastinum celebraturo.

De processibus: qui fiunt per Papam. Cap. XLV.

His peractis extinguuntur cãdele & intorticia omnia præter faculas, quæ super cãdelabris acoluthorum sunt crucem præcedentium. & itur



## SACRARVM CERIMONIARVM

supplicationis more ad locum: ubi processus legi debent: ordine quo ex capella maiore ad minorem cum sacramento uenerūt. baldachinum per oratores, uel nobiles supra Papam portatur. Cum ad locum benedictionis peruenerint: uel potius statim reposito sacramento Papa demisso pluuiali, & stola albis. accipit stolam, & pluuiale rubra preciosa, sedetque super sedem ibidem sibi paratam. ubi Cardinales omnes tantum ad reuerentiam recipit. deinde accedit ad pulpitem, unde uideat populum. Et Subdiaconus tunicella indutus stans a sinistris Papæ legit processum latine. Et Diaconus Cardinalis stans a dextris Italico sermone. dum incipiuntur processus: accenduntur candelæ: & Papa, & alii tenent suam accensam. Finitis processibus Papa, & omnes alii proiciunt eas super populum. His peractis mouetur pannus niger: qui erat ante Papam pendens in conspectu populi, & datur benedictio solennis. Sancti Apostoli &c. ut in libro, & publicatur plenaria indulgentia per duos Diaconos Cardinales assistentes, in latino per illum a dextris, & in sermone Italico per illum a sinistris. Deinde Papa reuertitur ad palatium ad mandatum faciendum. Et cardinales seniores, si uolunt, Pōtifice indulgente discedunt. Iuniores, & Diaconi remanēt. paramēta uero dimittūt in loco bñdictionis.

De mandato faciendo.

Cap. XLVI.

Cum Papa peruenerit ad aulam ad hoc paratam: sint ibi ordinati tredecim pauperes in albis uestibus nouis a Pontifice sibi datis sedentes super scamnis altis bene ornatis. credētia ordinata sit cum floribus & herbis odoriferis, uasis cum aqua calida & frigida: ac rebus aliis opportunis uidelicet peluibus tredecim cum totidem uasis aqua calida implendis. Item tredecim mappulis in alio bacili. Item aurei papales tredecim duplices, siue uiginti: sex simplices, & totidem nummi argentei pro elemosyna pauperum. Nam Papa dat cuilibet pauperi unum aureum duplicem: uel duos simplices, & totidem argenteos, & hi in aliquo uase, disponūt: duo uasa pro lauandis manibus Papæ cum suo mantili. Item paratur etiam pulpitem cum suo pallio albo pro Euangelio, & liber euangeliarum: ac aliud pulpitem pro cantoribus. duo candelabra cum luminaribus, thuribulum cum nauicella, & incenso, quæ acoluthi teneant, sedes pontificalis in plano, pluuiale rubrum, & simplex, & stola uiolacea pro Pontifice, & liber pro oratione. Cum peruentum fuerit ad locum: Papa exiit pluuiale preciosum, & induit simplex, & sedet in sede sua cum simplici mitra. Tunc acoluthus cum thuribulo accedit, & ministrante primo presbytero Cardinali: uel digniore alio post eum in eius absentia, Papa imponit incensum more consueto, Deinde Diaconus Cardinalis paratus sacris uestibus librum tenens ante pectus stans ante Pōtificem detecto, & inclinato capite petit benedictionem dicens. *Iube Domne benedicere.* Deinde uadit ad pulpitem: post quod stet

## LIBER SECVNDVS LXXXVIII

Subdiaconus Apostolicus tunicella, & aliis paramentis indutus tenens librum more solito. Et Diaconus dicit. *Dñs uobiscū, signat, incēset & cātet euangelium.* quo finito ceroferarii reuertuntur ad credentiam, & clerici capellæ amouent pulpitem: Subdiaconus autem portet librum osculandum pontifici, & diaconus, qui euangelium dixit, illo finito Papam incēsat, cantores finito euangelio cantant Mandatum nonum. Papa tūc surgit. extrahitur ei pluuiale, & portatur ex credentia linteum per auditorem seniore minore auditore ipsum precedente, quo Papa per Cardinales assistentes præcingitur, & precinctus descendit, & genu flexus cum mitra simplici ante primum pauperem assistentibus sibi duobus Diaconis Cardinalibus lauat ei pedem dextrum, quem Subdiaconus tunicella indutus a dextris Papæ genu flexus tenet. unius ex cubiculariis (nam per ordinem ueniunt unus post alium cum pelui & aqua) ad sinistram Papæ genu flexus sinistra sua uas tenet, & dextra ex aquiminario aquam tepidam miscet, lotum pedem Papa statim mantili tergit, & osculatur: Thesaurarius uel in eius absentia unus ex clericis cameræ tenet peluim cum pecuniis, & alius ex clericis cameræ uas cum mappulis, & cum Papa osculatus est pedem, dat lauato mappulam cum qua cum extersit, & aureum duplicem uel duos simplices cum tot argenteis. Idem facit successiue singuli s. & pro singulis portentur per alios cubicularios singula uasa: Lotis omnibus Papa reuertitur ad sedem suam, seditque, & lauat manus cum cerimoniis consuetis. Deinde surgit dicit *Pater noster secrete*: postea & *ne nos.* &c. *g.* Sed libera. &c. uers. *Tu mandasti mandata tua Domine. g.* Custodiri nimis. uers. *Tu lauasti pedes discipulorum tuorum. g.* Opera manuum tuarum ne despicias. uers. *Domine exaudi orationem meam. g.* Et clamor meus ad te ueniat. uers. *Dominus uobiscum. g.* Et cum spiritu tuo. *Oremus.* *Adesto Domine quæsumus officio seruitutis nostræ, & quia discipulis tuis pedes lauare dignatus es, ne despicias opera manuum tuarum: quæ nobis retinenda mandasti, ut sicut hic a nobis exteriora abluuntur inquinamenta, sic a te omnium nostrum interiora lauentur peccata, quod ipse præstare digneris Qui uiuis, & regnas Deus Per omnia secula seculorum. Amen.* Duo interim acoluthi ante ipsum duo candelabra cum luminaribus tenent. His finitis Papa omnibus presentibus nihil dicens intrat cameram, & omnes discedunt, omnes prælati qui mandato huiusmodi seu lotioni pedum interesse uoluerint, debent habere cappas prout in capella habere consueuerunt, & non mâtellos. Notandum quod ante Sixtum Papam quartum processus solebant legi, & benedictio solennis dari plerumque ante missam, Deinde dicebatur missa, & sacramentum post communionem portabatur ad loculum pro die crastina per Diaconum secundum rubricam communem, & aliquando per



## SACRARVM CERIMONiarVM

celebrantem sociantibus tantummodo ministris altaris cum luminari-  
bus: & illis reuersis finiebatur missa, & in fine si processus non erant lecti  
supplicantium more illuc proficiscebatur Pontifex cum omnibus ordi-  
nibus curiæ, & legebantur, & in fine fiebat mandatum ut dictum est. Six-  
tus autem prefatus proinde considerans Saluatorem nostrum non posse  
a nobis satis dignis laudibus uenerari, ordinauit modum supradictum.  
Finita missa postq̄ Papa discesserit: forerij debent nudare totam capellā,  
altare, sedem Papæ, & omnia.

### De officio in cēna Dñi papa celebrante. Cap. XLVII

Si hac die Pontifex uellet ipsemet celebrare, & sicut antiqui consue-  
uerūt primo processus facere, tñ poterit seruari ordo a Sixto quarto da-  
tus, si placuerit: & tunc Pontifex cum pluuiali rubro, & mitra simplici-  
bus descendit ad Ecclesiam ordine consueto, & non supplicatione instru-  
cta. facta oratione ante altare ascendit sedem: ubi consueuit accipere  
paramenta, nec uero fit reuerentia a Cardinalibus: quia fiet in loco: ubi  
processus leguntur. tres Diaconi, Subdiaconi, acoluthi, clerici came-  
ræ: & auditores parantur paramentis sibi conuenientibus. Diaconus  
euangelii, & Subdiaconus Epistolæ capiunt sibi omnia opportuna pre-  
ter manipulum. Pontifex deinde surgens sine mitra sub silentio dicit Pa-  
ter noster, & cantores dicunt Nonam sine nota. Interim imponuntur  
Papæ sandalia more consueto, & legit psalmos. Quam dilecta &c. In fine  
cum dicitur Christus factus est &c. descendit ad faldistorium ante altare  
& genu flectit usq; ad finem, & finito a cantoribus Miserere etiam genu  
flexus dicit orationem. Respice quesumus, deinde redit ad sedem suam:  
ubi lauat manus, & deponit pluuiale & mitrā, & accipit paramenta albi  
coloris preciosa, & alia ut moris est. Et tunc Cardinales, & omnes prela-  
ti capiunt paramenta sibi conuenientia. Prior Episcoporum Cardinali  
um assistit. omnia fiunt: ut in aliis missis papalibus, nisi qd' Papa com-  
municat solus in altari, & non in sede eminenti, & sanguinem sumit ex ca-  
lice non cum calamo, & reponit corpus Christi reseruandum in crastinū  
in calicem paratum anteq̄ digitos abluas, quod antiquitus portabatur  
mox ad sacristiam quæ est apud altare Diui Petri per Diaconum: uel per  
Episcopum Cardinalem assistentem. poterit tamen portari per Papam  
in fine missæ secundum institutionē Sixti supplicantibus omnibus cū cā-  
delis: ut supra, & reposito sacramento extinctis candelis ibitur more cō-  
sueto ad legendos processus. Consuerunt Romani Pontifices hac die cō-  
ficere sanctum chrisma, & oleum sanctum & catecuminum, & benedice-  
re Agnus Dei in primo anno pontificatus.

## LIBER SECVNDVS

### De officio diei Iouis Sanctæ Pa- pa absente.

#### Cap. XLVIII

Si Pontifex Officio diei Iouis non interfit paratis omnibus pro mis-  
sa celebranda, & reseruando in crastinum sacramento: quæ superius dixi-  
mus: Cardinalis celebraturus tempore congruo capit paramenta, & so-  
litis cerimoniis perficit missam usq; ad factam cōmunionem. deinde an-  
teq̄ se purificet reponit sacramentum reseruandum in calice. incensat, &  
supplicatione habita illud portat ad locum preparatum hoc ordine. pre-  
cedunt scutiferi Cardinalium & Papæ: si adsunt, aduocati, secretarij, cu-  
bicularij, deinde acoluthi, clerici cameræ, auditores, Subdiaconi Apo-  
stolici, nobiles oratores, cantores dicentes Pange lingua. capellani cele-  
brantis cum intorticijs, cerimoniarius cum thuribulo, seu duo cerimo-  
niarii cum duobus thuribulis continuo incensantes sacramentum, dein-  
de celebrās sine baldachino medius inter Diaconum, & Subdiaconum:  
quem sequuntur sine paramento Episcopi Cardinales presbyteri & Dia-  
coni, & prelati in cappis suis, & alii officiales: si tamen uellent parati cū  
solenni supplicatione procedere: seruetur ordo descriptus supra, quan-  
do sacramentum portatur per Pontificem: nisi qd' crucem portaret Sub-  
diaconus capellæ: & Cardinali ministrarent sui ministri, & non officia-  
les Papæ. Reposito sacramento eodem modo reuertuntur ad altare, &  
perficitur missa: & datur benedictio, & publicantur indulgentiæ si Papa  
non facit processus.

### De lotionem pedum tredecim pauperum Papa absente.

#### Cap. XLIX.

Paratur in aula consueta pro tredecim pauperibus lauandis creden-  
tia, & alia: ut superius diximus. deinde uenit Cardinalis lauaturus. Se-  
det. faldistorio in loco conuenienti sibi preparato: ubi accipit stolam,  
& pluuiale uiolacea, & mitram simplicem, & ministrante Diacono ca-  
pelle: qui paratus cum Subdiacono: ut in missa fuerat ei assistit. Cardi-  
nalis imponit incensum. deinde Diaconus librum Euangeliorum ante  
pectus tenens genu flectit ante Cardinalem benedictionem petens: qua  
accepta astantibus duobus ceroferariis uadit ad pulpitem signans in-  
censans, & cantans: ut moris est Subdiacono capelle stante retro pulpi-  
tum, & librum tenente. Finito euangelio ceroferarij reuertuntur ad cre-  
dentiam. Subdiaconus portat librum osculandum Cardinali. & Dia-  
conus eum incensat. deinde deponitur Cardinali pluuiale, & per unum  
e suis capellanis portatur linteum: quo per Diaconum, & Subdiacono-  
num cingitur. accedit deinde cum mitra ad pauperes, & incipiens a pri-  
mo singulis genuflexus pedem dextrum lauat. extergit. osculatur, & dat  
mappulam cum aureis, & argenteis Subdiacono pedem tenente, & ca-  
pellanis suis pelues, & aquam: Clericis cameræ uasa cum mappulis,



## SACRARVM CERIMONiarVM

& pecunia ministrantibus. Quibus lotis accedit ad faldistorium, ubi sedens lauat sibi manus uno ex scutiferis aquam ministrante, tum surgit & detecto capite incipit alte Pater noster, quo secrete completo dicit. Et ne nos, & uers. & orationem Adesto Domine, prout in ordinario, qua finita depositis sacris uestibus, accipit cappam & ad domum suam reuertitur.

Quando Papa processibus tantum interesse uolet & publicam indulgentiam populo dare. Cap. L.

Si uero Papa hodierna die missæ & mandato non interesset, sed processibus tantum: id hoc ordine agitur. post benedictionem missæ per celebrantem datam non publicantur indulgentiæ, prelati etiam & Cardinales ac alii accipient paramenta in locis sibi conuenientibus, & distribuuntur candelæ, ut supradictum est. Pontifex autem indutus amictu, alba, cingulo, stola, pluuiali rubro, & mitra preciosis in camera papagalli ministrante priore presbyterorum Cardinalium ex more imponit incensum & supplicabunde procedit ad locum: ubi leguntur processus. crucem præcedunt thuriferarius, & ceroferrarius, & alii ut alias. Et portatur baldachinum per nobiles, & oratores super Papam usque ad locum benedictionis. fit ibidem Papæ reuerentia per Cardinales more solito. accenduntur candelæ omnes, & leguntur processus: Quibus finitis proiciuntur candelæ. amouet panus niger. Papa benedicit more consueto. & deinde ad cameram suam uadit, sicut seruatum fuit anno primo Innocentii octauo propter eius infirmitatem.

De sexta feria maioris ebdomadæ Papa presente. Cap. LI.

Die ueneris in parasceue solet officium facere qui præcedenti die in cena Domini celebrauit, quia uidetur inde dependere, & unum atque idem esse officium: Cardinalis celebraturus parat se cum paramentis nigris siue sandaliis & sine chirothecis, & non dicuntur antiphonæ Ne reminiscaris, nec psalmus. Quam dilecta. &c. Ministri utuntur planetis plicatis. altare debet esse totaliter discopertum. super credentiam debet esse uas cum bocali tantum pro lauandis manibus, & non alia uasa ad ornatum quæ in aliis missis habentur: & aliud uas pulchrum pro offertorio iuxta Crucem pro tempore adorationis ponendum cum duabus mappulis sericeis pulchris. mappa credentiam tantum cooperiat, & a nullo latere dependeat: & duo candelabra cum faculis: & sex intorticia non accensa super candelabros: quæ omnia post adorationem accenduntur. Ante altare faldistorium pro Papa more consueto uno tantum puluino uiolaceo desuper posito, & ad sinistram aliquantulum retro ponitur scabellum nudum pro celebrante. tota capella nuda est, & sedes Papæ pulpito uiolaceo tantum cooperta. hora competentis Pontifex indutus amictu, alba, cingulo, stola uiolacea, & cappâ purpurea cuius capucium duabus spinulis hinc & inde super spatulis appetitur, ne retro cadat in capite habens mitram simplicem, Cruce uelata, & Cardinalibus præcedentibus uenit ad capellam. procumbit in faldistorio

## LIBER SECVNDVS

CI

distorio, & diutius orat uidelicet per spacium unius Miserere mei Deus uel circa ut sibi placet. Cardinalis celebraturus indutus ut supra sine mitra accedit prope Papam cum suis diacono & subdiacono, & super scabellum nudum a sinistris Papæ sibi præparatum similiter orat. Interim clerici capellæ unam mappam, siue tobaliam tantum super altare extendunt. Orationibus finitis Papa ascendit ad sedem suam nudam assistentibus sibi duobus Diaconis cardinalibus more solito, & celebrans ad suum faldistorium etiam nudum. Non fit reuerentia per cardinales, neque ministri prophetias, passionem, & euangelium dicturi, osculatur pedem Papæ, sed sine osculo omnia fiunt. postquam omnes confederint, unus ex cantoribus superpellicio tantum indutus associatus per cerimoniarium accedit ad locum: ubi epistola dici solet: & factis Papæ & altari reuerentiis sibi ipsi librum tenens legit primam prophetiam sine titulo: finita prophetia, factis reuerentiis, cantor solus redit ad suum locum. Cerimonarius portat librum ad altare, & celebrans legit ex missali prophetiam & tractum. post prophetiam dicitur tractus. Domine exaudi. &c. quo finito celebrans stans ante faldistorium uersus ad altare sine Dñs uobiscum absolute dicat. Oremus, & diaconus retro eum stans flectamus genua: & subdiaconus leuate celebrans dicit orationem. deinde sedet & aliam prophetiam cantat etiam sine titulo subdiaconus in dicto loco: & ea cantata legitur per celebrantem cum tractu. Alius postea tractus dicitur, qui dum cantatur portantur paramenta ad cantores, & tres ex eis parantur pro passione cantanda, ut dictum est in Dominica palmarum: qui in fine tractus ueniunt, & facta reuerentia locantur in loco consueto, & assistentibus tribus capellanis, ut librum teneant, cantant passionem, ut supra in die palmarum dictum est. celebrans autem incepta passione: nulla ad Papam facta cerimonia detecto capite accedit ad cornu epistolæ altaris stans aliquantulum uersus ad passionem siue mitra, & passionem cum missali ante cumposito legit secrete. Et cum peruentum est per cantores ad locum, ubi dicitur. Et inclinato capite tradidit spiritum. Papa, & celebrans, ac omnes alii in suis locis genua flectunt uersi ad altare aliquantulum orantes: cum Papa surgit & se erigit, surgunt omnes & continuatur passio usque ad finem. qua finita Papa & celebrans, ac cardinales sedent. Tum Diaconus capellæ deposita planeta capit illam uel aliam plicatam quæ sub brachio eius dextro ligatur. celebrans in altari perficiat passionem in toto. peruento deinde ad locum, qui legitur in tono euangelii: cantores factis reuerentiis reuertuntur unde uenerunt. Diaconus capellæ ponit librum supra altare, & genu flexus dicit Munda cor meum. deinde sine benedictione, & sine luminaribus, & absque incenso præcedente cerimonario. & sequentibus ipsum subdiacono, & duobus capellanis celebrantis, accedit ad locum euangelii, & cantat, ut in libro quem subdiaconus tenet stans

O



## SACRARVM CERIMONiarVM

in medio inter duos capellanos predictos. Consueuerunt tamen antiqui portare luminaria ad partem: in qua legitur in tono euangelii, & ea finita illa extinguere: & ita seruatum legi tempore Gregorii noni, Innocentii tertii, & aliorum. Hodie non seruatur. Lecto euangelio Papa non osculatur librum, neq; incensatur: sed ille qui est oraturus accedit ad pedes Papæ, & illis non oscularis, neq; petita benedictione tantum petit indulgentias. Deinde uadit ad pulpitem, facit sermonem, & in fine statim pronuntiat indulgentias: quia non dicitur Confiteor, neq; datur benedictio. His peractis celebrans surgit, & dimissa mitra accedit ad cornu altaris epistolæ, & dicit Orationes solennes, pro ut in ordinario, in quibus diligenter aduertendum est in responsione. Amen, Et ad Flectamus genua, quando dici debeant, & quando omitti. cum dicitur ultima oratio, uel parum ante clerici capellæ ponunt unum magnum tapete a superiori gradu altaris per longum capellæ: & super primos gradus ponunt puluinum magnum uiolaceum, & desuper mappulam unam sericeam pulchram, super qua postmodum Crux ponitur. Finitis orationibus celebrans accepta mitra uadit ad faldistorium: ubi deponit mitram, & casulam: & procedit ad posterius cornu epistolæ iuxta parietem. & diaconus accipit Crucem uelaram de altari, & illam offert celebranti, qui eam reuerenter accipiens eius summitatem ad Crucis transuersum detegit manu dextra: deinde ambabus manibus eam eleuans ad oculorum altitudinem, stans uoce demissa solus cantat: Ecce lignum Crucis capellano suo assistente cum pluribus a sinistris sibi librum tenente. Omnes tunc surgunt, & capita detegunt. Cerimoniarius ministri, & capellani omnes celebrantes apud altare omnes prosequuntur: In quo salus Mundi pependit. Cantores tunc perficiunt. Venite adoremus. ad quæ uerba uidelicet Venite Adoremus Papa & omnes alii excepto celebrante genu flectant. deinde celebrans procedit ad ipsum cornu altaris in eodem latere manens, & discooperit brachium dextrum Crucis: & caput figure crucifixi, & eam eleuat ut supra, & aliquantulum altius, cantat ut supra. cui respondetur, & genu flectitur ut supra. Tertio celebrans procedit ad medium altaris, & uersus ad populū discoopit totam Crucem, & eleuans, & altius cātās facit ut supra. & ut supra rīndetur, & genu flectitur. finitis respōsiōibus celebrans eū reuerētia, & deuotione solus sine ministris uadit ad locum paratum predictum nō faciēdo reuerentiam neq; Papæ, neq; altari, ubi genu flexus reponit crucem reuerenter, surgit, & facta tātum Papæ reuerentia ad faldistorium suum reuertitur: ubi unus ex scutiferis suis ei sedēti calciamēta detrahit. Interim per ceremoniarium ponitur ad sinistrum brachium Crucis pro offeritorio uas unum aureum, & cātōres incipiūt cātare Popule meus, & cōtinuāt ad finem adorationis. Tum per ceremoniarium nudatur Crux Papæ, & acoluthi omnes accedūt ad eleuādas fimbrias Papæ, cubicularii se-

## LIBER SECVNDVS CII

creti subtus genu flexi extrahūt eius calciamēta. qđ si forte Pōtifex, propter eius inualitudinem aut alia ratione non uelit sibi calciamenta detrahi, debent nihilominus acoluthi fimbrias tenere, & cubicularius subtus genu flectere. ac si calciamenta deponeret ad deuotionem, & exemplū circumstantium. Auditores fimbrias non eleuant, sed Papa dimissa mitra uadit ad adorandum Crucem medius inter duos Diaconos cardinales assistentes: quem aliqui ex suis Episcopis assistentibus sequuntur. & tercum distantia genu flectit, & orat anteq̄ illam osculetur. Et postq̄ illam osculatus fuerit, proiicit in appositum uas ibi paratum uiginti quinque ducatos in auro, uel plures, ut sibi placet, & reuertitur ad sedem suam, & acoluthi ut supra fimbrias tenent, & cubicularii calceos reponunt. Quo facto accedunt duo Episcopi assistentes cum libro, & candela, & Papa legit. uers. Popule meus, prout in ordinario usque ad finem. cum primum Papa ad sedem suam reuersus est, Cardinales uadunt bini, & bini ad Crucē, ad adorandū, primus erit celebrans, qui solus de faldistorio sine ministris uadit, & reuertitur, & in adoratione ad sinistram suam habebit priorem Episcoporum Cardinalium, quos sequuntur alii Cardinales bini, & bini: qđ si numerus Episcoporum cardinalium impar sit, ultimus Episcopus adorabit cum primo presbytero. Idem fiat de presbyteris, & diaconibus cardinalibus in ultimo tantum loco, si cardinaliū impar sit numerus, poterunt tres ultimi simul adorare. duo Diaconi assistentes adorent in loco sue receptionis. Interim ueniunt duo alii Diaconi ad assistendum Papæ. Et celebrans cum assistente sedendo legit. Popule meus. &c. Si autem Imperator, aut Rex intersint adorant, & osculantur in ordine, sicut recipiunt cineres, idest post omnes Cardinales ceterum. post Cardinales adorant Episcopi assistentes, quorum si impar sit numerus, ultimus assistens uenit ad dextram primi ex aliis prelati, idem obseruetur in singulis ordinibus infra scriptis. & si inter assistentes sit aliquis protonotarius, uel abbas ille adorabit primus, post Episcopos omnes. post assistentes ueniunt alii Episcopi, postea oratores laici successiue, protonotarii, abbates, penitentiarii, subdiaconi apostolici, auditores, clerici camera, acoluthi, cubicularii secreti, clerici ceremoniarum, Diaconus: & subdiaconus. capellæ, cubicularii extra, secretarii cum aduocatis procuratores ordinum, cantores, capellani assistētes, scutiferi Papæ, caudatarii, & alii omnes, circa finem adorationis, accenduntur candelæ super altare, & credentiam, ac intorticia super cancellum, & Diaconus accipit bursam corporalium super credentia, & corporalia extendit super altare more consueto, deinde finita adoratione accedit ad Crucem, quam reuerenter accipiens nulli faciens reuerentiam reportat ad altare. Cerimoniarius uas accipit, & pecunias ex lance in paniculo ligatas reponit super altare. Interim i loco ubi corpus Domini positum est, parantur duo thuribula cū



## SACRARVM CERIMONIA RV M

igne, duodecim intorticia, & baldachinum. & subdiaconus apostolicus capiens Crucē Papę præcedentibus scutiferis, & officialibus consuetis procedit ad locum prædictum medius inter duos ceroferos. ipsum sequuntur Cardinales in eorum cappis, deinde Papa. Fimbrias cappe pontificię portat primus Episcoporum assistentium. Papam sequuntur prælati ordine consueto: celebrans autem consuevit etiam aliquando Papam associare, aliquando uero remanere prope altare. Quando autem Papam associat quod est honestius, debet ire in paramentis missalibus solus immediate ante Papam. uel medius inter duos Cardinales seniores ministris suis apud altare manentibus. Cum Papa peruenerit ad locum: ubi reponitur Sacramentum, deponitur ei mitra. Deinde cum uenerit ad locum: ubi est sacramentum, primum genu flectit, & facit orationem, deinde sacrista aperit capsulam, & Papa stans sine mitra ministrante priore presbyterorum cardinalium ponit incensum in thuribulis per duos acoluthos in cappis coram sibi oblati, & cum uno thuribulo genuflexus in superiori gradu altaris incensat Sacramentum anteq̄ extrahatur ex capsula. Quo incensato celebrans si adest, uel diaconus Cardinalis a dextris Papę assistens extrahit calicem cum sacramento de capsula, & dat ad manus Papę: qui illum cum deuotione, & reuerentia capite detecto portat ad altare: ubi officium erat peragendum ordine quo uenerat. & portantur intorticia per capellanos celebrantis immediate ante Papam & duo thuribula per acoluthos cum cappis, qui continuo incensant. super Papam autem portatur baldachinum per Episcopos assistentes digniores. cantores interim cum portatur Corpus Domini, cantat Vexilla Regis prodeunt. Cum uenerint ad ultimum gradum altaris, celebrans capit calicem de manibus Papę & illum reuerenter ponit super altare, & Papa rursus incensat sacramentum, & ad sedem suam reuertitur. Et ibi stat detecto capite cum deuotione uersus ad sacramentum. interim intorticia manent accensa usq; post communionem, & ea tenent dicti capellani genu flexi per ordinem uidelicet una pars eorum a cornu dextro, & alia a cornu sinistro altaris. Cum autem sacramentum positum fuerit super altare celebrans: extrahit Sacramentum de calice, & ponit supra patenam, quam diaconus tenet nihil dicens. Diaconus patenam cum Sacramento offert celebranti: qui hostiam sacramentalem super corporalia ponit nihil dicens. Interim Papa ponit incensum more consueto, ministrante presbytero Cardinali: qui mox ad suum locum iter alios Cardinales reuertitur, & ceremoniarum portat thuribulum celebranti, qui incensat sacramentum, & altare more solito, & non incensatur celebrans neq; Papa: sed altari incensato in cornu epistolę stans sine mitra uersus ut pridie, celebrans lauat manus, deinde uersus ad medium altaris inclinans se dicit. In spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur a te Domine, & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi Domine Deo

## LIBER SECVNDVS CIII

us. Deinde uertit se ad populum dicens, Orate fratres. ut meum ac uestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum omnipotentem. Tum conuertens se ad altare ommissis omnibus aliis. absolute dicit. Oremus Preceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audemus dicere. Pater noster. &c. usq; ad finem. chorus respondet, Sed libera nos a malo. ad quod celebrans postquam secrete respondit Amen, continuat in pristino tono absolute dicens. Libera nos Domine. &c. quo dicto celebrans facta prius usq; ad terram reuerentia, Sacramentum in dextram accipit, & eleuat altius quam alias fieri solet, ut ab omnibus uideri possit: & statim deponit, diuiditque in tres partes, quarum unam ultimam mittit in calicem more consueto nihil dicens, deinde dicit Perceptio Corporis tui Domine Iesu Christe. &c. Panem celestem accipiam, & nomen Domini inuocabo. Domine non sum dignus. &c. Tum continuat Corpus Domini nostri. &c. Et hoc dicto signat se cum sacramento, & illud sumit reuerenter: tum nihil dicens sumit uinum, & aquam, cum particula in calice existenti. Interim exportantur intorticia, & extinguuntur more solito: deinde in cornu epistolę accipit mitram, & lauat manus more consueto. Tum deposita mitra, redit ad medium altaris, ubi dicat Quod ore sumpsimus Domine pura mente capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Quo dicto redit ad faldistorium, reponit omnia paramenta, resumat cappam, & uadit inter alios cardinales ad locum suum. facta oratione catores incipiant pro uesperis sine nota añam. Calicem salutaris accipiam, & alia pro ut in ordinario. Tum dicitur Magnificat. Papa surgit deposita mitra, & dum replicatur antiphona, resumpta mitra descendit ad faldistorium. & cum dicitur Christus factus. &c. genu flectit sic manens usq; ad finem psalmi Miserere. & in fine dicit Orationem. Respice. &c. ut in matutinis dictum est. & finitis omnibus reuertitur ad cameram suam eo ordine quo uenit. dignior assistens portat fimbrias cappe Pontificę simul collectas. Cum Papa fuerit in camera, conueniunt Sacrista, subdiaconi apostolici, & clerici ceremoniarum: & diuidunt pecunias in ordinatione Crucis oblatas in tres partes, unam sacristę, aliam subdiaconi, tertiam clerici ceremoniarum accipiant.

De matutinis tenebrarum, quintę, & sextę ferię maioris hebdomadę

Cap. LII

In matutinis tenebris hoc seruo, & in quinta feria præterita idem seruatur per omnia ut in matutinis quartę ferię superioris diximus, hoc mutato, quod altare, sedes Papę, & tota capella debent esse nuda.

De indulgentia danda populo:

Cap. LIII.

Et notandum quod si populorum multitudo conuenerit ad urbem hoc tempore deuotionis gratia, consueuerunt Pontifices anteq̄ uadant ad missam de mane, & similiter in die anteq̄ uadant ad matutinas tenebras ex



## SACRAR VM CERIMONIARVM

ire ad locum benedictionis publice cum pluuiali rubro, & mitra simplicibus, & populo benedicere, Cardinalibus, prelatibus, & aliis officialibus in habitu consueto capellæ cunctibus. Et si hoc debet fieri: locus ille paratur per aliquot horas ante: ut populus intelligat Pontificem daturum esse benedictionem. post benedictionem Papa reuersus ad cameram, & dimissis sacris uestibus cum cappa, & mitra plana ad missas. uespere autem cum cappa, & sine mitra cum tempus sibi uidebitur uadit ad capellam ad matutinas ut supra.

De officio diei ueneris Papa celebrante.

Cap. LIIII

Si in parasceue Papa uoluerit ipsemet celebrare, quod antiquitus Romani Pontifices, & nostris etiam diebus Nicolaus quintus facere consueuerunt: hic ordo seruabitur. Parantur duæ credentiæ more solito, sed non cum pompa: nam credentiæ Papæ non erunt nisi uasa necessaria ad sacrificium. alia ad ornatum non ponuntur. Et capella tota nuda, sedes nudæ, altare nudum, & sine aliquo ornamento.

Hora competenti Pontifex indutus amictu, alba, cingulo, stola, cappa rubra Cardinalari, & mitra alba simplici more solito exit ad ecclesiam. orat ante altare. accedit ad sedem: ubi consueuit accipere paramenta, & nunquam hac die ascendit ad sedem eminentem nisi in fine ad uesperas. Cum aliquantulum quieuerit sedens surgit sine mitra, nulla enim fit hodie reuerentia, nullæ osculationes, & uersus ad altare sub silentio dicit Pater noster, & mox cantores legunt Nonam. Pontifex, ut illi incipiunt, sedet. Interim Diaconus Euangelium dicturus, & Subdiaconus capiunt paramenta omnia sibi opportuna præter manipulum, & planetam, & in albis parant Pontificem cum est tempus. similiter Subdiaconi, auditores clerici capellæ, & acoluthi capiunt superpellicia. Pontifex non dicit Quam dilecta & cætera: quia non utitur sandaliis, sed in tempore uadit ad faldistorium ante altare, & dum dicitur in fine non est. Christus factus est &c. genu flectit sine mitra usque in finem, & dicit orationem Respice quem sumus genu flexus. Deinde reuertitur ad sedem prædictam. Deponit mitram, & cappam: lauatque manus cerimoniis consuetis, & prior presbyterorum cardinalium seruit pro assistente. Deinde per Diaconum, & Subdiaconum paratur consuetis paramentis exceptis sandaliis, subcinctorio, fauone, & chirothecis: quibus hodie non utitur: & ad paramenta dicuntur orationes consuetæ. pontifex & omnes alii utuntur paramentis nigri coloris. cum Papa incipit parari: Cardinales & omnes alii prelati capiunt paramenta sibi conuenientia. Episcopi pluuialia, presbyteri & Diaconi planetas ante pectus. Pontifex accepto pallio cum spinulis, & mitra simplici & annulo pontificali sedet aliquantulum, & Diaconus ac sub

## LIBER SECVNDVS CIIII

diaconus ministri accipiunt manipulum & planetam. Et tunc præcedente alio Subdiacono cum Cruce inter duos ceroferarios cum candelis extinctis, & sine incenso Papa ordine consueto accedit ad altare: sed tres presbyteri non procedunt obuiam Papæ apud altare. abstrahitur ei mitra a Diacono Euangelii: & Papa genu flexus ac procumbens super nudum faldistorium diutius orat: & similiter omnes alii genu flexi orant. Interim extenditur super nudum altare a sacrista & cerimoniariis mappula munda alba. Finita oratione surgit pontifex, osculatur altare, deinde cum mitra sedet super nudam cathedram positam in cornu sinistro id est Epistolæ, ita ut faciem uertat ad dextrum cornu Euangelii: presbyter Cardinalis assistens sedet super gradum primum ad pedes Papæ, & post eum tres Diaconi: in quorum medio sedet: qui Euangelium est lecturus. Subdiaconus est in gradu inferiori ad pedes Diaconi Euangelii. Assistentes episcopi super gradus, & in terra post Papam alii in loco consueto. omnibus considentibus unus ex auditoribus factis reuerentiis altari, & Papæ accedit ad locum: ubi dicitur Epistola: & ibi librum sibi tenens dicit primam prophetiam sine titulo, & in fine non osculatur pedem Pontificis, sed dato libro uni ex ministris, factisque solitis reuerentiis reuertitur ad locum suum. Finita prima prophetia dum cantatur tractus Papa legit ipsam prophetiam ministrantibus librum Episcopis assistentibus: sed sine candela accensa. post tractum surgit Pontifex, & omnes alii. ammouetur cathedra, & stans Pontifex sine mitra in cornu epistolæ dicit. Oremus. Et Diaconus a dextris dicit Flectamus genua, & mox Diaconus a sinistris Leuate, & omnes surgunt, & Pontifex dicit orationem. Subdiaconus interim dimittit planetam, & uadit cum libro ante pectus ad locum consuetum: ubi finita oratione legit Epistolam more solito. illa finita non osculatur pedem Pontificis, sed reassumpta planeta redit ad locum suum, & Papa legit Epistolam, & Tractum ministrantibus librum assistentibus: ut supra. Consueuit antiquis temporibus: ut legi: Diaconus Cardinalis Euangelii cantare passionem, & etiam partem quæ dicitur in tono Euangelii: quod si facere uoluerit Diaconus: ipse circa finem tractus exiit planeta, & planetam accipiet super humerum sinistrum in modum stolæ, & assumpto libro euangeliorum ante pectus factis reuerentiis illum ponet super altare, & genu flexus dicet orationem Munda cor meum. Surgens deinde accipit librum, & factis reuerentiis, sine benedictione, incenso aut luminaribus accedit ad pulpitem, ubi lecturus est passionem in loco consueto. Subdiaconus Epistolæ stat post pulpitem, & duo acoluthi iuxta eum. & sic finito tractu Diaconus incipit: Passio &c. Et cum peruentum fuerit ad locum, qui legitur in tono Euangelii: non petita absolutione absolute: prosequitur Euangelium In anti



## SACRARVM CERIMONIA RV M

quis tamen libris inuenio: quod ad hanc partem euangelii hodie & aliis tribus diebus quando legitur Passio portantur luminaria: quæ lecto euangelio extinguuntur hodie, & incensum, & etiam rubrica communis hoc innuit. In eo tamen tempore seruatum est, ut supra diximus.

Si autem Diaconus non cantabit passionem: nunc tres cantores habitu, & ordine in missa superiori prædicto cantabunt passionem; & circa finem Diaconus Euangelii exuet planetam, & plicatam super humerum sinistram accipiet: ponet librum super Altare: genu flexus dicet Munda cor meum. &c. Et illo reassumpto ibit ad pulpitem cum Subdiacono, & Acoluthis ut supra diximus. Pontifex dum incipitur passio, surgit, & deposita mitra stans legit & ipse passionem secrete ex libro super Altare posito in cornu Epistolæ uersus aliquantulum ad legentes passionem; Finita passione sedebit quousque incipiatur Euangelium. tunc surget, & stabit ut supra usque in finem; tunc iterum sedebit; nec osculabitur librum, neque incensabitur. Diaconus finito euangelio, & alii qui secum erant, factis reuerentiis reuertuntur ad loca sua. Qui autem est facturus sermonem si est prælatus cum pluuiali nigro, & alba mitra, si alius cum habitu alias consueto accedit ad Pontificem; & genu flexus petit indulgentias populo publicandas, & non benedictionem. Deinde ascendit pulpitem, & facit sermonem suum. & Pontifex sedet in cornu epistolæ uersus ad prædicantem, reliqui sedebunt ut supra diximus. finito sermone prædicator statim pronuntiabit indulgentias a summo Pontifice concessas, non fit confessio, neque datur benedictio sed mox surgit Pontifex, amouetur cathedra, deponit mitram, & stans in dicto cornu ex libro supra altare stante cantat Orationes. Oremus dilectissimi. &c. ut in ordinario, & Diaconi cantant flectamus genua Leuate. hoc ordine ad primam orationem prior Diaconorum, id est qui dixit euangelium, (nā ad eum spectat Pontifici ministrare,) dicit flectamus genua. & secundus dicit leuate ad secundam orationem; secundus Diaconus id est qui assistit a dextris dicit Flectamus genua, & tertius qui a sinistris dicit Leuate, ad tertiam orationem; tertius dicit Flectamus genua, & primus dicit Leuate, ad quartam primus dicit Flectamus, & secundus, Leuate, & sic per circulum usque in finem pro iudeis non dicitur Flectamus quorum impietate exhorrescens ecclesia pro illis orans non genua flectit: quia hodie ipsi illudebant Saluatori nostro genua ante illum flectentes. finitis orationibus, Pontifex deposito pallio super altare, exuit planetam & expectat in angulo posteriori cornu epistolæ. Sacrista capiens Crucem ex altari illam reuerenter portat ad manus Diaconi, qui illam dat ad manus pontificis. Pontifex Crucem detegit, imponit, & adorat iisdem ceremoniis quas supra scripsimus. Papa facta oratione reuersus ad cathedram

## LIBER SECVNDVS CV

suam quæ ponitur ei ad cornu epistolæ, reassumit calciamenta sua omnia: & sedens legit impropria: quæ a choro cantantur. Interim Cardinales prælati, & alii omnes ordine superius dicto. Crucem adorant. Diaconus autem euangelii, ut Crucem adorauit, simul cum subdiacono uadit ad credentiam Papæ: & ibi ambo lauāt manus: deinde reuersi ad altare explicant super illud mappulam sericeam; & subdiaconus cum suo paniculo circa collum ex credentia Sacristæ portat corporalia tantum cum purificatorio, quæ Diaconus explicat super altare. Deinde reuertitur ad Pontificem, qui finita adoratione Crucis lauat manus consuetis ceremoniis cum mitra: & mox illa deposita reassumit planetam, & mitram per manus Diaconi. Crux uero per Sacristam reponitur super altare. Et accenduntur luminaria, Pontifex imposito incenso in thuribulo ministrante primo presbytero Cardinali, assistente supplicabundus uadit ad locum ubi reconditum est Sacramentum, quod reportat ad altare ceremoniis super prædictis: nisi quod hic omnes habent paramenta, & omnia alia seruantur, quæ superius & in ordinario dicta sunt. Papa communicat in altari solus, & non sumpsit uinum cum calamo, sed de calice bibit. Notandum tamen quod ante Ioannem. xxii. Diaconus portabat ad altare Sacramentum, quod etiam communis rubrica habet: post illa tempora Pontifex celebrans illud reportat & melius. Aduertendum tamen quod hodie nullus incensatur neque Papa neque alius, nisi solum Sacramentum. Sacrista in tempore cum acolutho calice, ampullis, patenis uadit ad credentiam Papæ. et more solito mundat omnia, & mandat fieri prægustationes per credentiariorum, & portat uinum, & aquam primo, & post cum uasis suis superior presbyterorum Cardinalium infundit uinum super digitos Papæ cum purificat, quod alias facit prior: communionem facta pontifex in cornu altaris cum mitra lauat manus solitis ceremoniis. Deinde deposito pallio super altare ascendit sedem eminentem nudam, ubi depositis sacris uestibus, induit cappam purpuream, & cum mitra simplici sedet. Interim omnes alii deponunt paramenta. Et mox a cantoribus leguntur uesperæ. Et in fine Pontifex descendit ad faldistorium, & genua flectit cum dicitur Christus factus est. &c. Et post Miserere dicit Orationem Respice quæsumus. Domine. &c.

Quod Papa hac die non sedet in sede  
de in camera.

Cap. LV

Et nota quod hac die secundum antiquas ceremonias Papa in camera sua non consueuit sedere super sedes: sed super scabella, & Cardinales si-



## SACRARVM CERIMONIA RV M

nito officio, & deducto Pontifice ad cameram descendit sine confabulatione aliqua.

De officio uenerio Sancti Papa absente. Cap. LVI

Si Papa hac die absens erit: Cardinalis officium peracturus tempore cōgruo ad capellam ueniens capit sacras uestes, ut superius diximus, & cum alii Cardinales conuenerint ad altare: procedit cum ministris consuētis, & mitra in capite: Et facta reuerentia Cardinalibus conuersus ad altare deponit mitram: & genu flectit procumbens super scabellum nudum cum puluino ante altare positum. Et ibi prolixius orat, tum surgens ascendit ad altare, & illud tantum osculatur. Deinde reassumpta mitra uadit ad faldistorium, & in officio proceditur ut supradictum est usq; ad finitam passionem, & euangelium. Tunc habiturus sermonem accedit ante Cardinalem, petit indulgentias, & ascendit pulpitem. Reliqua seruantur, ut prius, usq; ad denudationem, & depositionem Crucis: qua in loco parato posita reuertitur ad faldistorium, ubi detractis sibi calciamentis uadit sine ministris ad adorandam Crucem, & cum eo ad sinistra primus Cardinalis qui secum adoret, deinde alii cardinales, & alii ordine supradicto. Cruce adorata Cardinalis reuertitur ad faldistorium, ubi calciamenta sibi reponuntur, ac planeta, & mitra. sic sedet usq; ad finem adorationis. Papa ante tempus consueuit mittere celebranti eandem pecuniā quā presens solet offerre, & ill pro se offerat. Finita adoratione subdiaconus capellæ indutus planeta plicata accepit Crucem: quam precedentem scutiferi Papæ officiales, & cantores ut moris est: Sequuntur diaconi, presbyteri, Episcopi, Cardinales, deinde celebrans cū mitra medius inter diaconum a sinistris, & suum assistentem a dextris sequentibus ipsum omnibus capellanis suis superpellicis indutis, & aliis prelati suo ordine. cum celebrans peruenit ad locum, in quo corpus Domini repositum est: deponit mitram, & procedit ante locum, & genu flectit. tum diaconus aperit capsulam, & Cardinalis surgens incensat, ut supra dictum est Sacramētum, & illud in calice conditum a diacono deuote accipit, & sericea mappula, quæ a collo ei dependet, honeste coopertum sine mitra defert ad capellam ordine quo, uenerunt cātoribus cantantibus Vexilla Regis prodeunt. &c. ante Cardinalem, qui facit officium. Immediate procedunt capellani præfati intorticia deferentes, & cerimoniarius, qui continuo incensat Sacramentum. cum peruenit ad altare celebrans imponit calicem super corporalia. & iterum incensat, ut prius, alia omnia fiunt ut supra. Et dicto Christus factus est. &c. & Miserere pro uesperis, ipse qui fecit officium cum cappa sua inter alios Cardinales in loco suo genu flexus dicit orationem Respice. &c. Qua dicta omnes ad sua loca reuertuntur.

## LIBER SECVNDVS CVI

De sabbato sancto Papa presente. Cap. LVII

Sabbato Sancto paretur capella more consueto, & Altare, ac sedes Papæ orientur palliis duplicibus intus albo, & uiolaceo exterius. paretur etiam cereus paschalis, qui ponatur in loco conuenienti ante faciem Pontificis: & iuxta cereum ponatur unum pulpitem albo panno aureo coopertū. hora competenti Cardinalis celebraturus uenit ad capellam, & more solito induitur sandalis, & aliis paramentis usq; ad dalmaticam inclusiue: deinde capit pluuiale uiolaceum. & stans in cornu epistolæ uersus ad altare. & libro super altari posito benedicit nouum ignem in aliquo uase sibi oblatum, & incensum ponendum in cereo. & imponat ex nauicula incensum in thuribulo ministrante Diacono, & subdiacono albis tantum indutus, deinde aspergit ignem nouum, & incensum, & ea postea incensat. tum reuertitur ad faldistorium suum, ubi deposito pluuiali accipit chirothecas, planetam uiolaceam, mitram albam simplicem, annulum Pontificalem, & sedet in faldistorio suo. Papa deinde uenit ad capellam indutus amictu, alba, cingulo, stola uiolacea, cum pluuiali rubro, & mitra simplicibus. Et facta oratione in faldistorio ante altare ascendit ad sedem: ubi fit ei reuerentia a cardinalibus. Et cum accedit primus presbyter cardinalis, accedit etiam cerimoniarius cum thuribulo. & Papa imponit incensum more solito: cum quo incenso itur ad paruam capellā, uel extra locum: ubi sit capella hoc modo. primo procedit cerimoniarius, quem sequuntur capellani duo celebrantis: quorum alter a sinistris nihil tunc defert: alter uero a dextris in dextra thuribulum, & in sinistra nauiculam portat cum incenso, & illos subdiaconus capellæ omnibus paramentis indutus, in quibus debet in altari ministrare portans crucem: cuius imaginem ante se uertit. sequuntur ipsum Diaconus dalmatica alba, indutus. & quatuor capellani celebrantis. sic uadunt ad capellam paruam, uel ad locum deputatum: ubi Diaconus accipit arundinem cum tribus candelis in summitate illius ibi paratam, & reuertuntur ad capellam Papæ hoc ordine. procedit thuriferarius cum socio portante in quodam uase quinque illa magna grana incensi benedicti: quos sequitur subdiaconus cum Cruce, & illum Diaconus cum arundine, ad cuius sinistram stat cerimoniarius candelam paruam accensam de nouo igne in manu portans, quem sequuntur alii quatuor capellani prædicti. Cum peruenerint intra portam capellæ inclinatur arundinem Diaconus, & cerimoniarius accedit unam ex illis tribus candelis desuper positis, & ille eleuans arundinem genu flectit, similiter & omnes alii cum eo, & cantat ipse solus Lumen Christi, quod dum dicit: Papa & celebrans cum mitris: ac omnes alii: qui sedebunt, surgunt, & manent sic erecti quousq; tertio ad dictum fuerit, Cantores respondent Deo gratias. Procedunt deinde



## SACRARVM CERIMONIARVM

Intra portam cancelli, & ibi reuersus accenditur alia candela, & intrant cancellum cum cruce ubi altius dicitur per Diaconū. Lumē Christi, & rī detur ut supra, tertio procedunt ante Papam, & altare, ubi accenditur tertia candela, & ibi genu flexus Diaconus uersus ad altare, iterum altius dicit Lumen Christi: respondent cantores, ut supra. Deinde in eodem loco diaconus dat arundinem uni ex illis quatuor capellanis eum sequentibus qui ibidem cum subdiacono Crucem tenente, ac thuriferario, & aliis capellanis expectant. Diaconus uero accipit librum euangeliorum, & ante infimum gradum sedis Papæ genu flexus petit benedictionem a Papa, ceremoniarum tantum ipsum comitate. qua habita accedit ad pulpitem: ponit librum super illud, quem deinde incensat, ut fit in euangelio. A dextris Diaconi stent subdiaconus cum Cruce, & thuriferarius: a sinistris uero ille capellanus cum arundine, & alius capellanus tenens in uase quinque grana incensi benedicti figenda in cereum. Tunc diaconus uersa facie ad Papam cantat. Exultet iam. &c. Quo incepto deponitur mitra Papa. Et surgunt omnes ut ad euangelium stantes usque in huius igitur. &c. Tunc dimisso cantu per diaconum ceremoniarum porrigit ei unam candulam accensam, cum qua Diaconus accendit illa quinque grana incensi, & infigit unam post aliam in cereum in modum Crucis, ita ut Crux uersa sit ad pontificem: deinde prosequitur cantum suum usque ad qui licet sit dimissus. tunc interim cantu dimisso Diaconus accipit arundinem, & accendit cereum, deinde cantum suum prosequitur usque ad finem. Quo finito reuertitur ad altare quilibet ad locum suum: ubi Diaconus exiit dalmatica, & capit planetam uiolaceam plicatam ante pectus. Interim clerici capellæ ponant pulpitem nudum in medio capellæ uersum ad medium altaris prout in matutinis noctis Natalis Domini poni solet: & super illud librum epistolarum, ex quo cantantur prophetiæ, faldistorium ponatur ad cornu epistolæ altaris super quo sedet celebrans uersus ad cornu euangelii. Tunc Cerimoniarum conducit cum debitis reuerentiis unum ex cantoribus superpellicio indutum ad pulpitem prædictum, qui facta reuerentia altari, & Papæ dicit prophetiam sine titulo. Deinde factis reuerentiis osculatur pedem Pontificis, & redit ad locum suum. celebrans uero finita prophetia ammoto faldistorio cātat orationem pro ut in ordinario, eodem modo cātetur alię undecim prophetię per cātōres. finita duodecima prophetia, & oratione qua nō dicitur flectamus genua, bñ tñ dicite oremus, Papa descendit ad faldistoriū, supra quod p̄cūbit cū mitra retinēs illā per totā litaniam. celebrans uero deposita mitra, & planeta associatus a diacono, & subdiacono uadit ad scabellum ad sinistram partem: super quod similiter procumbit: & duo ex cantoribus cātāt litanias prout in libro genu flexi ante scabellū positū post Pontificē in medio capellæ, sup quod librū tenet. cū puētū fuerit ad peccatores terrogamus, &c. Papa surgit, deponit mitrā

## LIBER SECVNDVS

CVII

& pluuiale uiolaceum, & accipit album preciosum & celebrans cum ministris reuertitur ad faldistorium, ubi deponit uiolacea paramenta, & accipit alba. idem faciunt ministri. forerii deponunt ab altari & sede Papæ palia uiolacea, & dimittunt alba. accenduntur tunc etiam luminaria super altare, & credētia, & intorticia super cācellum, & deponitur per clericos capellæ uelum ante imagines super altare, & palium ante altare. Interim cantores prosequuntur litaniam: qua finita statim cantat Kyrie eleison promissa, & illud reiterant, quousque Papa dixerit confessionem cū celebrante, & redierit ad sedem, & fuerit incensatum altare, & Papa cum Cardinalibus dixerit: Kyrie eleison: Cum primum litaniam est finita, & Papa acceperit pluuiale, celebrans accedit ad sinistram Papæ, & simul faciunt confessionem, ut moris est. deinde Papa ascendit ad sedem suā, & ministrante priore presbyterorum Cardinalium nauiculam imponit incensum in thuribulo, celebrans uero ascendit ad altare, osculatur illud & librū ut moris est. & accepto thuribulo incensat altare more consueto. deinde incensatur ipse, & Papa. Interim Cardinales faciunt circulum ante Papam & dicunt cum eo. Kyrie eleison. Quibus completis cantores finiunt Kyrie eleison, & celebrans ante faldistorium cantat Gloria in excelsis Deo. Et statim pulsantur campanæ palatii, & alię omnes per urbem. Dicitur deinde Pax uobis: & una oratio tantum. Subdiaconus dicit epistolam, cum ea finita dicturus sit Alleluia. Finita epistola postquam subdiaconus qui dixit eam osculatus est pedem Papæ, subdiaconus apostolicus, qui opportuno tempore paramenta omnia, ac si epistolam lecturus esset, in camera Sacristiæ, uel alio loco idoneo acceperat, procedens ante gradum ultimum folii Papæ facta debita reuerentia, stans dicit alta uoce uersus ad Papam, Pater sancte annuncio uobis gaudium magnum, quod est alleluia. Et tunc deposita mitra surgit: & cantat Alleluia a tertio semper uocem eleuando prout in ordinario. Pontifice uero interim cum mitra stante Consueuit tamen Sixtus quartus stans sine mitra cantare primum Alleluia postquam Subdiaconus apostolicus illud nunciauerat. Secundo et tertio celebrans cātabat, quod quātū cōueniat alii iudicēt. deinde dicit tractus. Laudate dominum omnes gentes. quo incepto diaconus accedit cum libro ad altare & alia facit more consueto. ad euangelium portatur thuribulum sine luminariis, tamē duo capellani celebrantis sequentes thuriferariū loco ceteros ferariorū ipsum associāt. post euangelium nō dicit Credo, neque offertoriū sed tantū Dñs uobiscum, & oremus, & alia dicuntur prout in ordinario. oblata incensantur, similiter Papa, & alii oēs ac proceditur in missa more consueto usque ad cōmunionē: Pax Dñi dicitur, Agnus dei non dicitur propterea Cardinales nō ueniūt ad circulū, & Pacis osculū nō datur, sed oēs orationes dicuntur, pro ut in missali usque ad cōmunionē exclusiue. facta cōmunionē per celebratē, & eo purificato cātāt a cantoribus alleluia ter: psalmus



## SACRARVM CERIMONiarVM

Laudate &c. prout in ordinario pro uesperis. Interim celebrans accedit ad cornu epistolæ: ubi accepta mitra lauat manus: deinde illa deposita stans ibidem uersus ad altare legit Vesperas. cum cantatur antiphona ad Magnificat, cerimoniarus accedit ad Papam cum thuribulo: qui ministrante presbytero cardinali imponit incensum, & celebrans incensat altare. incensator ipse celebrans, Papa, & omnes alii per diaconum capellæ ordine consueto. Repleta post Magnificat Antiphona celebrans stans in medio altaris uersus ad populum dicit. Dominus uobiscum: deinde ante librum oremus: & orationem, Qua finita diaconus dicit. Ite missa est, cum duplici alleluia, & Papa dat benedictionem & indulgentias, quas denunciat celebrans, & non fit sermo. Notandum qd' fel. re. Sixtus Papa quartus ordinauit, qd' Cardinales dicerent prophetias supra dictas. primam iunior Cardinalis siue diaconus esset, siue presbyter. aliam sequens. & sic de aliis continue gradatim ascendendo usq; ad nonam inclusiue, decimam Cardinalis assistens a sinistris. undecimam a dextris assistens: duodecimam dixit Sanctitas sua. & hæc ordinatio fuit tempore suo obseruata postea demissa: quia non uidebatur dignitati apostolicæ conuenire, ac quadrare cerimoniis papalibus, & debitis.

De habitu Papæ.

Cap. LVIII

Hoc mane Sanctissimus Dominus noster finita missa, & dimissis in camera papagalli paramentis predictis accipit caputium, & birretum alba: quibus utitur, deinde usq; ad sabbatum in albis inclusiue, & eisdem diebus Pascalis non utitur aliquo habitu rubeo, sed albo tantum, Et similiter, si uti uellet mantello coloris albi, uteretur his diebus, & non alterius coloris.

De sabbato sancto Papa absente.

Cap. LIX

Si autem Papa huius diei officio non interesset: cantores legunt omnes duodecim prophetias ante pulpitem, ut supra positum, Quibus finitis celebrans deposita planeta, reassumpta mitra associantibus ipsum diacono, & subdiacono uadit ad scabellum cum cussino sibi paratum, ubi Papa confessionem facere solet, ubi genu flectit cum mitra quo usq; dicitur Peccatores: tunc surgit, & uadit ad faldistorium, deponit paramenta uiolacea, & capit alba, & mitram preciosam. finita letania accedit ad confessionem, catores incipiunt kyrie eleison, ac alia fiant, ut supradictum est. subdiaconus apostolicus non paratur, nec annunciat alleluia. sed finita epistola postq; subdiaconus eius manum osculatus fuerit surgit celebrans deposita mitra uersus ad altare ante faldistorium stans cætet alleluia ter ut supra dictum est, catoribus totiens idem respondentibus. alia omnia fiat ut supra, & non fit sermo.

De sabbato sancto Papa celebrante.

Cap. LX.

Si in hac die Sabbati sancti Papa uoluerit personaliter celebrare, hic

## LIBER SECVNDVS

CVIII

ordo seruabitur. primo ignis nouus benedicetur apud altare: in quo Papa celebraturus a iuniori presbytero Cardinali amictu, alba, cingulo, stola, & pluuiali uiolaceo induto, & simul incensum in cereo affigendum ordine superius denotato, & hoc anteq; Pontifex ueniat ad Ecclesiam. hora competenti Papa indutus: ut superius dictum est, uenit ad capellam precedente Cruce more consueto sine processione, tamen orat ante altare. ascendit sedem eminentem, & fit ei reuerentia a Cardinalibus cum capis laneis: imponit incensum per acoluthum sibi delatum ministrante presbytero Cardinali. Et Diaconus Cardinalis Euangelium, & Subdiaconus Apostolicus epistolam dicturi parati cum dalmaticis, & tunicellis albis, & aliis ornamentis accedunt: & Subdiaconus quidem capit crucem papalem, & precedente thuriferario incipit iter extra capellam. Diaconus uero inclinatus ante Pontificem dicit. Iube Domne benedicere. Et Papa Dominus sit in corde tuo &c. Et mox Subdiaconus sequitur, & post eum quatuor alii acoluthi: quorum unus portat bacile cum quinque granis incensis figendis in cereo. cum peruenerint extra capellam in loco preparato, Diaconus accipit arundinem cum tribus cadelis, & intrans capellam tertio genu flectit dicens. Lumen Christi: ut superius dictum est, & tandem tradita arundine uni ex acoluthis accedit ad pulpitem supra quod positus est liber Euangeliorum. Incensat & incipit. Exultet iam angelica &c. pro benedictione cerei Diaconus, & Subdiaconus deponunt Dalmaticam, & tunicellam albas, & Pontifex surgens sine mitra secrete dicit. Pater noster pro nona, & catores legunt nonam, & in fine Pontifex uadit ad faldistorium, & procumbit: dum dicitur Christus factus est pro nobis obediens &c. Et dicit Orationem. Respice quæsumus Domine &c. Interim uero Subdiaconi, Auditores, clerici camere, ac acoluthi omnes alii capiunt superpellicia, & Pontifex finita oratione surgit, & uadit ad sedem: ubi consuevit accipere paramenta. sedet. accipit sadalia. dicit psalmus. Quam dilecta, & alias orationes consuetas. lauat manus, & paratur omnibus ornamentis pontificalibus uiolaceis pallio, & mitra simplici a Diacono, & Subdiacono in albis existentibus. & dum Papa accipit planetam Cardinales, & alii prelati omnes capiunt paramenta sibi conuenientia uiolacei coloris. Diaconus, & Subdiaconus induto Pontifice accipiunt planetas ante pectus plicatas, & manipulum. prior presbyterorum Cardinalium assistit pontifici cum pluuiali uiolaceo. Sadalia tamen Papæ erunt alba cum perlis: quia illa non mutat, & similiter subcictorium, & stola. Tunc Papa cum presbytero Cardinali, & Diaconibus assistentibus, & cum Diacono, & Subdiacono ministris non tamen processionaliter accedit ad altare, & tres presbyteri Cardinales non ueniunt obuiam. ascendit ad altare, & sine mitra illud osculatur, deinde reassumpta mitra ascendit ad sedem eminentem, & ibi sedes aliquatulum quiescit, si autem non esset ibi sedes ad partem: ubi accipiat paramenta



## SACRARVM CERIMONIA RV M

poterit illa recipere in sede consueta, & inde descendere ad altare, & rursus illuc redire. Si uero Diaconus Cardinalis Euangelium dicturus non sit dispositus cantare Lumen Christi, & facere benedictionem cerei: poterit id fieri non incompetenter per Diaconum capellæ sicut passio cantatur per alium q̄ per Diaconum ordinarium, & maxime cum Papa tunc nō sit indutus missalibus indumentis. Pontifice igitur in sua sede Diacono Euangelii apud altare, & aliis omnibus in locis solitis confedentibus unus acoluthorum cum superpellicio surgēs uadit ad pulpitem nondum positum contra cornu Epistolæ sub presbyterio: & sine titulo cantat primam prophetiam. In principio creauit Deus &c. Et illa finita si placet domino nostro eadem cantatur græce secundum Iacobum Gaietanum, & secundum Petrum Ainelii Episcopum Senogallien. & alios, qui scripserūt de cerimoniis. Legi etiam apud aliquos maiores nostros coram Pontifice omnes duodecim lectiones latine, & græce legi consueuisse, Sed posteriores de prima tantum fecerunt mentionem. Finita lectiōe accedit ad osculum pedis Papæ, & papa surgens sine mitra dicit oremus, Diaconus a dextris flectamus genua, & Diaconus a sinistris leuate. Deinde Papa persequitur orationem. Alię lectiones, siue prophetię simili modo dicuntur per acoluthos, & per capellanos Papæ, id est per auditores. & Diaconi assistentes alternatim dicunt. Flectamus genua, & a dextris leuate. & sic deinceps. Finitis duodecim lectionibus Papa descendit ante altare, depōit pallium & planetam, & cum mitra procumbit super faldistorium, dum dicitur Litaniam. Alii autem cardinales prælati procumbunt apud sedes suas & sine mitra. Subdiaconus autem non epistolæ aliquātulum retro Papam a dextris contra cornu epistolæ genu flexus ante scabellum supra q̄ librum tenet, cantat Litaniam, & chorus respondet replicando eadē que ille dicit. Cum peruentum est ad peccatores surgit Papa cum suis assistentibus, & ministris: & uadit ad sedem: ubi accipere cōsueuit paramēta. Diaconus, & Subdiaconus dimissis planetis accipiunt albas tunicas, & Papam exuunt uiolaceis: & induunt albis paramētis, & omnes Cardinales, & prælati accipiūt paramenta alba. & altare: & sedes Papæ ornātur albis palliis, & accendūtur luminaria super altare. Interim Subdiaconus alius prosequitur Litaniam usq; in finem. Et cantores illa finita cantant Kyrie eleison quousq; Papa fuerit in sede eminenti ad cantādum Gloria. Papa autem assumptis preciosis ornamentis, & posito incēso in thuribulo Cruce præcedēte processionaliter procedit ad altare. osculatur altare, & librum Euangeliorum incensat: incēlatur: recipit tres Diacones ad osculum ex more, & ascendit ad sedem eminentem: ubi dicto Kyrie eleison nouies cātat Gloria in excelsis Deo. pulsantur campanæ prosequitur & in terra, Deinde Pax uobis, & orationem, & Subdiaconus deinde dicit epistolam more cōsueti. Finita epistola Subdiaconus dimisso libro in manibus

## LIBER SECVNDVS CIX

nibus cerimoniarii immediate accedens ante solium Pontificis stans infra gradus uoce submissa dicit Pater sancte annūcio uobis gaudium magnum, qđ est alleluia, & mox ascendens osculatur eius pedem: & accedens unus ex auditoribus præintonat Papæ Alleluia. qui surgens sine mitra tertio cantat Alleluia, ut in ordinario: deinde sedet. & cantatur Alleluia, & uersiculi, & euangelium, ad quod nō portantur luminaria, sed incensum tantum: & petitur benedictio, & osculatur liber. Papa non dicit offertorium, sed dicto Dominus uobiscum lauat manus, descendit ad altare. & procedit in missa ut alias, usq; ad finem communionis. Agnus Dei non dicitur: nec Pax datur. Dicit tamen Papa illam Orationem. Domine Iesu Christe, qui dixisti apostolis tuis pacem. &c. & illa dicta mox ascendit ad sedem eminentem, & ibi communicat, & sugit sanguinem cum calamo more consueto, sed non recipit ad osculum oris diaconum, aut alios post cōmunionem. facta purificatione sedet: lauat manus, & chorus incipit Alleluia pro uesperis. Pontifex in sede permanet, & ad Magnificat subdiaconus præintonat ei Antiphonam. deinde sedet cum mitra, imponit incensum: & cum incipitur Magnificat, descendit: incensat altare: reuertitur ad sedem: incensatur ipse, & alii more consueto. ipse stans sine mitra: expectat finem deinde cum repetitur Añā. sedet: & circa finem descendit ad altare: Dicit Dominus uobiscum: & Orationem, & Diaconus Itemissa est Alleluia Alleluia. datur benedictio. publicantur indulgētię, & est finis, deponuntur paramenta in capella ut alias.

### SECTIO SECVNDA

#### De festo Resurrectionis Domini Papa celebrante. Cap. I.

In festo paschatis resurrectionis saluatoris Dñi nři Iesu Xpi i quo est mutatio capparum Papa indutus pluuiali albo, & mitra preciosis ministrante priore psbyterorum etiam parato nauiculam & acolutho thuribulum, imponit incensum. deinde supplicatione præeunte uenit ad ecclesiam sub baldachino, quod oratores portant uel nobiles Cardinales, & plati oēs sunt parati paramētis albis cōueniētibus & officiales oēs i albis ut moris ē. Cardiales duo diaconi assistētes portāt simbras pluuialis Papæ, & nobilior urbis caudā. Cū puenerit ad ecclesiam, Papa facta Oratione super faldistorio uadit ad sedem, ubi parari debet, & fit ei reuerentia a Cardinalibus, & omnibus prælatis paratis more solito, finita reuerentia Papa deposita mitra surgit, & stans uersus ad altare dicit, secreta Pater noster: Tū in cātu Deus in adiutoriū. &c. & stat quousq; psalmus incipiatur. quo incepto sedens accipit mitram, & accedunt Episcopi assistentes cum libro dicendo. Quam dilecta. &c. & subdiaconus cum



## SACRARVM CERIMONIA RV M

sandalis: quem sequuntur acoluthi pro tenendis fimbriis. & Papa dicit psalmum, & induitur sandalis more consueto. Dicta per cantores Antiphona Hæc dies. &c. Papa deposita mitra surgit. Dicit Dominus uobiscum, & cantores dicunt Benedicamus Domino. Tum Papa sedens lauat manus, & paratus omnibus paramentis uenit ad confessionem supplicandus, & omnia alia fiunt pro ut supra in die Natiuitatis Domini notatum est, usque ad Credo in unum Deum. in quo dicto Et homo factus est, subdiaconus portat ad altare cristallinum cum multis hostiis paruis consecrandis pro communione populi patena coopertum, & desuper bursam cum corporalibus, hostiarum cum hostiis, & purificatorium: quæ omnia Diaconus accipiens ponit super altare in cornu epistolæ, deinde sacrista uadit ad aliam credentiam pro lauandis calice papæ, & ampullis, & alia fiunt more consueto. Diaconus Cardinalis ponit dictum calicem cristallinum cum hostiis paruis super corporalia in medio ante Crucem. Ita ut non impediatur incensationem calicis, & hostiæ, sed quod inter ambos calices sit competens distantia. Cum dicetur per papam Suscipe Sancte pater omnipotens eterne Deus, &c. calix Hostiarum discooperitur, & eleuatur aliquantulum per Diaconum, & eo dicto per eum recooperitur cum patena, & reponitur, cum Papa dicit Per omnia secula seculorum, ante prefationem uel parum ante duo Diaconi cardinales iuniores præter illos, qui assistunt Papæ, uel si diacones, duo iuniores presbyteri cardinales accedunt ad altare, unus ad dextrum, alter ad sinistram cornu altaris, & stantes hinc inde alter alterius faciem inspicit, uel ut alii uolunt, & melius ad populum respiciunt, representantes duos angelos, qui apparuerunt in albis custodientes sepulchrum Saluatoris, qui ibidem stare debent, usque ad Agnus Dei. Cum Papa ascendit ad sedem suam, tunc descendunt ad loca sua redeunt. In hac die postquam Papa dicit Per omnia secula seculorum ante Pater noster non respondetur Amen. sed Papa continuat Oremus præceptis. &c. Pax datur omnibus, etiam Diaconibus cardinalibus communicandis præter illum, qui euangelium cantauit. Cum papa communicauerit se, & diaconum, & subdiaconum de Sanguine more solito, Papa se purificat, sed digitos non abluat propterea sacrista pateram illam auream hic non portet neque adhuc prior presbyterorum cardinalium ad papam uocetur. Cum primum autem diaconus, & subdiaconus per papam communicati apud altare more solito Sanguinem sumpserint, diaconus euangelium accedit ad sinistram Papæ in folio sine mitra stantis pro honore sacramenti in altari positi stansque dicit in tono consueto Confiteor Deo omnipotenti beatæ Mariæ semper uirgini, beato Michaeli Archangelo, beato Iohanni Baptiste, sanctis apostolis Petro, & Paulo, ac omnibus sanctis, & tibi pater: quia peccaui nimis, cogitatione, uerbo, & opere, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper uir-

## LIBER SECVNDVS CX

ginem beatum Michaelē archangelum, beatum Iohannem Baptistā, sanctos Apostolos Petrum & Paulum, & omnes sanctos, & te pater orare pro me ad dominum Deum nostrum. Quo dicto Diaconus reuertitur ad altare ad locum suum, & Papa stat sine mitra Episcopo cardinali assistente librum tenente dicit in cantu more solito. Misereatur uestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis uestris perducatur uos ad Vitam æternam. Respondetur. Amen. Deinde dicit: Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum uestrorum tribuat uobis omnipotens, & misericors Dominus. Respondetur. Amen. Inde omissis uerbis, & benedictione &c. populum tantum Cruce signat nihil dicens. Tum Diaconus stans in medio altaris accipit calicem cum hostiis pro populo consecratis patena coopertum, & quas bis ut prius fecerat cum patena, & Sacramento pro Papa, & illum dat subdiacono ante se genu flexo, qui illum portat ad sinistram papæ ibidem stans usque ad finitam communionem. Subdiaconum ad Pontificem euntem sequuntur duo auditores cum mappula sericea gremio Pontificis imponenda antequam populum communicet, quam dicti auditores hinc, & inde apud papam genu flexi tenent usque ad finem communionis. postquam Subdiaconus ad papam peruenerit, Papa ut Sacramento reuerentiam fecit semitecto capite, si frigus ei nocet, uel omnino detecto, si recte ualet, deposita patena illi superponit plures hostias, & eam dat Episcopo cardinali a dextris sibi assistenti tenenda. Est tamen securius quod subdiaconus cum calice sacramenti staret ad dextram papæ, & Papa sinistram manu teneret patenam inter se & Calicem, & extraheret singulas hostias pro singulis communicandis. Papa singulis cum comunicat dicit Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in uitam æternam, singuli comunicandi antequam communionem sumant osculentur manum Papæ pedem autem non osculentur. cum Papa communionem populi incipit, Sacrista, uel Diaconus græcus stans in cornu epistolæ in manibus suis teneat calicem cum puro uino quo coicati se purificent: & in sinistra habeat mappulam albam mundam, qua ipsi ora extergant, deinde ad loca sua redeant uenient autem hoc ordine. primo diaconi Cardinales, qui osculantur antequam communionem manum papæ, deinde coicatos quos sequuntur alii eo ordine quo fit incensatio, Communionem facta Papa surgit si comunicando sedebit, & facit reuerentiam sacramento, & subdiaconus reportat hostias si quæ remanserint super altare, ubi manent ad finem missæ, tunc Papa sedet, & accedit acoluthus cum duabus pateris, una aurea pro Papa, & alia pro credentia in manibus uinum, & aquam portans, & cum eo uenit prior presbyterorum cardinalium, quo infundente uinum supra pateram auream, papa sine mitra abluat digitos, tum accepta mitra lauat manus more consueto. Deinde descendit ad altare, & finitur missa. Quæ finita, & dicto Placeat, Papa stans in altari sine mitra dat benedictionem, & non indulgentiam.



## SACRARVM CERIMONiarVM

trias. Tum dicit Dominus uobiscum, & Initium sancti euangelii secundum Ioannem. &c. usque ad finem. Et Papa cum pallio. (Nam illo cum celebrat in supplicationibus uti debet si alia indumenta missalia habet,) supplicatione preunte sub baldachino quod ut supra nobiles portant precedentibus officialibus in albis, & omnibus prelatibus paratis eo ordine, quo uenerunt ad ecclesiam: uadunt ad locum benedictionis publice per uiam ultimam, nauis in qua firmat se ad uidentium uultum sanctum, deinde ascendit ad locum benedictionis: ubi solenniter benedicit populum. dat indulgentias plenarias, quas Diaconus a dextris pronunciat in latino & alius a sinistris in uulgari. Omnes Cardinales, & prelati exuunt se, & associant papam usque ad principium scalarum: ubi Papa eos dimittit, & uadunt ad comedendum, & non fit sermo.

De communione Imperatoris aut Regis. Cap. II

Si Autem Imperator aut Rex aliquis esset a Papa communicandus, tunc postquam Papa conuocauit se, & Diaconum, ac subdiaconum, diaconus dicto ante pontificem Confiteor Deo. &c. uadit ad altare, & unam tantum hostiam ponit super patenam pro Imperatore uel Rege. factisque circulis consuetis illam dat subdiacono ad pontificem deferendam. Imperator uel Rex deducitur a priore Episcoporum cardinalium ad pedes pontificis, & recipitur ad osculum oris. postremo ab eodem cardinali ducitur ad altare, & per manus Diaconi purificatur, & reducitur ad sedem suam ab eodem cardinali. Deinde portantur alie hostie, ut supra pro diaconibus cardinalibus et aliis. hoc seruatum fuit tempore Innocentii Sexti. cum Petrus Rex Aragonum uenit ad Romanam curiam. Anno. Mcccxxxvi. Quod si plures essent Reges simul portentur tot hostie simul, & totidem Cardinales primi deducunt Reges.

De festo paschalis Papa non celebrante. Cap. III

Si uero Papa non celebraret, cantatur missa per Episcopum cardinalem more consueto, qui communicat si uoluerit Diaconos cardinales et alios curiales, si ad hoc erunt dispositi. Sed incepta prefatione nemo ad cornua altaris accedit, ut supra dictum est. Sed omnia supradicta omittuntur, & fit missa eo ordine prout alias fieri solitum est. Et non fit sermo.

De secunda feria post Pascha. Cap. IIII

Feria secunda post Pascha unus ex reuerendissimis dominis presbyteris Cardinalibus celebrat missam in paramentis albis. dicitur tantum una Oratio. & non fit sermo. alia omnia fiunt more solito.

De tertia feria post Pascha. Cap. V

Feria tertia post Pasche festum unus ex reuerendissimis dominis presbyteris Cardinalibus celebrat missam in paramentis albis. Dicitur tantum una oratio. & non fit sermo. alia omnia fiunt more solito.

De sabbato in albis cum dantur Agnus Dei. Cap. VI

Consueuerunt Summi Pontifices annis primo, septimo, & deinceps

## LIBER SECVNDVS

CXI

singulis septem benedicere Agnus Dei post festa paschalia in camera sua, quorum confectionem, & benedictionem satius exposuimus in prima parte, & deinde in sabbato in albis in capella publice distribuunt hoc ordine. Consueuerunt tamen antiquitus Romani pontifices in primo anno ipsi met celebrare hac die, ut legimus de Urbano Quinto. Gregorio undecimo Auinioni, & Urbano sexto Romae. die sabbati in albis quando Agnus Dei distribui debent: celebrat missam aliquis presbyterorum cardinalium in paramentis albis more consueto post orationem diei. Dicitur oratio contra paganos, & alia pro Pontifice, & non fit sermo. Alia omnia fiunt more consueto usque ad Agnus Dei, quo dicto Cardinalis assistens accedit solito more ad altare. accipit pacem, & eam defert ad pontificem, & distribuitur ut alias. post acceptam pacem Cardinalis, & prelati omnes capiunt paramenta alba ordinibus suis conuenientia. Cardinales in locis suis, prelati uero, & officiales extra cancellum capellae. celebrans facta communionem lauat manus, & dicit post communionem more solito: deinde uadit ad faldistorium, sedensque accipit mitram. incepta per cantores post communionem, ministranteque presbytero cardinali nauiculam Papa ponit in censum more consueto. tum precedente subdiacono capellae cum Cruce iter duos ceroferos: ante quos thuriferarios incedit cum thuribulo fumigante subdiaconus apostolicus indutus sacris uestibus, ac si epistolam solenniter lecturus esset una cum clerico cerimoniarum sequentibus ipsum duobus aliis capellanis celebrantis superpellicis indutis uadit ad locum paratum: ubi sacrista lancem unam magnam Agnus dei in bombice indutis plenam mappula pulchra sericea coopertam ornauit. & lancem cum Agnus dei accipiens precedente thuriferario ordine, quo iuerat, reuertitur ad pontificem. cum fuerint intra ostium capellae genua flectunt omnes, & subdiaconus cantat competenti uoce. ita ut ab omnibus audiat dicens Pater sancte, isti sunt Agni nouelli, qui annunciauerunt uobis alleluia, modo ueniunt ad fontes, repleti sunt claritate alleluia. cantores respondent ea uoce Deo gratias alleluia. quod secundo facit subdiaconus, dum fuerit ante ostium cancelli, & tertio ante solium pontificis genua flexus. pontifice interim semper cum mitra sedente, nisi quod intrate Cruce a principio omnes surgunt, & statim sedent. Deinde ascendit ad dextram pontificis: ubi genua flexus dictam lancem tenet usque ad finem distributionis. Thuriferarius autem cum aliis omnibus ad sua loca diuertit, accedunt autem ad pontificem duo auditores cum matili quod diaconi cardinales assistentes gremio pontificis superponunt. ipsis auditoribus illud hinc, & inde genua flexis tenentibus. Tum ueniunt ante Pontificem per ordinem omnes Cardinales unus post alium a seniore ad iuniorem, & factis debitis, ac consuetis reuerentiis porrigunt mitras suas cornua mitre deorsum uertentes, & Papa imponit eis tot Agnus dei, quot ei placet. Antiquitus dabat cui



## SACRAMENTUM CERIMONIAM

libet Cardinali tres Agnus dei, praelatis duos, aliis unum tantum. Cardinales osculatur eius manum primo, deinde genu dextrum. cardinalis celebrans uenit de faldistorio solus suo tpe, & in ordine suo iuxta scamnum capit Agnus dei, ut alii, & reuertitur ad faldistorium: ubi sedet cum mitra usque ad finem distributionis. praelati simili modo sicut cardinales, sed genu flexi Agnus dei in mitras accipiunt, & osculatur genu dextrum papae non manum. protonotarii, & omnes alii capiunt Agnus dei in manus genu flexi, deosculatur pedem papae. finita distributione Papa lauat manus more consueto. cardinales, & omnes alii deponunt paramenta: celebrans reuertitur ad altare dicit in medio Dominus uobiscum: & apud librum Oremus: & Orationes more consueto. Ite missa est dicitur cum duplici alleluia. Et deinceps non dicitur cum alla. Papa dat benedictionem, & indulgentias quas pronunciat celebrans. Seruatum legimus apud antiquos quod circa finem praedii portabatur in mensa magnam uas plenum Agnus dei cum bobice, quos Pontifex distribuere omnibus suis familiaribus. Paulus autem secundus nostro tempore per totum illum diem, & etiam sequentem post praedium distribuit Agnus dei populo romano, & oibus utriusque sexus ad palatium uenientibus.

De eodem die quando non sunt distribuendi Agnus dei. Cap. VII

Annis uero quibus hac die Agnus dei non sunt distribuendi, celebrat aliquis praelatus in parametis albis. dicitur in missa Gloria in excelsis, Pax uobis. Et post orationem diei dicitur aliquid uidelicet contra paganos. & per Papa in fine missae. Ite missa est cum duplici alla: et omnia alia ordine consueto. et non fit sermo.

De festo annunciationis Beatae Mariae uirginis, & uesperis papalibus in quadragesima. Cap. VIII

Festum annunciationis Beatae Mariae uirginis, plerumque cadit intra quadragesimam, & de festo fit die, quo cadit nisi uenerit in Dominica. quia tunc transfertur ad secundam feriam postmodum sequentem: & si cadit in quinta feria maioris hebdomadae, & deinceps usque per totam octauam paschatis transferretur ad secundam feriam post octauam, fit officium missae in capella papae ordinarie, & per unum ex presbyteris cardinalibus, & fit sermo. Solent tamen aliquando Pontifices celebrare hoc festum in aliqua ecclesia beatae Mariae in urbe. consueuerunt antiqui Pontifices celebrare hoc die, & tunc si festum fuisset die lunae in quadragesima in praecedenti dominico die fiebant uesperae papales cum parametis. idem fiebat, si festum celebrabatur post pascha. In aliis autem temporibus quia in quadragesima uesperae dicuntur ante prandium non fiebant uesperae solennes. sed ne ista solennitas remaneret sine uesperis solennibus, post missam in qua una tantum oratio dicitur scilicet de beata Virgine Papa depositis missalibus idumetis accipiebat pluuiiale album, & incipiebat Deus in adiutorium. &c. pro uesperis stans in sede sua eminenti, & cardinales atque praelati omnes permanebant cum suis parametis, & incipiebantur Antiphonae per papam, & cardinales

## LIBER SECVNDVS

CXII

nales more solito. Si autem Papa non celebrasset, sed aliquis cardinalis aut praelatus alius in sua presentia. tunc finita missa Papa incipiebat pro uesperis. Deus in adiutorium. incensabat, & cantabat orationes, sicut consueuit facere: quando non est celebraturus. hodie non facimus uesperas neque ante neque post. Et nota quod in uesperis dicuntur duae orationes de festo, & de feria in missa autem dicitur una tantum, quia dicitur ad partem missae de feria. Et quotienscumque Papa celebrat solenniter per totam quadragesimam dicit unam orationem tantum.

De Festo Sancti Marci.

Cap. VIII

Hac die ordinarie non fit missa solennis publica. consueuit tamen aliquando Romanus Pontifex equitare ad ecclesiam Sancti Marci de urbe, Missamque celebrare aliquis Episcopus in parametis rubris. & non fit sermo. Papa cum pluuiali rubro, & mitra preciosa accedit ad altare. deponit mitram. orat super faldistorium procumbens. reasumit dictam mitram. Et iterum procumbit dum Litaniam cantatur: quam duo ex cantoribus conuenienti loco post pontificem coram se habentibus librum supra scabellum genu flexi dicunt, pro ut in ordinario usque ad finem aliis cantoribus ipsis respondentibus. finita Litaniam surgunt omnes. Papa facit confessionem cum Episcopo celebrante ut moris est. Cum autem ascendit ad solium, cardinales ueniunt ad reuerentiam, & non faciunt circum, sed tantum assurgunt. prior Episcoporum non assistit propter angustiam loci, sed tempore opportuno de loco suo accedit ad pontificem, & ministrat nauiculam. Dicitur Gloria in excelsis. Pax uobis. una oratio tantum, Credo, Praefatio de apostolis, & alia more consueto. facta communionem per celebrantem religiosi, & clerus urbis suo ordine circumueunt altare, & prosequuntur supplicationem suam more solito. Interim perficitur missa. & in fine Papa dat benedictionem supplicatione suo ordine transeunte: cuius transitum Papa consueuit expectare, & ea finita surgit Pontifex, & ascendit ad palatium uel alio ut placet reuertitur.

De uigilia, & festo ascensionis Domini.

Cap. X

In uigilia Ascensionis Domini fiunt uesperae papales, & in die missa solennis in parametis albis, quam celebrare solet Episcopus cardinalis. dicit tantum una oratio, & non fit sermo: quem facturus osculetur pedem papae, uel genu. si sit praelatus petat benedictionem, & non indulgentias. finito sermone fit confessio sed non denunciatur indulgentiae, cum Papa sit post solennem benedictionem daturus publicas. Igitur cum dicitur confessio accedit subdiaconus cum cruce, & confessione finita Papa dicit. precibus. &c. alia omnia fiunt more consueto. finita missa Papa dat benedictionem. qua data papa eo ordine quo de camera uenit uadit ad locum, ubi benedictionem publicam daturus. quem cardinales praelati & alii officiales associant in cappis suis sine parametis. Pontifex in loco praedicto dat benedictionem solennem populo. Et in fine plenarias indulgentias.

P iiii



## SACRARVM CERIMONIARVM

gentias si placet: quas publicant duo Diaconi cardinales: Senior primo in latino. Deinde alius in uulgari, quibus publicatis Papa redit ad cameram ordine consueto.

De uigilia Pentecostes, & mutatione capparum. Cap. XI

In uigilia Pentecostes Cardinales, & prelati Romanæ curiæ depositis cappis, & capuciis pellibus subduplicatis, accipiunt alias cum serico rubro, siue carmesino: in quibus ueniunt ad uesperas solennes, quæ fiunt more consueto. consuevit etiam Pontifex Hymnum uesperorum. uidelicet Veni creator spiritus, in sede solii sui stans detecto capite inchoare, deinde descendere ad faldistorium: ubi postquam genu flexit, et non prius cantores prosequuntur Hymnum. finito primo uersu surgit Pontifex, & assumpta mitra redit ad faldistorium: ubi deposita mitra stat usque ad finem hymni. alia omnia fiunt more solito, sed ad primum uersum Hymni Pontifex semper genu flectit hac die siue ipse incipiat siue non. Hæc mutatio capparum fit hodie in die Festo Resurrectionis dominicæ decreto Leonis Papæ. X. in concilio Lateranensi. quia ita fiebat antiquitus.

De Die Pentecostes Cap. XII

In die Pentecostes Pontifex indutus paramentis purpureis preciosis uenit ad ecclesiam, & consuevit solenniter celebrare in tali die ceremoniis consuetis. quod si non est dispositus ad celebrandum, Sacra facit unus ex reuerendissimis Dominis Episcopis cardinalibus ornamentis rubris paratus, & tunc Papa orat in faldistorio. facit confessionem cum celebraturo, & alia more consueto. Dicitur tantum una oratio circa finem alleluia. Ante uersum Papa uenit ad faldistorium: ubi genu flectit. & cantores incipiunt, & prosequuntur uersum. Veni Sancte Spiritus usque ad finem. Finito uersu surgit Pontifex, & accepta mitra uenit ad solium, & fit sermo. Si Papa non celebrat omnia alia obseruabuntur more consueto, sed si Pontifex celebrat, obseruabuntur omnia pro ut in missa maiori in die Natiuitatis Christi ordinatum est, & non fit sermo.

Feriis secunda, & tertia post Pentecostem nihil fit in capella hodie. quæuis tempore Pii, & Pauli, & aliorum superiorum pontificum consuetum fuerit celebrari, sicut in secunda: & in tertia feria in paschate.

De uigilia, & festo Sanctæ Trinitatis. Cap. XIII

In uigilia Sanctæ Trinitatis fiunt uesperæ papales, ad quas uenit Pontifex ornatus albis ornamentis. In die fit missa solennis, quam celebrat presbyter Cardinalis ornamentis albis paratus. Dicitur tantum una oratio. alia omnia obseruantur more consueto, & fit sermo.

De Vigilia Corporis Christi. Cap. XIII

In uigilia Corporis Christi fiunt uesperæ papales: ad quas uenit Pon-

## LIBER SECVNDVS CXIII

tifex ornamentis albis paratus. Quibus finitis uicarius Papæ de mandato Sanctissimi Domini nostri Papæ mandat clero urbis, quod in tempore ad sit in supplicatione, & proficiantur ante ordines curiæ. Mandatur etiam per uicarium Sancti Petri canonicis, & aliis beneficiatis ecclesiasticis basilicæ predictæ sub aliqua graui pœna: quod non interrumpant neque se immisceant ordinibus & prelati Romanæ curiæ, sed illos precestant, & per se aut cum clero urbis supplicationem faciant. Et Reuerendissimus Dominus Camerarius committat cursoribus quod mandent Romanæ curiæ officialibus: quod singuli sub aliqua graui pœna intersint supplicationi hora competenti cum singulis intorticiis.

De festo corporis Christi Papa presente. Cap. XV.

In die summo mane Sacrista parat sacramentum in tabernaculo decem super altare capelle, forerii etiam portent baldachinum in loco congruo intorticia singulis scutiferis Papæ portanda dentur ante sacramentum, deinde hora competenti Cardinales, & prelati omnes in locis suis capiunt paramenta alba ordini suo conuenientia, ut alias. Et Pontifex acceptis paramentis albis in camera papagalli uadit ad capellam: ubi est sacramentum ante altare deposita mitra genu flexus orat, tunc surgit & stans sine mitra ministrante priore presbyterorum Cardinalium nauiculam imponit incensum in duo thuribula: deinde genu flexus cum uno ex thuribulis predictis incensat sacramentum ter illi thuribulum ducens. Quo facto imponitur collo Pontificis mappa sericea per Cardinalem assistentem, Deinde porrigitur sacramentum ipsum Pontifici per Diaconem a dextris assistentem Pontifici adhuc genu flexo. Qui accepto sacramento surgit, & sine mitra illud portat aliquatulum. tum accepto bireto descendat sub baldachino. Cardinalis celebraturus interea tempore congruo uadit ad ecclesiam: ubi est celebraturus, & ibi capit paramenta ordine consueto. Cum Papa descenderit per scalas palatii accipit mitram: quam retinet per totam supplicationem, quæ per priorem Diaconorum Cardinalium in prima porta palatii interim ordinetur, & per Vicecamerarium conseruetur ordo a priore Diaconorum datus. Non enim ad camerarium, sed ad priorem predictum spectat ordinare supplicationes Papales tam equestres quam pedestres, quæ a paucis annis citra camerarii assumpserint sibi hoc onus. In primis præcedent officiales Romanæ curiæ inferiores seu minores gradatim, deinde maiores hoc ordine. Collectores plumbi, sollicitatores literarum Apostolicarum, Notarii, auditorum rote: procuratores pœnitentiariæ: procuratores contradictarum: Abbreuiatores de prima uisione, de parco minori, Scriptores pœnitentiariæ, Scriptores Apostolici, Magistri utriusque registri, Abbreuiatores de parco maiori, Bullatores, Magistri plumbi, procuratores ordinum, procuratores principum & barones, Catores: acoluthi sine cereis, Clerici



## SACRARVM CERIMONIA RV M

camere, auditores rote. Quinq; acoluthi cum candelabris, Subdiaconi quorum unus inter duos medius crucem portet, penitentiarii, Abbates, Episcopi, Archiepiscopi, Oratores prelati parati, Diaconi, presbyteri, Episcopi Cardinales, duo Diaconi Cardinales Pontifici assistentes si Papa portatur in sede: si uero Papa suis pedibus incedit Diaconi hinc inde portat simbrias pluuiialis, & scutiferi Pape singuli singula intorticia portantes, duo acoluthi cum candelabris, duo alii acoluthi cum thuribulis continue incensantes ante sacramentum, & unus alius acoluthus: qui nauiculam portat cum thure: quod cum opus sit imponit thuribulo. Papa sub baldachino, auditor de mitra seruiens, medius inter duos cubicularios secretos, secretarius Pape si non est prelatus cum medico Pape, protonotarii, prelati si qui sunt non parati, generales ordinum quos tandem sequantur togati omnes. Hoc ordine itur per uiam rectam usq; ad castrum sancti angeli, & per aliam uiam qua sancta dicitur reuertitur ad basilicam Sancti Petri si sit Rome apud Sanctum Petrum. Si autem alibi sit Papa, ordinabit quousq; progredi placuerit, & ita seruabitur. Aduertendum tamen est qd digniores nobiles, seu Oratores laici portare debent baldachinum a principio, & dum intrat ecclesiam in fine. Interim autem medio itinere illud portant inferiores nobiles: qui imitari solent superiores per uiam. Hec autem supplicatio fit longior, & breuior pro uoluntate, & dispositione sanctissimi Domini nostri Pape, & aliquando pro qualitate temporis. Vidi aliquando tempore pluuioso qd ex palatio tantum descendimus ad ecclesiam Sancti Petri, & si Pontifex est debilis pedibus portatur in sede, & portat sacramentum, cum Pontifex fuerit ante altare: ubi missa celebranda erit: genu flectit coram illo, & Diaconus a dextris assistens accipit reuerenter sacramentum de manu illius, & in medio altaris in loco ad id ordinato reponit. Tum Pontifex stans sine mitra ministrante priore presbyterorum Cardinalium imponit incensum, Deinde genu flexus incensat sacramentum. Tum surgit, & cum celebrante facit confessionem more solito. Cum primum officiales & prelati peruenerint supplicabundi ad capellam extra cancellum altaris maioris depositis superpelliciis sine paramentis accipiunt cappas suas: in quibus intrant capellam predictam. Cardinales uero parati & in locis suis anteq; adueniat Pontifex depositis paramentis accipiunt cappas suas. Finita confessione Pontifex ascendit ad solium. Fitq; ei reuerentia a Cardinalibus, & alia fiunt more solito. Cardinalis celebrans non capit mitram, quando incensandus erit: neq; cum manus lauare debet in altari: sed stans in cornu Epistole sine mitra illas lauet ob reuerentiam sacramenti. Dicitur tantum una oratio, non fit sermo. Finita missa Papa dat benedictionem, & indulgentias: quas pronunciat celebrans. Alia omnia fiunt more consueto. Descendit deinde Pontifex de solio: Orat in faldistorio sine

## LIBER SECVNDVS CXIII

mitra & illa reassumpta recedit dimisso in altari Sacramento, quod in se ro Sacrista dispensat, ut decet.

### De supplicatione huius diei Papa absente. Cap. XVI

Si Pontifex huius diei officio non interesset, parentur omnia, ut dictum est, cardinales, prelati, & officiales in locis suis, in palatio paramenta recipiunt: celebrans uero in capella prope altare accipit sandalia cum psalmis consuetis, deinde amictum, albam, cingulum, stolam, crucem, pectorale, tunicellam, & dalmaticam cum orationibus solitis, & desuper pluuiale, uel si magis placet dimissis tunicella & dalmatica capiat pluuiale. hora deinde opportuna ministrante diacono capelle nauiculam, celebraturus ponit incensum in duo thuribula. Tum genu flexus ante altare incensat sacramentum. ordinatur deinde supplicatio, qua fit ordine supradicto. subdiaconus capelle portat crucem ita qd imago crucifixi ante respiciat non retro. candelabra iuxta crucem supplicationis portant duo ex capellanis assistentis, similiter & thuribula ante sacramentum. in torticia uero deferant scutiferi pape. capellanus pluuiali indutus a dextris, & diaconus capelle omnibus paramentis indutus a sinistris auriphrygiu pluuialis celebrantis eleuet, baldachinum autem digniores nobiles, ut supradictum est. facta supplicatione cum celebraturus reposuerit sacramentum super altare, imponit incensum ministrante diacono capelle nauiculam. Tum genu flexus ante altare incenset sacramentum, deinde accedat ad faldistorium: ubi deposito pluuiali accipiat tunicellam, & dalmaticam, si illas prius non accepit, tum chirothecas, planetam, mitram, anulum pontificalem. accedit ad confessionem, & omnia fiunt ordine supradicto. in fine missae celebrans dat benedictionem sine mitra, & publicat indulgentias per Papam concessas.

### De uigilia, & festo sancti Ioannis Baptistae. Cap. XVII

In uigilia sancti Ioannis Baptistae ordinarie fiunt uesperae papales, & in diemissa publica solennis per presbyterum cardinalem in paramentis albis, & fit sermo. & non dicitur Credo nisi ueniat in die dominico. alia fiunt ut in aliis uesperis, & missis solennibus.

### De uigilia, & festo apostolorum Petri, & Pauli. Cap. XVIII

In uigilia apostolorum Petri, & Pauli, si sanctissimus Dominus noster est in crastinum solenniter celebraturus, accipit paramenta rubri coloris preciosa consueta in camera papagalli, & descendit ad ecclesiam nulla supplicatioe preunte, sed facta reuerentia dñi Cardinales accipiunt paramenta, & obseruantur omnia pro ut supra in Vigilia Natiuitatis Christi notatum est. Si uero non est celebraturus accipit eadem paramenta, & fiunt uesperae more consueto. Et antiquitus erat potius in aula.



## SACRARVM CERIMONIARVM

In die Apostolorum Petri & Pauli. Si Sanctissimus Dominus noster ē celebraturus ut consuevit: cū potest accipit in camera papagalli amictū, albam, cingulum, stolam, pluviale rubrum, & mitram preciosam. Et ministrante priore presbyterorum Cardinalium imponit incēsum. Interim Cardinales & prælati capiunt paramenta, & officiales superpellicia more solito. Et pontifex supplicabundus uenit ad ecclesiam sub baldachino eo ordine, ut supra in missa maiori natiuitatis Christi est notatum. In missa etiam obseruantur omnia quæ ibidem sunt ordinata. post missam pontifex data in altari benedictione, & indulgentiis per Cardinalem assistentem publicatis dimisso in altari pallio redit ad cameram non habita supplicatione, sed sine baldachino more consueto, & et non fit sermo.

De festo uisitacionis Beatæ Mariæ uirginis. Cap. XIX.

In die uisitacionis Beatæ Mariæ uirginis solet fieri missa solennis: quæ celebrare consueuerat presbyter Cardinalis in paramentis albis, & solebat fieri sermo. Sed hodiernis temporibus huiusmodi solennitas non obseruatur. Sed capella huius diei prætermittitur, quæ non habet neq; habuit uesperas præcedentes.

De uigilia & festo assumptionis Beatæ Mariæ uirginis. Cap. XX

In uigilia assumptionis Beatæ Mariæ uirginis solebāt esse uesperæ papales, & in die missa solēnis: quam solebat presbyter Cardinalis paramētis albis indutus celebrare & sermo fieri: sed Romæ hodie nō fit propter festum solenne Romanorum: quod ipsi celebrant in sancta Maria maiori. Si Papa est alibi seruatur ut supra.

De uigilia & festo natiuitatis Bræ Mariæ uirginis. Cap. XXI.

In uigilia natiuitatis Beatæ Mariæ uirginis ordinariæ fiunt uesperæ solēnes, & in die missa solēnis in capella papæ per presbyterum Cardinalem paramētis albis paratum. Et fit sermo.

De uigilia oīum sanctorū, & mutatione capparū. Cap. XXII.

In uigilia oīum sanctorū Cardiales & prælati dimissis cappis cū serico rubro accipiūt cappas cū pellibus albis. Et sanctissimus Dñs n̄r indutus paramētis albis solitis uenit ad Ecclesiā more solito. Et si est die crastina celebraturus, Cardinales facta reuerētia cōsuetā in cappis capiūt paramēta sibi cōuenientia albi coloris. idem faciūt prælati, Officiales uero accipiūt superpellicia. si illa prius nō acceperūt. Alia omnia fiūt, prout supra in uigilia natiuitatis Domini dictum est.

De festo omnium sanctorum. Cap. XXIII

In die oīum sanctorū si sanctissimus Dñs n̄r est celebraturus accipit in camera papagalli paramēta cōsuetā albi coloris simplr, & Cardinales in camera paramēti, & prælati ac officiales in aula paramenta sibi cōuenientia recipiunt, & officiales superpellicia, deinde ministrante priore psbyterorū

## LIBER SECVNDVS CXIII

Cardinalium Papa imponit incensum. & supplicatiōe præeunte uenit ad ecclesiam sub baldachino, ac omnia alia fiunt prout supra in missa maiori diei natiuitatis Domini nostri Papa celebrante ordinatum est. Et non fit sermo, nisi aliquis Cardinalis illum faceret. Si uero Papa non fit celebraturus, celebrabit Episcopus Cardinalis in paramentis albis ordine consueto, & fit sermo.

In uesperis & matutinis defunctorum Papa p̄fite. Cap. XXIII

In sero in capella maiori palatii cantantur uesperæ & matutinæ mortuorum hoc ordine. Papa induitur amictu, alba, cingulo, stola, uiolacea, & cappa derosato sine mitra: uel si placet loco cappe accipit mantum derosato, & caputium magnum quod iuersatur, ita q; pelles in capite ab extra sint, & supra faciem habeat quasi duo cornua. Et cum p̄fite manto aut huiusmodi caputio utitur prælati assistentes non debent habere cappas sed mantellos: quos assistentium crocias uocant, & caputia in modū cubiculariorum supra collum, & non supra caput. hoc modo paratus Pōtifex uenit ad capellam Cruce præcedente & Cardinalibus Papam sequētibus. duo Diaconi Cardinales: qui assistere consueuerunt uadūt in locis suis post presbyteros Cardinales. cum Papæ non assistāt fimbrias omnes cum cauda simul collectas portat dignior ex prælatis assistentibus in capella. Papa facit orationem in faldistorio capite semicooperto. ascendit ad solium & sedet, & duo primi ex assistentibus Ep̄is extendunt fimbrias cappe ante Pontificem. Cardinales oēs sedent in locis suis, & non fit Papæ reuerentia, neq; psbyter aut diaconi Cardinales ei assistunt. postq; Papa aliquantulum quieuerit surgit, & stās capite semicooperto uersus ad altare dicit secrete Pater noster: quo ad finem cōpleto sibi ipsi caput cooperiet: tum cantores incipiunt pro uesperis añam. Placebo Domino. qua dicta & incepto psalmo Papa sedet sic manens quousq; incipiatur magnificat. Tunc surgit Papa a seipso semi uel totaliter capite discooperto put sibi placet. Finito Magnificat papa sedet cooperto sibi ipsi capite sic manēs usq; ad finem repetitionis antiphonæ. Tunc accedunt duo acoluthi in eorum cappis cum duobus candelabris more solito. Surgit pōtifex discooperto capite, & stans uersus ad altare dicit cōpetenti uoce. Pater noster q; secrete cōplet, Interim accedūt duo Ep̄i assistentes cū libro & candela, & papa cōpleto pater noster dicit uersiculū. Et ne nos inducas in tētationē. & Sed libera nos a malo. uers. A porta inferi. & Erue Domine aīas eorū. uers. Requiescant in pace. & Amen. uers. Dñe exaudi orōnē meā. & Et clamor meus ad te ueniat. uers. Dñs uobiscū. & Et cū spū tuo. Oremus.

Fideliū Deus oīum cōditor, & redēptor aīabus famulorū, famularūq; tuarū remissionē cunctorū tribue peccatorū: ut indulgētiā, quā semp optauerunt piis supplicationibus cōsequantur. Qui uiuis & regnas Deus p oīa secula seculorum. & Amen. uers. Requiem æternam dona eis Dñe. &



## SACRARVM CERIMONIA RV M

& lux perpetua luceat eis. Tum duo ex cantoribus dicunt uersiculum Re quiescant in pace. & amen. deinde sedeat Pontifex cooperto capite, & ali quantulum quiescat, tum surgat, & capite semicooperto stans uersus ad altare dicit secrete Pater noster. quo cōpleto caput sibi ipsi coopiat. Et cā tores incipiāt pro matutinis Inuitatoriū. Regē cui oīa uiuunt. &c. incepto psalmo primi nocturni uidelicet Verba mea. Papa sedet, sic manens usq; ad rñsionem uersiculi ante primam lectionem. Tunc surgit, & capite se midiscooperto stans uersus ad altare dicit secrete Pater noster, & illud se crete complet, quo completo caput sibi ipsi cooperiens sedet. Tunc unus ex cantoribus stans in eorum loco uersus ad altare facta prius Altari, & papæ reuerentia ex libro dicat primam lectionem, & alia dicuntur prout in ordinario. post uersiculos secundi, & tertii nocturni surgit Pontifex & dicit pater noster. deinde sedet pro ut supra in primo nocturno dictum est. incepto psalmo Benedictus: papa surgit stans uersus ad altare capite semi uel totaliter discooperto usq; ad finem psalmi, quo finito sedet cooperto capite. repetita Antiphona post Benedictus accedunt duo acoluthi in eo rum cappis cum luminaribus ad locum consuetum. Surgit Pontifex, & stans uersus ad altare dicit pater noster, & alia omnia, pro ut supra in ue speris ordinatum est. dicto a cantoribus Requiescant in pace amen. Pa pa sedet cooperto capite, & aliquantulum quiescit, deinde uadit ad faldistorium, orat, surgit, & redit in cameram eo ordine quo uenit, digniore ex Episcopis assistentibus simbrias ut superius portante.

De uesperis, & matutinis mortuorum Papa absente. Cap. XXV

Si autem Pontifex uesperis, & matutinis defunctorum nō interesset, Cardinalis die crastina celebraturus peruenit ad capellam, & facta orati one ante altare sedet in faldistorio in loco consueto sibi parari. capellani ad numerum nouem sint parati coctis, quorum duo hinc & inde stāte iuxta cardinalem deposita illi cappa per scutiferos ministrantibus aliis ca pellanis paramenta de altari Cardinalem ipsum induunt amictu, alba, cingulo, stola, quæ a spatulis pendeat, pluuiali nigro, & mitra alba plu uiata. Qui sic paratus in faldistorio sedens tempus expectat, deposita dein de mitra, surgit, & stans uersus ad altare secrete dicit Pater noster, & can tores dicant Antiphonam Placebo pro Uesperis, deinde psalmum. quo incepto sedeat Cardinalis accepta mitra, sic manens quousq; Magnifi cat incipiant, tum surgit deposita mitra stās ad finem illius ad altare uer sus, incepta deinde Antiphona sedet cum mitra usq; ad finem Antipho næ, deinde surgit deposita mitra, & stās uersus ad altare dicit Pater noster & alia ut supra in uespis pontifice p̄sente dictum est, duobus ex capellanis suis duo candelabra tenētibus cum luminaribus unum capellanū qui li brum corā celebraturo tenet mediū inter se habētibus. dicto a cātoribus Requiescāt in pace Amē. cardinalis sedet accepta mitra, & aliquātulū quie

## LIBER SECVNDVS CXVI

scit. Deinde deposita mitra surgit, & stans uersus ad altare secrete dicit Pater noster. Et cantores incipiunt Inuitatorium Regem cui oīa uiuunt pro matutinis, & alia prout in ordinario. Incepto psalmo Cardinalis ac cepta mitra sedet dicto uersiculo primi nocturni cum suo respōtorio sur git deposita mitra, & stans uersus ad altare secrete dicit Pater noster. quo completo sedet cum mitra, & cantores dicunt lectiones & alia: ut in ordi nario, idē faciat cardinalis post uersiculos secundi & tertii nocturni. In cepto Benedictus surgit sine mitra stans uersus ad altare: quo finito sedet cum mitra: repetita deinde Antiphona surgit sine mitra, & stans uersus ad altare dicit uoce competēti Pater noster. Quo secrete completo unus ex assistentibus suis capellanis librum cum duobus aliis duo luminaria coram eo tenentibus dicit ex libro uersiculū. Et ne nos cū aliis, & orōnē. Fidelium Deus oīum &c. ac aliis prout supra in uesperis dictum est.

De cōmemoratione aīarum Papa p̄sente. Cap. XXVI

In die cōmemorationis animarum super credentiam ponūtur uasa cō sueta exceptis duobus magnis uocalibus argenteis, quibus in missis de functorum non utuntur. paratur etiam super eam thuribulum cum nauis cella, & uas aquę benedictę cum aspersorio. Deinde hora competenti pre sbyter Cardinalis celebraturus uenit ad capellam & capit omnia para menta cōsuetā nigri coloris exceptis sandaliis & chirothecis, quibus in huiusmodi missa uti non debet: nec consueuit dicere psalmū. Quam dile cta cum aliis. Subdiaconus & Diaconus utuntur tunicella & dalmatica. Deinde Pontifex indutus amictu, alba, cingulo, stola uiolacea, & cappa rubea cuius cucullum super scapulis duobus spaletis aptatur ne deorsum cadere possit & mitra simplici: uel si Pontifici placet loco cappæ habeat pluuiale rubrum simplex, & mitram simplicem. p̄cedentibus Cruce, & Cardinalibus uenit ad capellam. orat in faldistorio, & facit confessionē eum celebraturo. ascendit ad solium, & non fit ei reuerentia a Cardinali bus, sed duo Diaconi & prior presbyterorum Cardinalium assistūt ei mo re consueto Papa dicit Introitum cum assistentibus tantum. altare non incensatur: Cardinales non ueniunt ad circulum, neq; celebrans oscula tur librum, sed altare tantum. cum celebrans dicit Dominus uobiscum, Papa uenit ad faldistorium, & genu flectit sine mitra sic manens, usq; ad finem orationis & similiter omnes genu flectunt preter celebrantem, & ministros. Id est assistentem Diaconum, & Subdiaconum. Pontifex orō ne finita & accepta mitra redit ad sedem. Dicitur tm̄ una orō. uidelicet Fi delium Deus oīum &c. Subdiaconus dicta epla nō osculatur pedē Papæ: neq; Diaconus p̄ euāgelio illū osculatur. ad euāgelium nō portant lumi naria, neq; icēsum, neq; diaconus accipit bñdictionē. Finito euāgelio Pa pa nō osculatur librum, neq; benedicit aquā pro sacrificio in calice iponen dā. post Offertoriū Papa iponit incēsum more cōsuetō, & icēlant oblata.



## SACRARVM CERIMONIARVM

altare, celebrans, & Papa tantum, & non alii, Subdiaconus non tenet patenam: ut in aliis missis, sed ad eleuationem in cornu epistolæ genu flexus incensat sacramentum. Papa dicto Sanctus cum assistentibus uenit ad faldistorium: ubi deposita mitra genu flectit quousq; celebras dicat. Per omnia secula seculorum. Ante Pax Domini. Tum surgit Pontifex, & accepta mitra redit ad solium: ubi deposita mitra dicit cum assistentibus Agnus Dei. Celebrans non dicit Orationem. Domine Iesu Christe: qui dixisti Apostolis tuis: neq; pax tecum: sed sequentes: Osculum pacis non datur celebrans procedit in missa more consueto. Et Pōtifex ad orationem in fine uenit ad faldistorium & genu flectit, deinde illa finita redit ad sedem. Et celebras dicto in altari Placeat &c. uadit ad faldistoriū. depōit uestes sacras & demū uadit ad locum suum inter Cardinales. nō datur benedictio: neq; indulgentiæ. Deinde si pontifex uelit post missam absoluere incepto a cantoribus Responsorio. Libera me Dñe apud sedem deponit cappam & accipit pluuiiale rubrum simplex si placet, & ponitur ante eum pannus niger ad hoc paratus, & extēditur a scabello sedis per planum & gradus solii sui: & quatuor acoluthi super pellicis induuntur, & dum cātores replicant Responsorium Libera me Domine: accedunt ad Pōtificem duo acoluthi unus cum thuribulo & nauicella, alius cum uase aque benedictæ & aspersorio, & Pontifex ministrante priore presbyterorum Cardinaliū nauiculam imponit incensum: presbyter Cardinalis remanet illic apud Papam. cum incipitur Kyrie eleison a cantoribus surgit Pontifex deposita mitra & dicto ultimo Kyrie eleison stans uersus ad altare dicit intelligibili uoce Pater noster: quod secrete complendo ministrante priore presbyterorum Cardinalium aspersorium Papa aspergit tertio supra pannum nigrum ante se iacentem, & reddit aspersorium presbytero Cardinali: quo ministrante thuribulum Papa incensat eodem modo supra pannū tertio thuribulum ducens & reddito thuribulo presbytero Cardinali. recedunt illi duo acoluthi cum aqua benedicta & thuribulo, & psbyter Cardinalis ad scabellum suum reuertitur. accedunt duo acoluthi cum luminaribus ad locum consuetum, & duo Ep̄i assistentes cum libro & cādela. Et Papa dicit uers. Et ne nos inducas &c. cum aliis & oratione. Fidelium Deus omnium sub sua conclusione, ut in uesperis ordinatum est. post orationem Papa dicit Requiem eternam &c. Et cantores Requiescāt in pace. Tum sedet Pontifex cum mitra, Orat deinde in faldistorio, & redit ad cameram.

Quando Pontifex nollet absoluere. Cap. XXVII.

Si uero Pontifex absolutionem finita missa facere noluerit: celebrans dicto Placeat accedit ad cornu epistolæ altaris: ubi deposita planeta accipiat pluuiiale nigrum, & mitram simplicem, & stans in dicto cornu uersus ad altare expectat finem responsorii. Interim clerici capelle extendant a

medium

## LIBER SECVNDVS CXVII

medium altaris a plano illius per gradus deorsum pānū nigritū ad hoc ordinatum. Cum responsorium post uersum Requiem eternam repetitur Pōtifex ministrante psbytero cardinali nauicula pōit incensum. Duo ex capellanis celebratis stantes iuxta cornu epistolæ altaris tenet unus uas aque benedictæ cum aspersorio alius thuribulum cum incenso. incepto Kyrie eleison surgit Pontifex sine mitra, & mitra celebranti depōitur. qui dicto ultimo Kyrie eleison stans detecto capite in dicto cornu uersus ad altare dicit intelligibili uoce Pater noster, quod secrete complet, interim accedit ad medium altaris, & uersus ad dictum pannum ministrante diacono capellæ aspersorio aspergit tertio super eundem pannum, tum ministrante eodem thuribulum eodem modo incensat. Deinde conuersus ad altare ex libro supra illud posito dicit uersum. Et ne nos, & alios cum oratione & in fine Requiem eternam, ut supra dicitur. & dicto per cantores Requiescant in pace. Amen, dicit Dominus uobiscum, signat altare per seipsum dicens Euangelium sancti Ioannis. redit ad faldistorium ubi depōnit sacras uestes more consueto.

De cōmemoratiōe oim fidelium defunctorū Papa absente. Cap. XXVIII

Si uero Pontifex huius diei officio non intersit, presbyter Cardinalis celebraturus preuenit ad capellam, oransq; ante altare, sedet in faldistorio lauat manus, surgit, & capit paramenta oīa more consueto exceptis sandalis, & chirothecis quibus nō utunt in hac missa, nec dicit psalmos Quam dilecta. &c. In credentia non debent esse illa duo uocalia magna argentea quibus cardinales celebrantes uti cōsueuerunt. Sed omnia alia consueta, & præter illa uas aque benedictæ cum aspersorio, & pannus p absolutione. Subdiaconus, & diaconus utuntur tunicella, & dalmatica. In missa celebrans post confessionem, & altaris osculum, non osculatur librum, nec incensat altare. Dicitur tantum una oratio uidelicet. Fidelium Deus omnium. &c. ad quam omnes genu flectunt, exceptis capella no assistente Diacono, & subdiacono. dicta epistola subdiaconus non osculatur manum celebrantis. Ad euangelium diaconus non petit benedictionem, nec osculatur celebrantis māum, nec portantur luminaria, neq; thuribulum, duo tamen ex capellanis assistentis diaconum associant, & subdiacono librum tenenti hinc inde stant, post euangelium celebrans non osculatur librum, neq; benedicit aquam pro oblatione in calice ponendam. Subdiaconus non tenet patenam post celebratē, sed genu flexus ad cornu epistolæ tempore congruo ad eleuationem incensat sacramentum: celebrans ministrante diacono nauiculam imponit incensum, incensat oblata, altare & incensatur ipse solus a diacono, & non alii, incepto Sāctus a cantoribus omnes genu flectunt exceptis prædictis quousq; celebrans dicat Per omnia secula seculorum: ante Pax Domini. oratio Domine Iesu Christe qui dixisti apostolis tuis, &c. Pax tecum non di

Q



## SACRARVM CERIMONIA RV M

citur. osculum pacis nō datur. ad post commūionem omnes genu flectūt usq; ad finem orationis exceptis prædictis. Non datur benedictio; neq; indulgentiæ. sed dicto per diaconum Requiescant in pace, celebrans dicit Placeat, & cantores incipiunt responsum, Libera me domine, celebrās retrahit se ad cornu epistolæ: ubi deposita planeta accipit pluuiale nigrū & mitram planam. interim extenditur pannus niger ante medium altaris. Et cum repetitur Responsum Libera me Domine: ministrante diacono nauiculam celebrans imponit incensum. Et alia fiunt prout supra Papa non absoluēte dictum est.

De uigilia, & festo dedicationis Basilicę Saluatoris. Cap. XXIX

In uigilia dedicationis Basilicę Saluatoris ordinarię sunt uesperę papales, & in die unus ex reuerendissimis presbyteris cardinalibus celebrat in paramentis albis: non fit sermo, & antiquitus erat potus in aula.

De uigilia, & festo dedicatiōis Basilicę principis Apostolorū. Cap. XXX

In uigilia, & festo dedicationis Basilicę principis Apostolorū fit eodem modo, ut in dedicatione Saluatoris. Et similiter erat potus in aula.

De anniuersario Pontificis proxime defuncti. Cap. XXXI

Solent Summi pontifices immediatis prædecessoribus suis in die annuo obitus anniuersariū peragere in capella maiori: in qua Episcopus celebrat omnibus pontificalibus ornamenti nigris paratus. Papa uenit paratus in cappa rubra, & mitra simplici ut supra in die commemoratiōnis defunctorum dictum est. celebrans nō utitur sandalis, neq; chirothecis, & in ornamentis atq; in missa oīa obseruātur etiam quod genu flexiones, & absolutionem post missam ut supra in die commemoratiōnis omnium fidelium defunctorum est ordinatum, exceptis oratione, secreta, & post communionem quę dicuntur ut infra.

Oratio.

Deus, qui inter sūmos sacerdotes Famulū tuū. N. ineffabili tua dispositione cōnumerari uoluisti p̄sta quęsumus, ut qui unigeniti filii tui uices in terris gerebat. sanctorum tuorum pontificum consortio perpetuo aggregetur per eundem.

Secreta.

Suscipe quęsumus Domine pro anima famuli tui. N. summi pōtificis quas offerimus hostias: ut cui in hoc seculo pontificale donasti meritum, in cœlesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi consortio. Per dominū.

Post Communio.

Prosit quęsumus Domine animę famuli tui. N. summi pontificis misericordię tuę implorata clementia. ut eius in quo sperauit, & credidit æternum capiat te miserante consortium. Per Dominum. Ad absolutionē post missam faciēdam. Dicitur prima oratio uidelicet. Deus qui inter sūmos sacerdotes famulum tuum. N. ineffabili. &c.

## LIBER SEC V NDVS CXVIII

De anniuersario assumptionis Summi Pontificis. Cap. XXXII

In die annuo assumptionis Summi pontificis ad apicem apostolatus solet celebrari missa solennis publica: quam dicere consueuit presbyter, uel etiam aliquando Episcopus Cardinalis in paramentis rubris, cui Papa & cardinales interesse solent more consueto. Missa dicitur de Spiritu sancto, & in ea dicitur Gloria in excelsis Deo, Pax uobis, Credo, & una tantum oratio, uidelicet. Deus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratiōe docuisti. &c. & non Deus qui hodierna die corda fidelium. &c. præfatio dicitur de sancto Spiritu, quę in missali posita est dicēda a uigilia Pentecostes usq; ad octauam ommissis in ea uerbis hodierna die. Omnia alia fiunt more solito. Et nō fit sermo: neq; habet hoc festum uesperas præcedētes.

De anniuersario coronationis Summi pōtificis Cap. XXXIII

In die annua qua Summus Pontifex coronatus est: solet coronatio siue huiusmodi anniuersarium celebrari. Et fit missa de Spiritu sancto pariformiter ut supra dictum est in die anniuersario assumptionis.

De anniuersario generali omnium summorum Pontificū. & Cardinaliū Sanctę Romanę ecclesię Defunctorum. Cap. XXXIII

Solebant Summi pontifices singulis annis aliquo die post diem commemorationis omnium fidelium defunctorum, uelut Alexander quartus ordinauit, nonis Septembris missam publicam pro omnibus summis pōtificibus, & omnibus sanctę Romanę ecclesię cardinalibus defunctis in capella apostolica coram se, & sacro collegio celebrari facere more solito, ut supra in die commemoratiōnis omnium fidelium defunctorum dictū est. Missam celebrabat aliquis Episcopus ornamentis nigris paratus absq; sandalis & chirothecis. ministri utebātur tunicella, & dalmatica & dicebatur tantum una oratio. Et omnia alia fiebant etiam quoad absolutionem post missam. ut supra in die commemoratiōnis omnium fidelium defunctorum dictum est. Quod hodie etiam est abolitum. Oratio autem secreta, & postcōmunio, quę dicebantur hęc sunt, quę sequūtur.

Oratio.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate uigere p̄sta quęsumus, ut eorum quoq; perpetuo aggregentur consortio. Per Dominum.

Secreta.

Suscipe Domine pro animabus famulorum tuorum, quas offerimus hostias, ut quibus in hoc seculo pontificale seu sacerdotale donasti meritum in cœlesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi consortio. Per.

Postcommunio.

Prosit quęsumus Domine animabus famulorum tuorum misericordię tuę implorata clementia, ut eius in quo sperauerunt, & crediderunt, æternum capiant te miserante consortium.



## SACRARVM CERIMONIA RV M

Ad absolutionem post missam.

Absolue q̄s Dñe aias famulorū tuorū ab oī uinculo delictorū ut in resurrectionis gloria inter factos & electos tuos resuscitatus respiret. p. D. N. De missa que pro animabus Imperatoris, Cardinalium, & Regum nouiter defunctorum in capella dici consuevit. Cap. XXV

Consueuerunt Romani pontifices quotienscunq; Imperator aut aliquis cardinaliū, uel Rex moritur in Romana curia, uel extra eam etiam si exequiē publicē in ecclesia, in qua sunt sepulti, aut alibi sint habitē, unā missam publicam in capella palatii facere celebrare, & illi etiam interest Pontifex paratus ut supra in die commemorationis omnium fidelum defunctorum dictum est. celebrat aliquis Episcopus in paramentis nigris, sine sandaliis, & chirothecis, & ministri utuntur dalmatica, & tunicella, ac omnia alia fiunt quo ad absolutionē post missam, ut supra in dicto die commemorationis animarum ordinatum est: exceptis oratione, secreta, & post communionē, que dicuntur prout infra ordinatur.

Oratio pro Imperatore defuncto.

Oro hęc plenius cū aliis orōnibus cōtinet̄ i ordinario: ubi uide si placet.

Oratio pro Episcopo Cardinali defuncto

Deus q̄ iter ap̄licos sacerdotes famulū tuū. N. ep̄m cardinalē pōtifica li fecisti dignitate uigere presta que sumus, ut eorum quoq; perpetuo ag gregentur consortio.

Secreta

Suscipe Domine p̄ anima famuli tui. N. Episcopi cardinalis. quas offerimus hostias: ut cui in hoc seculo pontificale donasti meritum, in cœlesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi consortio. Per.

Post communio.

Profit que sumus Domine animæ famuli tui. N. Episcopi cardinalis misericordie tuę implorata clementia, ut eius in quo sperauit, & credidit æternum capiat te miserate consortium.

Ad absolutionem post missam.

Absolue que sumus Domine animam famuli tui. N. Episcopi cardinalis ab omni uinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos tuos resuscitatus respiret. Per Christum.

Oratio pro Rege defuncto.

Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras: quibus misericordiā tuā supplices deprecamur, ut animā famuli tui. N. Regis: quem de hoc se culo migrare iussisti in pacis ac lucis regione constituas, & sanctorū tuorum iubeas esse consortem. Per Dominum.

Secreta.

Annue nobis que sumus Domine ut animæ famuli tui. N. Regis hæc profit oblatio, quā imolādo totius mūdi tribuisti relaxari delicta. p. Dñm

## LIBER SECVNDVS

CXIX

Post communio

Absolue que sumus Dñe aiam famuli. N. Regis ab oī uinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter factos, & electos tuos resuscitatus respiret. p. D.

Ad absolutionem post missam.

Absolue que sumus Dñe animā famuli tui. N. Regis ut defunctus seculo tibi uiuat, & quæ per fragilitatem carnis humana conuersatione cōmisit, tu uenia misericordissime pietatis absterge. Per Christum. Dñm. N. Amē.

Oratio pro p̄sbytero Cardinale defuncto.

Deus q̄ inter ap̄licos sacerdotes famulū tuū. N. presbyterum cardinalē sacerdotali fecisti dignitate uigere, p̄sta q̄s: ut eorum quoq; perpetuo ag gregetur consortio. Per Dominum.

Secreta

Suscipe Dñe q̄s pro aia famuli tui. N. p̄sbyteri cardinalis, quas offerimus hostias: ut cui in hoc seculo sacerdotale dedisti meritum, in cœlesti regno sanctorum tuorum iubeas iungi consortio. Per.

Post cōmunio.

Profit que sumus Domine animę famuli tui. N. presbyteri cardinalis misericordie tuę implorata clementia, ut eius in quo sperauit, & credidit te miserante æternum capiat consortium. Per Dominum.

Ad absolutionem post missam.

Absolue que sumus Domine animam famuli tui. N. presbyteri Cardinalis ab omni uinculo delictorū. ut in resurrectionis gloria inter sanctos, & electos tuos resuscitatus respiret.

Pro Diacono Cardinali defuncto.

Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras: quibus misericordiā tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui. N. Diaconi cardinalis. quam de hoc seculo migrare iussisti: in pacis, ac lucis regione constituas, & sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Dominum.

Secreta.

Annue nobis Domine: ut animæ famuli tui. N. diaconi cardinalis hæc profit oblatio. quā imolādo totius mūdi tribuisti relaxare delicta. p. Dñm.

Post communio.

Absolue que sumus Domine animam famuli tui. N. Diaconi Cardinalis ab omni uinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria inter sanctos, & electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum.

Ad absolutionem post missam.

Absolue que sumus Domine animam famuli tui. N. Diaconi Cardinalis: ut defunctus seculo tibi uiuat: & que per fragilitatem carnis humana conuersatione commisit, tu uenia misericordissime pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Q iii

SACRARVM CERIMONIA RV M  
IN TERTIVM CERIMONIA RV M ROMA  
NE ECCLESIE LIBRVM PRÆFATIO.

Errius hic mihi ac ultimus liber absoluitur: ut nihil etiam curio  
so desit. persecuti autem sumus, cum alia, tum uero & minima  
queque, quæ neglecta, aut imperitiæ, aut negligentie notam inu  
rant. Tamen in his, quæ ad pietatem spectat, quid nam sit minimum, q  
omitti iure possit non uideo. grauius certe offendit ea neglecta, quæ ma  
iora sunt: quæq; summam ipsâ pietatem attingant: & hæc ubi committas  
non parum etiâ momentû ad casum lapsumq; faciunt. utinam hæc ætas tã  
cõstanter illa retineret, q̄ diligenter a maioribus nostris & obseruata sunt,  
& nobis etiâ ueluti per manus tradita. Illud certe hac i parte dissimulare  
non possum: q̄ quanto minore ambitione ueteres Deum optimum Ma  
ximum coluerunt: Tanto fortasse Deo gratiores, acceptioresq; fuerunt eo  
rum preces. nec. n. superi aliud a nobis exigunt, q̄ mentem animamq; pu  
ram: quam quâdocunq; afferas: illi uero ueniam facillimi tribuant. Nec  
tamen cultus hic noster, q̄ ad nos attinet aspernendus est: qui nihil tale  
tantumq; præstare Deo possumus, q̄ parem illi meritorum in nos gra  
tiam referat. Quare meo iudicio qui & impensiorè ornatum, & magni  
ficentiorè apparatus in polluta animi pietate ac Christiana simplici  
tate Deo exhibet: illi plane nihil deesse potest, quod ad absolutam perfe  
ctamq; religionem attingat. Quod ut plane præstet: hi etiam libri in pri  
mis faciunt. Quos eo libentius edendos, publicâdoq; curauimus. Quod exi  
stimare summum illud religionis, ac pietatis nostre fastigium, quod Ro  
mæ tantum obseruari soleat: hæcenusq; uni aut alteri cognitum erat: intel  
lectum nunc deinceps ab omnibus admirationem primum, tum uero etiâ  
ingentem uoluptatem legentibus allaturum.



SACRARVM CERIMONIA RV M SANCTE  
ROMANE ECCLESIE LIBER TERTIVS.

SECTIO PRIMA.

DE REVERENTIIS ET PRIMO DE  
REVERENTIA ALTARIS. Cap. I

CCEDENS PRIMVM AD ECCLESIA  
am, siue capellam Pontifex genu flectit ante altare super  
faldistorium, & capite detecto orat. Cardinales, præla  
ti & alii omnes, tam clerici q̄ laici similiter primum in  
trantes genu flectunt in terram, orantq; Pontifex surgens  
ab oratione cum mitra ueneratur altare caput inclinando anteq̄ inde di  
scedat. Cardinales quotiens uadunt uersus altare, uel ante illud trãseunt:  
profunde caput inclinât altari. alii omnes tam Episcopi, q̄ clerici, siue lai  
ci transeuntes ante altare genu flectunt.

Q d Romanus Pontifex nemini reuerentiam facit. Cap. II  
Romanus Pontifex nemini omnino mortalium reuerentiam facit af  
surgendo manifeste aut caput inclinando, seu detegedo. Romanor; uero  
Imperatori postq̄ illum sedens ad osculum pedis, & manus suscepit, ali



## SACRARVM CERIMONiarVM

quantulum assurgit ad oris osculum mutuo caritatis amplexu illum benigne recipiens. idē aliquando facit & magnis regibus. Ceteros omnes tam principes q̄ prelatos cuiuscūq; dignitatis sint: cum ad oris osculum eos recipit, non assurgit: sed sedēs recipit. Consueuerunt tamen Pontifices Cardinalibus, & maximis principibus priuatim aduentantibus: & reuerentiam facientibus, cum non sint in pontificalibus aliquantulum caput inclinare tanq̄ reuerentiam reddentes. Et hoc non ex officio, sed ex laudabili humanitate.

**De reuerentiis: quæ Romano Pontifici exhibentur. Cap. III**

Omnes mortales, & præsertim Christi fideles cuiuscūq; sint dignitatis & præminentie cū primum in conspectum Pōtificis adueniunt distātib; spaciis ter ante illū debēt genu flectere, & in honorē Saluatoris n̄i Iesu Christi: cuius uices in terris gerit, eius pedes osculari. Imperator, Reges, maximi principes, principum, seu potentatū oratores prima uice & ad osculum manus, & oris recipiuntur, alii ad pedis tm̄. Cardinales uero profunde se inclinant bis, & tertio flectunt genu nouiter uenientes, & osculantur pedem Pontifici sacra tractāti. Cardinales dextram manum sub auriphrygio pluuialis osculantur, Episcopi parati genu tantū. Imperatores, Reges, & maximi principes manum, & pedem.

**De solēni reuerentia Cardinalium quō, & quā fiat. Cap. IIII**

Quotiescūq; Pontifex paludatus, & mitratus in publicum exit, siue ad diuinum officium, siue ad consistorium, exhibetur ei solennis reuerentia a Cardinalibus in hunc modum. postq̄ Pontifex in sede sua aliquantulum quieuerit, siue in publico consistorio assistentibus sibi duobus diaconibus hinc inde prior Ep̄orum Cardinalium incipiēs anteriorem cappæ suę partem manibus eleuās, & caudam illius per terrā trahens uersus Pōtificem profiscitur. Cum ante illius faciem ex opposito uenit, firmās se & manibus extensis ab anteriori parte cappam capiens, manus sic cappa inuolutas eleuans simul iungit ante pectus, & profunde ante Pontificem caput & humeros inclinat. Idem prius facit ante altare, si est in capella: tum recte procedens ad Pontificem manus ad pectus cum cappa tenens ne illa gressum impediāt gradus solii pontificalis ascendit, & Pontificis manum dextram sub auriphrygio pluuialis protensam osculatur. Deinde aliquantulum retrograde a sede discedens profunde iterum Pontifici se inclinat, & ad sinistram suam se uertēs ad locum suum reuertitur. Idem oēs faciunt suo ordine. Prior p̄sbyterorum Cardinalium, si missa tunc ē celebrāda cū fecit reuerentiā firmat se ad dextrā Pontificis, & ministrat incensum: ut inferius dicemus cū de incensatione tractabimus. inde ad locum suum reuertitur. duo Diaconi assistētes, si non fecerunt reuerentiam in camera Pōtificis: cum illum sacris induerunt, q̄ facere plerūq; solēt faciūt nunc in loco suo post p̄sbyteros cardinales. hmoi reuerētia a cardī

## LIBER TERTIVS CXXI

nalibus nō fit nisi semel in die quocūq; tēpore, neq; unq̄ eodem die reiteratur, etiam si bis eodem die cōuenirent uidelicet ad missam, & ad uesperas. & nunq̄ fit nisi Pōtifex sit cum pluuiali & mitra: neq; unq̄ fit in officio defunctorū, aut in die ueneris sancti, etiā si Papa haberet pluuiale, & mitrā.

**De reuerentia Cardinalium ordinaria erga Pontificem. Cap. V**

Item Cardinales quotiescūq; Papa surgit in capella, & ipsi surgūt transeunte ante eos pontifice. discooperiunt caput: & se inclinant: cum loquuntur cum Pontifice in circulis, aut in publico detecto capite inclinati loquuntur. clam uero & in consistorio secreto iussi sedent & cooperiunt. similiter cum Papa uertit ad quemlibet eorum sermonē: ille talis surgit, & caput detegit: & sic permanet. nisi iubeatur a papa sedere, similiter cum respondet. Item cum Papa nominat uenerabiles fratres nostros sanctæ romanæ ecclesiæ cardinales: oēs assurgunt aliquantulum, & caput detegūt. cardinales discedentes de curia uel de nouo redeūtes siue publice siue priuatim recedāt: uel recipiantur a pontifice: osculātur pedem eius, & eleuati manum, & os: si inuitentur, maxime cum reuertuntur.

**De reuerentia Cardinalium inter se. Cap. VI**

Cardinales inter sese & gestis, & uerbis, & nutu summam exhibent reuerentiam stando, sedendo, eundo, equitando, & in rebus omnibus alter alteri deferendo. Quando aliquis cardinalium in præsentia pōtificis publice celebrauit, Si Papa discedat e capella anteq̄ Cardinalis depōit sacras uestes, tunc duo sui ordinis cardinales remanent in scamno suo illum expectantes: & cum ille reassumpta cappa sua a faldistorio discesserit: uadūt illi obuiam. congratulantur de celebratione deuote peracta, & deducunt illum: ubi sunt alii cardinales. Si autem Papa est adhuc in capella, ille reassumpta cappa uadit ad locum suum, & nullus cardinalis illum expectat aut obuiam, uadit neq; per illos fit ei assistentia præsentē pontifice. Fit autem eis assistentia absente pontifice in principio, & in fine ab aliis prælati domesticis suis, aut particularibus amicis suis, & cum Cardinalis absente pontifice est facturus officium, semper anteq̄ incipiat: petit licentiā per cerimoniarium ab aliis cardinalibus, & quoties ex faldistorio uadit ad altare, facit eis reuerentiam, & illi aliquantulum, & tunc assurgere debēt.

**Quando assurgunt Cardinales, & prælati in capella. Cap. VII**

Inter sacra si Ep̄s, aut p̄sbyter cardinalis assistens assurgit aliqd acturus aut dicturus: duo diaconi assistētes, & similiter Ep̄i assistētes assurgūt, alii aut cardinales, & prælati nō surgūt. Si uero aliquis ex aliis cardinalibus surgit: oēs alii cardinales, & prælati, qui sunt in capella surgūt p̄ter assistētes.

**De reuerētia Cardinalis quādo uenit officio iā ichoato. Cap. VIII**

Si q̄s cardinaliū incepto iā officio Pōtificis i solio suo residēte ad capellā uenerit: primū ut cācellos ingressus ē, paululū p̄gressus genu flectit uersus altare: & orat. tū surgēs p̄cedit, & facta ut alii reuerētia caput iclinādo



## SACRARVM CERIMONIA RV M

altari, & Pape ascendit ad sedem, & osculatur manum pontificis sub auri-  
phrygio, & cum inde discedit iturus ad locum suum assurgunt omnes car-  
dinales, & oēs praelati, & anteq̄ ipse a Pontifice facta reuerentia disce-  
dat, nemo illi neq; praelatus, neq; cardinalis assurgit, Qd̄ si forte dum il-  
le uenit Papa staret, orationes, euangeliū, siue tale quippiā audiens: tunc  
Cardinalis cum surgit ab oratione stet, & expectet quod Papa sedeat, &  
tūc uadit ad reuerentiam exhibendam. Quod si uenerit: dū sit per alios re-  
uerentia: uadat in locum suum procedens sedeat secundum suum ordinē.  
Quando autem in absentia Pape sit officium, & aliquis cardinaliū ad ca-  
pellam uenerit incepto iam officio primo genu flexus orat uersus ad alta-  
re ut supra: tum surgēs capite detecto uertit faciem ad sedes praelatorum  
caput inclinando quasi eos salutans: qui omnes ut primū ille surrexit ab  
oratione ei assurgūt, & detecto capite, & salutatis praelatis ille pergit uer-  
sus cardinales sui ordinis, & non uadit ad locum suum directe, nisi esset ul-  
timus, sed ab ultimo incipiens quasi ibi remanere uelit, inuitatur a singu-  
lis ut ascendat quousq; ueniat ad locum suum directe nisi esset ultimus, &  
ipse modeste semel atq; iterum inuitat subsequenter: ut praeceedere uelit, &  
tandem in locum suum residet. hoc idem facit quotienscunq; aliquis ue-  
nit post alios praeente uel absente pontifice, semper incipit ab ultimo lo-  
co presbyterorū, si est Episcopus siue presbyter, diaconorū si est diaconus.  
Et nota qd̄ q̄diu unus ex Cardinalibus stat omnes cardinales, & omnes p-  
lati stare debent: prae q̄ in praesentia Papae assistentes: ut supra diximus.

### De reuerentia erga Cardinales. Cap. IX

Reuerēdissimi dñi Cardinales qui bases, & colūne sunt Sacrosanctae  
Romanae ecclesiae, & membra nobilissima Mystici Corporis merito ab  
omnibus & ubiq; uenerandi sunt, & maxime honorandi, ita tamen qd̄ sit  
differentia inter ipsorum, & summi Pontificis reuerentiam.

### De reuerentiis, quae fiunt Cardinali diuina celebranti. Cap. X

Cardinali igitur celebranti in praesentia Papae neq; fiunt genu flexiones  
ab aliquo, neq; fit ei p̄gustatio, siue credētia. Et similiter in omnibus aliis  
actibus publice aut priuatim coram Pontifice nemini isti duo actus reue-  
rentiales exhibentur, nisi tantum Romanorum Imperatori, si adesset in cō-  
uiuio cum Papa, non Regi, nō cardinali, non principi quātumcunq; ma-  
ximo. In absentia uero Pontificis cardinali celebranti fiunt genu flexio-  
nes a scutiferis, cum lauat manus, & capellanus dū accipit, & dū dimittit  
sandalia, dū simbrias tenet, & fit p̄gustatio. Et quoniam cardinalis cele-  
brans absente Pontifice cum e faldistorio uadit ad altare cum mitra fa-  
cit reuerentiam cardinalibus caput illis inclinādo, uidetur ualde cōsentā-  
neū, ut tunc cardinales alii ei assurgant, & in reuerentia respondeant.

### De bulla pro celebrando super altare Sancti Petri. Cap. XI

Aduertendum tamē qd̄ nemini neq; cardinali licet celebrare super al-

## LIBER TERTIVS CXXII

tere Sancti Petri, aut aliarum ecclesiarum patriarchalium urbis nisi dis-  
pensatione Papae: de qua debet cōstare per literas apostolicas bullatas af-  
figendas prope altare. Curet igitur cardinalis, qui est ibi celebraturus: ut  
in tempore expediatur bulla.

### De reuerentiis quae priuatim fiunt Cardinalibus. Cap. XII

In aliis autē actibus tā domi q̄ alibi, & si nōnulli dicant i curia Roma-  
na genu flexiones pontifici tantummodo deberi, ego autem arbitror nō  
esse absurdum, sed satis honestum simplices laicos, & clericos non prela-  
tos in primo congressu ante cardinales genu flectere non tamen in pala-  
tio apostolico, & minus praesente Pontifice. Sed ad modestiā, & benigni-  
tatem Cardinalis pertinet, & censeo qd̄ non dimittant illos diutius per-  
manere genu flexos, & clericos praesertim in sacerdotio, aut aliqua digni-  
tate ecclesiastica constitutos. Sed ut primum ante se genua flexerint, stare  
iubeāt, neq; aliter eos audiāt, quod a pluribus Reuerēdissimis patribus  
seruari uidi domi. cum Cardinales lauātur ante comestionē, uel post cō-  
sueuerunt omnes laici domestici genu flectere, alii caput detegere.

### De reuerentia Episcoporum erga Cardinales. Cap. XIII

Quod autem aliqui ex Reuerēdissimis dominis cardinalibus permit-  
tant, ut audiui Episcopos ante se loqui genu flexos, & in mēsa dū manus  
lauāt similiter mantile ministrare ualde absurdum uidetur. & quamuis se-  
pe apud plerosq; reuerēdissimos dominos in conuiuio fuerim, & ante &  
postq̄ inter Ep̄os indignus adscriptus sum, nunq̄ tamen id seruari uidi. ad-  
scribendū est hoc (pace illorum dixerim) ignauiē, ac uecordiē, praelatorū  
qui talia faciunt, qui supremam in ecclesia dei episcopale dignitatem nō  
cognoscūt, siue eorūde ambitioni, atq; adulationi: qui ut gratiā cardie-  
nalis aucupētur, dignitatis suae rationē nō habentes, quā seruiliter detur-  
pant. cardinales autem qui talia siue ex inaduertētia, siue alia causa pati-  
tur, in charitate Dei obsecro: ut importunas huiusmodi adulationes reii-  
ciāt, & cogitent summū pontificem nō alio titulo q̄ Ep̄ali decorari, & cū  
is publice et in re diuina lauat manus, nō episcopus aliquis sed capellanus  
suis auditor rote mantile subministrat: qd̄ si forte aliquos mei files tanto  
fastigio uiderit nō psonā, sed sacrosanctā dignitatē in eis uenerēt, & opa  
illorū utātur in his rebus, q̄ dignitati utriusq; congruūt. Decet tñ ep̄os in  
oibus publice, & priuate quātū p dignitatē licet reuerēdissimos dños car-  
dinales honorare, ac uenerari: & eis p uiribus assistere, obseq. & inseruire.  
Nec minus cōuenit cardinales ipsos benigne suscipere ep̄os, & quos sum-  
mus Pontifex fratres appellat nō ut seruos: sed ut cōfratres honorare. In  
capella praesente Pontifice nulla cardinalibus p transeuntes ante illos fit re-  
uerētia: nisi p illos qui dāt incēsum, siue pacē: ut suo loco dicemus. Absēte  
uero Pontifice fit reuerentia per transeuntes ante eos caput inclinādo  
tam per celebrantem, q̄ per alios ministros.



## SACRARVM CERIMONIA RV M

De reuerentia que fit Episcopo celebranti. Cap. XIII

Ep̄o in romana curia celebranti corā Papa uel corā aliq̄bus cardinalibus nullæ fiūt genu flexiōes, & nō fit p̄gustatio. Si uero neq; Papa neq; aliq; cardinaliū adsit fiūt gēu flexiōes & p̄gustatio, ut i sua Ecc̄ia, si uoluerit Episcopus cum Papa loquens genu flexus semper permanet dum loquitur, & dum ei per Papam respondetur.

## SECTIO SECVNDA

De ordine sedendi in capella Papę. Cap. I

Uimus Pontifex in folio suo pontificali sedet, quod ornatum esse debet cum suo puluino aureo panno cum postergali ex colore temporis congruente in capella, in consistorio autem publico etiā cū panno aureo pendente super caput scabellum maius simul cū plano solii panno rubro cooperit: et apud magnū scabellū apponitur paruū detectum: quo pro gradu utitur. hincinde a dextris & a sinistris sedent super scabella nuda rubro colore depicta Diaconi duo Cardinales assistentes: qui Pōtifici seruiunt: & illū semp deducunt. Et debēt esse antiquiores Diaconi id est primo assumpti. A dextris Papę infra gradus solii Ep̄i & p̄sbyteri cardinales sedēt cū scamnis lōgis, cū gradu, & postergali pānis quos uocāt Attrebatenses ornati. Ea scamna duas fere partes quadraturę consistorii occupant. In alio scamno sito contra primū scamnū Ep̄orū Cardinalium pariformiter ornato sedēt Diaconi Cardinales, & antiquiores in capite. Q̄d si p̄sbyteri cardinales in suis scamnis ob multitudinē sedere non possunt, sedent in sede Diaconorum ordine tñ retrogrado ut antiquiores sint in fine scamni: & illorum iunior sit post iuniorem Diaconū. Et hoc modo antiquior p̄sbyter, qui ultimo sedet in ista sede: uidet continuare post ultimo sedentem in ordine Ep̄orum & p̄sbyterorum. hoc sepe accidit in basilica Sancti Petri dū in abside siue tribuna ecclesię apud altare maius diuina celebratur. Q̄d si forte adest aliquis princeps, qui sedere solet post Diaconos Cardinales eorū ordine: ut hoc tpe Despotus peloponē. hic sedebit medius inter ultimū Diaconū, & ultimū p̄sbyterū. si autē ultra duos assistentes nō supsit nisi unus Diaconus, ille sederet post ultimū p̄sbyterū Cardinalē i quocūq; sedili p̄sbyter ille sedet q; si nullus supesset diaconus: et p̄sbyteri in suis scamnis sedere nō possēt, sederēt ordine supradictō. Si Impator Romāorū adest sedet in sede cū postergali, & puo scabello uiridi ornata cū suo puluino, & pāno aureo uiridi sita iter sedem Pōtificis & scamnū Ep̄orū Cardinaliū. Et tūc diaconi assistētes nō sedēt in loco cōsuetō apud sedē: sed apud faciē pōtificis in paruis scabellis positis supra supremū gradū solii pōtificis i cornibus. Reges ēt, iter quos cō-

## LIBER TERTIVS CXXIII

putabatur Imperator Græcorum, sedēt. Primus si plures adsunt post primum ep̄m cardinalem, & alius post secundum, & ita deinceps sic q; semp aliquis Cardinalis, siue Ep̄s, siue p̄sbyter sit medius inter principem & principem. primogēitus Regis sedet post primū p̄sbyterū Cardinalē si Papa celebrat, & Rex adsit, sedebit solus i chatedra nuda iter Cardinalē assistentem Papę, & Ep̄orum Cardinaliū sedem. fratres autē aut alii filii Regum & reliqui maximi principes sedent, uel inter Diaconos mixtim cū eis ita tñ ut unus Diaconus primo sedeat, & postea unus princeps, & sic deinceps: uel sedēt post eos Diaconos in eodē ordine secūdū qualitatem ipsorum, si nullus adest Diaconus Cardinalis sedent eodē ordine iter & post iuniores presbyteros Cardinales. Quatuor uero Patriarchę principales uidelicet. Constantinopolitanus. Alexandrinus. Antiochenus, & Hierosolimitanus sedere consueuerunt inter Episcopos Cardinales ut supra diximus de Regibus, & in curia Romana ferebant continuo cappam, & faciebant sibi deferre caudas ut Cardinales. nostris autem diebus, & tempore Eugenii quarti neq; sedent inter Cardinales, neq; portatur eis cauda. Sedent autem ante assistentes Papę Episcopos non Cardinales, & ut assistentes seruiunt Papę de libro & lumine. Alii principes non ita clari sedent in supremo gradu solii pontificalis. Ad sinistram uero Pontificis in sedibus humilioribus sedent Episcopi non Cardinales assistentes Papę, & inter eos Sacrista palatii Apostolici in loco statui suo condecienti. Et hoc dico si est prælatus: ut semper consueuit esse. Reliqui prælati sedent in sedibus pro eis ordinatis retro scamna diaconorū cardinalium, siue gradibus, aut postergali. In capella autē sancti Petri infra sedilia ipsorum diaconorum primum locum inter prælatos obtinet uice camerarius, deinde oratores Regum, ac principū prælati, tñ Archiepiscopi, Episcopi, protonotarii, Abbates generales ordinum, & pœnitentiarii, sed protonotarii, & abbates solēt hēre proprium locum ultimum in ordine. alii supradicti sedēt post Ep̄os in fine scamnorum. Legi tamen qd procurator ordinis Hierosolimitanorum, & procurator ordinis Theutonicorū cōsueuerūt sedere post abbates. Meo tēpore non uidi eos sedentes ibi, neq; alibi, ut procuratores: sed aliquando gerentes se pro oratoribus sederunt cum aliis oratoribus. Si autem uicecamerarius est protonotarius, cum prælati habent sacra pamenta: debet tenere primum locum in sedili protonotariorum. & post eum alii oratores principum, si sint eiusdem ordinis, Senator cōseruatores, & barones urbis atq; alii proceres, supradictis primis inferiores sedebunt in secundo, & tertio gradu solii pontificalis pro eorū qualitate. primum inter istos Senator locum obtinebit, Oratores Cæsaris, Regū, principum, & potentatum: qui sunt prælati sedent ordinarie post scamna episcoporum, siue presbyterorum Cardinalium ante faciē Pontificis sedētis



## SACRARVM CERIMONIARVM

nisi ibi sit altare, ut in Sancto Petro, & similibus locis fiunt quasi due alas officialium incipientes infra gradus solii hinc inde, & simul coniunguntur ante faciem Papę in capite scamni Diaconorum Cardinalium. & hi omnes officiales sedere debent in terra super pannos uirides: qui cooperiunt solium capelle. Et si nostro tempore: qui a sinistris sunt usurpauerunt sibi sedes super gradus ipsius capelle in palatio Apostolico: qui uero sunt a dextris sedent in terra sine aliquo sedili secundum antiquas, & debitas ceremonias quibus sint digniores: quod profecto rationi non quadrat. Hic ordo sedendi super terram confunditur etiam in capella sancti Petri post tempora Pauli secundi. Nam tunc nemo ipsorum audebat sedere aut in gradibus capelle palatii, aut in gradibus solii Pontificalis in capella Sancti Petri, nisi in ultimo tantum gradu. Ordo autem sedendi in ipsis talis est. Subdiaconi primum. Deinde auditores rotę, clerici camere, acoluthi, cubicularii, secretarii, & aduocati simul, qui alas coniungunt ante faciem pontificis, Subdiaconorum antiquior primum locum obtinet a dextris, secundus primum locum a sinistris, tertius secundum locum a dextris, & quartus secundum locum a sinistris, & sic deinceps. Ex auditoribus decanus rote seruit de mitra, & sedet inter cubicularios secretos in capella palatii, & locis simplicibus. In ecclesia autem Sancti Petri sedet super gradum secundum, aut tertium non longe a pedibus Diaconi Cardinalis a dextris: ut commodius possit ministrare mitram. Antiquior ex aliis primum locum tenet a dextris post subdiaconos tertius primum locum a sinistris post eosdem. A dextris post primum auditorum locum tenet magister sacri palatii: qui ubique ordinis curie conueniunt: si adest, sedet uel stat post unum ex auditoribus, et si unus tantum adest, uel si omnes aessent unus tantum ex eis precedit magistrum sacri palatii: & ita uidimus semper seruari. sequuntur deinde hinc inde alii auditores, clerici camere & cubicularii in coniunctione alarum. Secretarii & aduocati sedent. Quod si numerus cubiculariorum & aliorum inferiorum esset amplior coduplicatur post primos alii: ita tamen ut in primo circulo sint. ex omni ordine aliqui post ipsos. E regione Papę sedent procuratores quatuor ordinum medicantium, & post eos procuratores aliarum religionum, duo cubicularii secreti sedent in terra ad partem sinistram haud longe a sede Papę ad pedes Episcoporum assistentium, & inter eos medius decanus rote seruies de mitra, & secretarius Papę si non est platus. Medicus Papę sedet in capite gradus sancti Diaconorum Cardinalium ante Pontificis faciem caudatarii Reuerę. Cardinalium sedent super gradus scamnorum ad pedes Dominorum suorum. platus celebrans sedet in suo faldistorio prope cornu episcopi: assistens capellanus eius in gradu altaris penes platum, & ante eum Diaconus & Subdiaconus ministrantes, seruies de mitra post renes capellani assistentis. Reliqui ministri celebrantis cum superpelliciis sedent super terram facientes alam a sinistra, plati & omnes predicti uertunt faciem suam sedentes: ut uertit celebrans.

## LIBER TERTIVS

CXXIII

Cathedra siue faldistorium celebrantis, si locus paritur, semper debet esse apud sinistrum cornu altaris, hoc est a latere epistolę. Hoc enim cornu sinistrum uoco respectu ipsius altaris sicut est: dextrum uero ubi legitur euangelium. Qui aliter appellant respectum habent ad celebrantem non ad altare. Nam unumquodque corpus dextrum latus habet & sinistrum. Sed celebrans dum cantat, uel legit officium missę uertit faciem ad altare ubi cūque sit. Dum autem sedet si altare est apud parietem, & tam chorus quam populus sunt inferius: ut in capella palatii & communiter in plerisque ecclesiis. Tunc prælatus sedens uertat faciem ad populum, & solium Papę, tunc locari solet a parte euangelii id est dextra, si uero altare sit in medio a se de id est tribune. Papa sedet in medio contra altare, & celebrans in cornu Epistolę predictę, & uertit faciem ad sedem Papę, ut in Sancto Petro & multis ecclesiis urbis. Alii autem preter supra nominatos quantumcunque nobiles, aut graduati sint non sedent in capella Apostolica. laici statim clerici togati sedent in terra super pannos uirides: sed in capella Sancti Petri & locis similibus: quia extremitates alarum coniungi non possunt propter altare. cubicularii, & alii inferiores sedent ad partem post primos in terra, uel inter sedes prælatorum ad sinistram, & gradus solii pontificalis. Et nota quod nullus omnino cuiuscunque ordinis sit debet sedere solus. Si unus superesset Diaconus sederet cum presbyteris Cardinalibus. Si unus tantum aesset protonotarius aut abbas sedebit post Episcopos, & sic de singulis. Capellani curiales: qui aderunt sedent in terra inter scamnum Cardinalium. Et hic est ordo sedendi in capella Apostolica. Alii autem officiales, qui non sedent, hoc ordine stant.

De illis qui stant.

Cap. II

Magister sacri hospitii, quę dignitas ut alias diximus est in nobili domo comitum stat ante introitum scamnorum Cardinalium id est apud sinistram scamni presbyterorum Cardinalium & post eum stant magistri hostiarii cum suis uirgis purpura tectis. scutiferi Papę & minores nobiles statim in ipso introitu scamnorum, & post scamnum presbyterorum Cardinalium

De seruientibus armorum.

Cap. III.

Seruientes armorum stant circa hostium cancelli capelle intus & extra seruantes ostium cancelli. Quamuis antiquis temporibus nullo pacto intrabant capellam, sed extra cancellum stabant omnes. Sed non est multum inconueniens, quod duo ex eis sint intus: dummodo contineant se apud ostium: & non discurrant per capellam. Quod si aliqua mandata habeant ad extra ad Dominos Cardinales, aut alios nutu uocent aliquem ex clericis ceremoniarum, & per illum mandata transmittant. Intra cancellos Papę non permittant intrare nisi illos, qui debent intrare, multitudinem statim intra cancellos & scamna Cardinalium expellant ita quod non occupent prælatos, neque conculcent oratores. dimitantur ibi tamen nobiles scu-



## SACRARVM CERIMONIA RV M

tiferi Pape: & unus uel duo pro quolibet cardinali, clerici togati in terra sedeant aut extra mittantur, in capella non permittant sedere super scamna, nisi oratores & prelatos consuetos, procurant ut teneatur silentium, dum sacra fiunt, & maxime dum fit sermo, & dum cantores silent. Quomodo autem sedere debeant in suis locis posuimus.

De clericis cerimoniarum.

Cap. III

Rursus circa altare clerici cerimoniarum circumstant, & apud credentiam intenti, & solliciti ad omnes actus, qui in capella fiunt. Hi precogitare semper et meditari debent, que sunt agenda, & que instat strenue, diligenter, & memoriter exequi, tractareque omnia summa dexteritate, & modestia. Non est mediocre onus clericorum cerimoniarum: qui pro omnibus uigilant in capella & quibus omnium defectus adscribuntur. Hii duo tantum ordinarii esse consueuerunt, alter in diuinis curam precipuam gerat circa personam Pontificis, ad quam semper respiciat, si quid imperet, & ad omnes qui sunt in capella, ut prelati, ut oratores, ut nobiles, ut alii omnes stent suo quisque loco non tamen discurrant sursum, & deorsum sine causa, ut uideatur multa agere, ut quidam faciebat. Ad summum pontificem non accedat sine urgenti causa, uel nisi uocatus, & tunc cum solitis & debitis reuerentiis ad reuerendissimos dominos Cardinales accedat cum opus est, cum grauitate, & reuerentia, Alter uero clericis cerimoniarum uacet altari, & circa personam celebrantis ac aliorum ministrorum, uterque tamen omnia prospiciat & pariter curet suppleatque defectus collegę cum illos prouidet, Antequam uadant ad capellam maxime in solennitatibus, & actibus non frequentatis, conueniant simul, prouideant que sunt agenda, diuidant inter se onera, & concordent de occurrentibus: ne postea in capella oporteat contedere, iunior defert antiquiori, id est in officio priori, & primas partes illi permittat, prior tractet iuniorem & nouitium ut fratrem, & bonum collegam: si habent tertium eo utatur ut decet, quanto plures erunt si erunt concordēs, & ordinem inter se seruabunt: facilius & melius satisfaciunt. Si erunt inter se contrarii melius esset unus tantum, cum ducunt aut reducant prelatos aut nobiles ad data sibi loca uel ad aliquos actus modeste, & reuerenter icedant, & genu flexiones, atque inclinationes doceant, similiter ministros altaris, & quando aliquem actum facere debent. (Nam omnes magni, & parua cerimoniarum deducuntur) quiete, & modeste ducant, ministrant, & aptent, ac non urgeant, non impellant, non uehant, sicut aliquando fieri uidi, cerimonias omnes, & maxime in missa papali, & que ad personam Pape pertinent grauiter, modeste, & cum congruente mora peragant, ut reuerentiam, & deuotionem aspicientibus maiorem inducant.

De Cardinali assistenti Pontifici in diuinis.

Cap. V

Summo Pontifici celebranti, siue audienti diuina solenniter semper assistit prior Episcoporum, siue prior presbyterorum cardinalium in officio

## LIBER TERTIVS

CXXV

assistit prior Episcoporum, siue prior presbyterorum Cardinalium in officio capellani: preterquam quando Papa non habet mitram, tunc enim nulla fit assistentia. Assistentia etenim fit in missa, in uesperis, & in benedictionibus. In matutinis nunquam fit: quia tunc Papa nunquam habet mitram.

Quando Episcopus Cardinalis assistit Pape celebranti, & de diebus supplicationum.

Cap. VI

Prior Episcoporum Cardinalium assistit in diebus supplicationum: quando Papa uadit sub baldachino, & cum supplicatione ad altare, uidelicet in Natiuitate Domini Iesu Christi, in Circuncisione, in Epiphaniis, Ramis palmarum, Cæna Domini, Resurrectione Domini, Ascensione, Pentecoste, Dominica Trinitatis, Corporis Christi, Sancti Ioannis Baptiste, sanctorum apostolorum Petri, & Pauli. Et in omnibus gloriosissimæ Virginis Marię festiuitatibus. Item in festo omnium Sanctorum in canonizatione alicuius sancti, in sua coronatione, & quotiensque solennizaret aliquod festum. In his omnibus assistit Episcopus cardinalis, & sedet super nudam cathedram inter Papam, & alios Episcopos cardinales. Si Papa celebrat in uesperis, & in missa.

Quando presbyter Cardinalis assistit Pape celebranti.

Cap. VII

Prior autem presbyterorum cardinalium seruit in aliis temporibus uidelicet in dominicis Aduetus Domini, in secundo & tertio die post Natale domini, In die cinerum in dominicis quadragesime preterquam in palmis, in Parasceue, in Sabbato sancto, in albis, in secunda & tertia feria Paschatis & Pentecostes, in ordinationibus: & si quando Papa in uigiliis, aut pro defunctis solenniter celebraret, quod raro accidit. Papa enim secundum antiquas cerimonias nunquam consueuit solenniter celebrare pro defunctis. Itē in absolutionibus defunctorum si quando fiunt per papam & in omnibus benedictionibus, & quotienscunque Papa interest diuinis, & non celebrat principaliter.

De assistentia in uesperis cum paramentis.

Cap. VIII

Cardinalis igitur assistens pontifici, siue Episcopus, siue presbyter in uesperis papalibus indutus pluuiali & alba mitra sedet in sua nuda cathedra, si est Episcopus cardinalis: si uero est presbyter in scabello nudo inter sedem Pape, & Episcoporum cardinalium sedilia. cum Papa est intonaturus primam antiphonam ad uesperas: accedit ad eum, & super caput suum retinet librum, ex quo Papa intonat antiphonam: deinde redit ad suam cathedram. stans deinde in suo loco intonat tertiam antiphonam. Item cum Papa est intonaturus hymnum similiter accedit, et tenet librum, & redit ad locum suum. similiter cum intonat antiphonam ad Magnificat, & tunc non discedit: sed postquam pontifex intonata antiphona sederit, accipit nauiculam incensi de manu acoluthi: & ministrat pontifici: dum imponit incensum more solito, deinde reddit nauiculam acolutho, & expectat finem antiphonę. Tum cum incipitur Magnificat: sequitur pontificem euntem ad altare. Et postquam pontifex osculatus

R



## SACRARVM CERIMONIARVM

fuerit altare offert illi thuribulum, quod ab acolutho receperat, & cathenularum extremitates primo exosculatus ponit ad sinistram manum, partem uero iuxta summitatem thuribuli ad dextram, osculando semper manum pontificis, & tunc, & quando aliquid dat uel recipit ab eius manibus retrahit se, deinde dum Pontifex incensat altare. & tandem finita incensatione stans in cornu epistolę accipit thuribulum e manu pōtificis. & illud dat acolutho, qui eum seruat, Sequitur deinde pōtificem redeuntem ad sedem suam, & firmat se ad infimum gradum solii, & cum Papa fuerit in sede: accipiens thuribulum ab acolutho stans sine mitra incensat pontificem stantem cum mitra: Demum reuertitur ad locum suum dato thuribulo uni ex subdiaconis, qui incensat omnes alios. Cum uero Papa est dicturus orationem, iterum accedit cardinalis assistens, & retinet librum supra caput, deinde reuertitur ad locū suū. Et est finis seruitii sui pro hac uice.

### De assistentia in missa cum paramentis. Cap. IX

In missa autem si Papa descendit ad ecclesiam supplicatione pręunte, quia ex camera papę mouetur supplicatio. Pontifex paratus cum pluuiali, & mitra anteq̃ a lecto paramenti se moueat, incensum ponit in thuribulum ministrante tunc nauiculam priore presbyterorum cardinaliū, & deinde ecclesia prior Episcoporum seruit diebus suis. In ecclesia autē assistens cardinalis sedet in loco sui ordinis a principio usq; quo Papa sit dicturus Orationem ad tertiam: tunc accedit, & tenet librum in capite etiā si non esset paratus. & si esset dies ferialis, qđ oratio esset dicenda per papā genu flexum ipse assistens cardinalis genu flexus teneret librum ante pontificem, dum diceret orationem. Et finita oratione non discedit, sed expectat quousq; portetur aqua ad lauandū manus papę. Et tunc stans ad dextram pontificis apponit manum ad peluim in qua est aqua, & simul cū nobili illam portante infundit aquam super manum pontificis, Redit deinde ad locum ubi prius erat. Et in fine cum Papa accipit mitram ipse Cardinalis accedens immittit ei annulum pōtificale, & alios & non discedit amplius. Sed cum Papa uult intrare ad altare, ministrat nauiculam incensum cum Papa illud in thuribulum imponit, deinde procedit immediate ante papam simul cum diacono cardinali euangelii ad dextram. Et cū Papa facit confessionem stat ad eius dextram, & Diaconus ad sinistram. finita confessione cum papa osculatus fuerit altare simul cum Subdiacono offert ei osculandum librum Euangeliorum, deinde retrahit se ad partem qđ Papa imponat incensum, incenset altare, & incensetur. Nam apud altare non cardinalis assistens, sed Diaconus euangelii semper ministrat nauiculam, & incensat Papam, Cardinalis uero id officium facit cum Papa ē apud sedem eminentem, & illic stans tenet librum supra caput dū Papa le-

## LIBER TERTIVS CXXVI

git introitum, postea sedēte Papa uadit ad suam cathedram nudam, ut in uesperis. Sed aduertendum, qđ si assistēs est presbyter, & nō est Episcopus cardinalis nō sedet super cathedram sed super scabellum rubro colore pictum cum pluuiali tamen ut Episcopus. Cum Papa est dicturus Gloria in excelsis Deo: accedit, & tenet librū super caput, & deinde prosequitur cū eo Hymnum angelicum. & redit ad sedem suam. Item cum Pontifex est dicturus orationes, accedit & tenet librum supra caput quousq; Papa finierit orationes: & redit ad locum p̄dictum. Si fieret sermo & post sermonem Papa faceret absolutionem. &c. similiter accederet, & teneret librū supra caput. Cum papa est dicturus Credo in unum Deum: similiter accedit, & tenet librum super caput: & deinde prosequitur cum eo symbolum. Item cum Papa est lecturus offertorium: accedit, & tenet librum. cum uero Papa legerit sedens Epistolam, Gradale, & Euangelium, non ipse sed Episcopi assistentes non cardinales tenent librum. Accedit etiam cum papa est lauaturus manus post offertorium, & seruit ut superius diximus in prima lotionē. descendit deinde cum pōtifice ad altare, & ponit se ad eius sinistram: ubi est liber missalis. Et ibi tenet ipsum librum eleuatum aliquātulum cum sinistra, & cum dextrā uertit folium. & digito ostendit pontifici: quę sunt dicēda. & cum Papa post incensationem manus tertio lauat, seruit ut supra. Et nota qđ quando Cardinalis assistens seruiturus est de libro: duo primi Episcopi non cardinales assistentes papę subseruiunt ipsi: quorum prior seruat librum, & apponit manum, cum Cardinalis illum tenet supra caput, alter uero tenet candelam accensam ante librum: & in altari ille prior tenet manum sub libro. & p̄ostendit dicenda cardinali: alter similiter tenet cādelam, & isti cum libro p̄ueniunt ad altare, & similiter ad sedem. assistens Cardinalis p̄fatus intendit deinceps ad ministracioni libri diligenter ueniendo, & ostendendo omnia dicenda, usq; dicto Agnus Dei. Tunc uero cū Papa dicit orationē Domine Iesu Christe: qui dixisti apostolis tuis Pacem. &c. accedit ad dextrā pontificis. genu flectit. surgit. osculatur altare: deinde in tempore accipit pacem a pontifice: & eam defert ad alios cardinales incipiendo a primo Episcopo cardinali: & illi primo dat pacē osculando ipsum in facie, deinde primo presbytero, inde primo diacono, non tamen ex illis, qui sunt apud altare: sed ex iis, qui sunt apud sedilia cardinaliū in suo ordine. deinde si quis est princeps, qui sedeat i scamnis cardinaliū illi dat & in fine primo ex Episcopis assistentibus non cardinalibus: id est illi, qui seruit de libro, demum dat pacem uni ex subdiaconis: qui illam distribuit omnibus gradibus, & ordinibus capelle more consueto, redit deinde Cardinalis assistens ad pontificem iam apud sedem eminentem existentem, & accipiens calamum aureum de manu sacristę cum quo Papa Sanguinem Christi sugere debet: illum cum suo stilo super quēdam calicem sacrista uinum ex ampulla super



## SACRARVM CERIMONIA RV M

fundente purgat, & de ipso uino dat ad preguſtandum ipſi Sacriſtæ. Tum cum Pontifex Corpus Chriſti ſumpſerit: Cardinalis calamum ipſum prius a ſe deoſculatum in calice: ubi eſt Sacramētū, immittit, & ponit ad manus papæ: qui cum illo Chriſti ſanguinem ſugit, & in calice illum ad manus diaconi euangelii dimittit. Tum aliquantulum uini, & aquæ, ſi papæ placet, in calice ſuperius dicto imponens, non tamen in quo eſt Sacramētum: dat pontifici ad purificandum os. Retrahit ſe deinde ad partem cardinalis aſſiſtens quouſq; Papa poſt Purificationem manus quarto ſolenniter lauet: cui ſeruit, ut ſupra diximus: & deſcendentem deinde pontificē ad altare præcedit, illiq; dum legit poſt communionem, & cātat, ſeruit de libro, & demum data ſolenni benedictione per Papam in altari pronunciat indulgētias ex parte pōtificis: & ſic eſt finis ſui ſeruitii in eo officio miſſe. In diebus ſupplicationū: in quibus prior epiſcoporū cardinalium aſſiſtit, prior preſbyterorum indutus ſua planeta poſt communionem corporis, & ſanguinis Domini infundit uinum ex ampulla ſuper digitos pontificis ad eos purificādos dextra manu, & ſiniſtra ſupponit quādā paterā aureā cū anſa, & deinde uinū ipſū purificationis portat ad altare, & dat miniſtris, & ad locum ſuum reuertitur. Si uero aſſiſtit papæ: ipſe prior preſbyterorum in diebus ſupra nominatis erit indutus pluuiali, non planeta, & in ueſperis intonabit tertiā antiphonam, & quartam ſubprior preſbyterorum. In miſſa infundet uinum pro purificatione ad digitos papæ: ſicut ſupradiximus de priore preſbyterorum.

### De aſſiſtentia Cardinalis ſine paramētis in ueſperis. Cap. X

Quādo autem Papa nō celebrat principaliter, & intereſt publice diuinis cum pluuiali, & mitra, tunc aſſiſtit & prior preſbyterorum cū cappa lanea tam in ueſperis q̄ in miſſa. Et ſeruit in hūc modum. In ueſperis facit reuerentiā cū aliis: & ſedet in loco ſuo a principio. Deinde cum Papa dixerit, Deus in adiutoriū meum intēde, &c. dum incipitur prima antiphona anteq̄ cardinales alii ſedeāt ducitur ad ſcabellum aſſiſtentia, quod ponitur ad ſiniſtram papæ ante aſſiſtentes Epiſcopos, ſi locus eſt idoneus, ut in capella palatii. In Sancto Petro uero & aliis locis illius proportionis ſedet ut in miſſis papalibus. Quando locus eſſet arctior, ſederet in loco ſuo inter alios, niſi alibi eſſet locus magis cōueniēs. Cū eſt apud ſuū ſcabellū, ſedet cū aliis uſq; ad capitulū: tū ſurgit cum aliis & incepta antiphona ad Magnificat, cum acoluthus uenit uerſus pōtificē cum thuribulo, ipſe cardinalis primo accedit ad dextrā pōtificis, & capiēs nauiculā de manu acoluthi miniſtrat pōtifici, ut ſuperius diximus: reddit deinde nauiculam acolutho, & ſtās expectat finē antiphonę. Cum incipitur Magnificat procedit cū pōtificē ad altare: & accedēs ad illius dextrā accipit thuribulū adolens de manu acoluthi, & illud dat ad manus pontificis, Et cū papa incenſauerit altare, recipit ab eo thuribulū in cornu epiſtole, & illud reddit aco-

## LIBER TERTIVS

CXXVII

lutho & ſequitur pōtificem redeūtē ad ſedem, ſed expectat ante inſimum gradū. Et cum Papa fuerit ante ſedē ſuam, cardinalis accipiens thuribulum ab acolutho illum incenſat more ſolito, & mox reuertitur ad ſuum ſcabellum: ubi ſtans incenſatur. ſedet deinde cum replicatur Antiphona, & in finem poſt benedictionem pontificis uadit ad ſedendum cum aliis dominis Cardinalibus in loco ſuo.

### De aſſiſtentia in miſſa ſine paramentis.

Cap. XI

In miſſa autem aſſiſtens Cardinalis cum fecerit reuerentiā ſolennē pōtifici, firmat ſe ad eius dextrā, & miniſtrat incenſum ponēdū in thuribulo, & hoc ſi tunc cantatur Introitus. Qd̄ ſi inter reuerentiā cardinalium & in introitu miſſæ fiat interuallum, ut in candelis, cineribus, palmis, & ſimilibus, tunc non miniſtrat incenſum, ſed poſtea cum Papa facta confeſſione cū celebrante redierit ad ſedē ſuam, & cū celebrans incenſauerit altare, & ipſe fuerit incenſatus Cardinalis aſſiſtens ex circulo, uel ſcāno cardinaliū ueniens ante inſimū gradū ſedis papæ, finita omniū cardinalium reuerentiā accipiens thuribulū de manu cerimoniarii genu flexus incenſat pontificē ſedentē, & reddit thuribulū cerimoniario, deinde ſtat in circulo cum aliis cardinalibus. Et dicto cū pontifice Kyrie eleiſon, & Gloria, ſi dici debet, uadit ad ſcabellū aſſiſtentia, & ibi ſtat uel ſedet pro tēporis exigentia uſquequo cerimoniarius uenit cum thuribulo ad pontificē ante Euangeliū, tunc preueniens cardinalis ponit ſe ad dextrā papæ, & miniſtrat nauiculā, & mox reuertitur ad ſcabellū, & ibi permanet uſq; ad finē euangelii, tunc ſtans ante inſimū gradū incenſat pontificē, reddit thuribulum cerimoniario, & ſi eſt habendus ſermo, uadit ad ſcannū ad locū ſuum cū aliis cardinalibus. Si uero non fit ſermo, uadit ad ſcabellū ſuę aſſiſtentia. Finito ſermone, & data benedictione a Papa uadit ad circulum cum aliis, dū dicitur Credo, & illo finito uadit ad ſcabellū aſſiſtentia. Inde cum Papa eſt impoſiturus incenſum poſt offeratoriū: accedit & miniſtrat nauiculā ut ſupra: deinde cū celebrans incenſauit altare, & eſt incenſatus accipit thuribulū a cerimoniario, & incenſat pontificē ſedentē ipſe genu flexus, & reuerſus ad ſuū ſcabellū ſtans incenſatur a diacono euangelii, ut dicemus inferius. Et paulo poſt cū incipit præfatio, diſcedet a ſcabello, reuertitur ad locū ſuum cū aliis cardinalibus, & amplius non reuertitur ad ſcabellū: quod a miniſtris remouetur, & ponitur ad partem. Sed cū in circulo cū aliis dixerit Agnus Dei, inde ſemouens accedit ad altare ad dextrā celebrantis: & genu flexus oſculatur altare primū, & mox celebrās dicta oratione congrua dat illi oſculū pacis dicēs Pax tecū, & ille reſpondet Et cū ſpiritu tuo: deinde diſcedens aſcendit ad pontificē in ſede ſtantē, & dat ei pacis oſculū, & reuertitur ad locū ſuum: Ad quē mox accedēs capellanus aſſiſtens celebrantis ductus a cerimoniario accipit pacē ab eo & illam diſtribuit ceteris, ut dicemus in loco ſuo. Et hic eſt finis ſui miniſterii in miſſa

R. iii



## SACRARVM CERIMONIA RV M

sa. Si autem esset missa defunctorum: & Papa in fine uellet absoluere. tunc ueniret ad scabellū assistētię, & sederet ibi, dū cantatur responsorium, & in tempore ministrat: dū papa imponit incensum in thuribulo. dum aspergit aquā sanctam, & dū incensat porrigendo aspersoriū, & thuribulū, & ea recipiendo. Idem etiā facit quotienscunq; Papa aliquid publice benedicit. seruit de aspersorio, & incēso ut dictum est. Modus autē, qui seruari solet p assistētē cardinalē in sua ministratiōe, & seruitio: ē huiusmodi generaliter.

Quomodo Cardinalis assistens seruit in sua assistētia. Cap. XII

Quotienscunq; e scamno, aut e circulo cardinalium uadit ad Pontificē aut ad scabellū assistētię capite detecto, & eleuatis sibi ambabus manibus a parte anteriori cappa, capite uersus cardinales superiores, & inferiores aliquantulum inclinato quasi licentiam discedēdi ab eis petens, & caudam cappæ per terram trahens proficiscitur, & facta reuerentia altari, & pontifici uadit ad scabellum, seu ad pontificem. cum est apud scabellum, capite salutatur Diacones, & alios assistentes, & pariter sedent omnes. Cum autem est ministraturus incensum pontifici, cum uidet ceremoniarium cum thuribulo uenientem: surgit, & uadit ad dextram pōtificis: & dimissa manu dextra per aperturam cappæ, & sinistra per oram inferiorem accipit nauiculam a ceremoniarario siue ab acolutho, & ambabus manibus offert illam pontifici, ita ut apertura nauiculę sit uersus pontificē, & inclinatus dicit Benedicite Pater sancte, & anteq; Papa accipiat coclear: illud, & deinde eius manum, & similiter cum illud reponit, & tunc reddit nauiculam ceremoniarario, cum in altari porrigit thuribulum papę osculatur primo cathenulas: quas dat ei ad manus, & dans, & recipiens thuribulum osculatur eius manum.

Qd; Papæ debent osculari manus cum aliquid traditur, siue ab eo accipitur. Cap. XIII

Et nota qd; tam Cardinalis assistens, q; quiuis alius laicus, siue clericus, qui aliquid dat ad manus papæ, si est Cardinalis prælatus, aut princeps, si est inferior osculatur pedem, & similiter cum a pōtifice aliquid accipit eidem osculatur manum, & illi pedem. Assistens igitur partes superiores cathenularum: ubi sunt annuli tenens ipse in dextera pōit ad sinistra pōtificis, & partes inferiores iuxta sūmitatē ciborii i sinistra sua tenēs pōit ad manū dextrā papæ, cū icēsat pōtificē, si Pōtifex stat, & ipse stās incēsat ter ducens tractim thuribulum cum aliquali distantia inter tractū, & tractū: tū surgens reddit thuribulum ceremoniarario, & facta reuerētia pontifici reuertitur ad suum scabellum, & anteq; incensetur, inuitat Diaconum a dextris papę: Cum autem est discensurus a scabello inclinatur se prius uersus altare deinde facit reuerentiam Pontifici, & discedit.

## LIBER TERTIVS CXXVIII

De assistentia Diaconorum Cardinalium, & quomodo Papa paratur in camera ordinarię. Cap. XIII

Duo Diaconi Cardinales antiquiores in cardinalatu debent semper assistere, & ministrare, ac seruire pōtifici in omnibus publicis actibus, cū tamen Papa est in pontificalibus idest cum pluuiali, & mitra, uel cum mitra tantum, ut in Parasceue, & missis defunctorum aliter non assistunt. Cum Papa exit ad cameram paramēti, quę papagalli dicitur: duo Diaconi p̄dicti stantes capite detecto hinc inde apud lectum paramenti induunt papā sacris uestibus: antiquiore diacono a dextris principaliter operante, qui primum rubrum birretum pōtifici detrahēs albū illi imponit. deosculatur, & imponit illi amictum, & circa collum decenter aptat, ita ut uestium collaria cooperiat, & adiuuantibus altero diacono, & duobus Subdiaconis apostolicis, qui retro sunt, colligant cordulas. imponit deinde albam, & adiuuantibus supradictis circa collum, & circa manus decenter componit, & aptat. inde cingulo cingit, & albā attollit acoluthis, qui hęc omnia genu flexi circum circa subministrant, albę extremitates aptantibus, ut equaliter fluant. postea imponit stolam a collo pēdentem, & a lateribus colligit. amictum tamen, & stolam prius pontifici exosculanda offert, q; ea illi imponat. imponit illi post hęc pluuiale, & ante pectus ornamentum pectorale, & demum mitram. Hęc omnia ornamenta sacrista prius explicat, & disponit super lectum paramenti. Induto pōtifice duo diaconi p̄dicti unus post alium serunt consuetam reuerentiā secedentes per aliquot passus inclināt se profunde, deinde accedētes ad pontificem osculatur eius dextram sub auriphrygio pluuialis porrectam. Et capientes hinc inde fimbrias anteriores pluuialis in diebus supplicationum: & cum Pontifex aliquid manu gestat, ipsi deferant. In aliis uero diebus eas protonotario deferendas tradunt, & capite cooperto p̄cedūt immediate pontificem. Et aduertendum qd; ipsi diaconi dum seruiūt papę in aliquo actu, dum eum per capellam comitantur fimbrias eleuant, aut tale quippiam facientes, semper sunt capite detecto. Cum Pontifex uenit ad ecclesiam, siue ad capellam: diaconi firmant se apud faldistorium, & pontifice adueniente capiunt fimbrias pluuialis. & dum ille genu flectit ante faldistorium: fimbrias ipsas super faldistoriū disponūt, & mox diaconus a sinistris extrahit illi mitram, & a dextris birretum. Deinde si tunc est missa celebranda: finita oratione Papa surgit, & facit confessionem cum celebrante: Et tunc diaconus a sinistris retrahit se aliquantulum dans locum celebranti: qui stat ad sinistram pontificis. finita confessione, (& si nō dicitur missa finita oratione) diaconus a dextris imponit birretum, & mitram pontifici adiuuante altero diacono, & ambo capientes fimbrias deducunt eum ad sedem eminentem. Quotienscunq; Pa



## SACRARVM CERIMONIARVM

papa debet eleuare manum dextram, siue signando, siue pectus percutiendo, diaconus a dextris eleuat pluuiale capiens fimbrias ante pectus. cum debet eleuare manus ambas ambo diaconi hinc inde eleuat. qñ est aliquis lecturus ex libro apponunt hinc inde manus, similiter & cum est osculaturus librum euangeliorum. cum Papa accepit pacem a cardinali assistente ipsi unus post alium descendunt a sede pontificis, & facta reuerentia altari, & pontifici (ut fieri solet cū sit reuerentia) solennis, ascendunt ad papam, & genam sinistram exosculandam præbent, dicentiq; Pax tecum respondet Et cum spiritu tuo. In fine missæ descendentes cum pontifice ad faldistorium cõponunt fimbrias super illud, & cū surgit (nam mitra tñc nõ remouetur) capiētes fimbrias eas dant protonotario: nisi ipsi inferant in diebus supra nominatis. Et quotiescunq; mitra est papæ imponenda, uel birretum: ea imponit diaconus a dextris. Et qñ est remouēda mitra, eam remouet diaconus a sinistris, & birretum a dextris. diaconi prædicti stant pontifice stante, & similiter stante cardinali assistente. sedent sedente pontifice & nihil faciente. Si autem Pontifex sedens legeret: uel benediceret incensum, aut tale quicquam faceret: starent cum omnibus assistentibus. Cū pontifex ad cameram redierit: exiunt eum sacris uestibus: in eodem loco cooperante principaliter diacono a dextris: qui dat ei stolam, & amictum ad osculandum. cum aliquid operatur circa pontificem. cum Pontifex aliquid legit uel cum eis loquitur, cum uadunt & deducunt illum per capellam sursum aut deorsum ad altare, ad faldistorium, ad sedem: semper debet esse capite nudo. Et cum generalis supplicatio fit anteq; Papa de loco discedat, Diaconus a dextris dicit alta uoce Procedamus in pace, & chorus respondet In nomine Christi Amen.

### De officio Cardinalis diaconi euangelium lecturi. Cap. XV

Diaconus Cardinalis lecturus euangelium in missa pontificali ante, & tempore sibi congruo Deo per confessionem recõciliatur: quia est participaturus de sacramento altaris simul cum pontifice. Cum uero erit in palatio, anteq; Papa exeat ad cameram paramenti, accipiat sacras uestes, uidelicet amictum supra rochetum, albam, cingulum, stolam, dalmaticam, manipulum autem accipiat cum Papa intrauerit ad altare. Et hæc fiunt in diebus supplicationum: cum Papa descendit ad ecclesiam & sub baldachino, Si autem Papa non iret ad ecclesiam supplicatione præunte: tunc caperet paramenta sua prædicta. cum Papa accipit sandalia, & si uti debeat planeta non dalmatica, tunc illam capit postq; papam induerit omnibus sacris ornamentis. Sed nostris temporibus raro Papa celebrat nisi in diebus supplicationum. Igitur Diaconus, ut supradictum est, paratus cum papa descendit ad ecclesiam supplicabundus uadit immediate añ eū solus uel si papa uehatur in sede, ibit medius inter duos diaconos assistentes papæ.

In ecclia faciet reuerentiã papæ in suo ordine, & inde firmabit se ad dex-

## LIBER TERTIVS

CXXIX

trã papæ apud assistentem diaconum ab ea parte antediaconum prædictum. cum uero Papa finita hora lauerit manus: diaconus euangelii ascendit scabellum positum ante papam, & primo retrahit illi mitram cū pluuiali, & stolam, & afferetibus acoluthis ex ordine sacra ornamenta, primo accipit cingulum cū subcinctorio, & cū eo præcingit pontificem ita ut subcinctorium pendeat a sinistra pontificis. firmato bene cingulo soluit aliud cingulum, quo prius Pontifex erat accinctus, & alba circum circa bene disposita accipit Crucem pectoralem: quã osculandã offert pontifici, & deinde ad collum ponit, ut añ pectus pendeat. cū accipit fauonem quẽ supra caput pontificis ponit cū plicatura a parte anteriori diligenter illum aptat: primo offerat fauonem osculandum pontifici illum ambabus manibus tenens, tũ imponat super eius caput, ita ut ante oculos pendeat, & media pars illius ad dextram: media ad sinistram, & extremitates eius pariter fluant: deinde extremitatem fauonis quæ a sinistra pontificis defluit super illius dextrum humerum imponit, & quæ a dextra super sinistrum, ut mentum papæ circundet tanta amplitudine: ut spacio palmi uel circa amento distent, & a fronte dependeat medii palmi latitudine. imponit deinde Diaconus pontifici stolam ad collum quã prius eidem deosculandã offerat. & pendere facit ab humeris. tum imponat tunicellam, & fauonem a parte anteriori circa collum diligenter extrahat, imponatq; dalmaticam, & fauonem extrahat attollatq; illum ab oculis pontificis supra caput aliquantulum, & pontifici sedenti imponat chirothecas, quas prius osculetur, & similiter osculetur manum pontificis. ipse tum dextram tantum imponat, & subdiaconus sinistram: qui stans a sinistra in omnibus Diaconum iuuat. tum surgit Pontifex, & diaconus imponit ei planetam quẽ tantum inde aptatur super brachia, & sacco. similiter ut supra extrahitur ut equaliter circum circa pendeat, adaptata planeta Diaconus partem fauonis, qui erat super caput pontificis reflectit supra collum, & circum circa decenter aptat. Deinde accipiens pallium Crucem illius posteriorem osculandam offert pontifici: illumq; adiuuante subdiacono super pontificis humeros imponit, ut fauonis oras complectatur, & aliquantulum ex fauone sub pallio uideatur. Aduertatq; ut partem pallii duplicem super sinistrum humerum imponat, tum Spinulam pulchriorem Diaconus Cruci anteriori parte pallii infigit, aliam Cruci super humerum sinistrum existenti, tertiam uero Subdiaconus in Cruce posteriori infigit. Spinulæ: taliter infigendæ sunt, ut a gemma ad dextram infigentis remaneat, & interea Crucem pertranseant non autem perforent pallium, neq; planetam tangant. Non enim infigitur ad retinendum pallium, sed ad mysterium Passionis significandum: poteruntq; pro retinendo pallio parue spinule imponi si placuerit. debet tñ diaconus aduertere, & sepe aptare pallium: ut deceter humeros, & fauonem ambiat. post hæc diaconus mitram imponit pontifici, & procedente illo ad altare ibit ad sinistram Episcopi cardinalis assistentis immediate ante Pontificem.



## SACRARVM CERIMONIA RVM

Et cum Papa fuerit ante altare, deponit ei mitram, & stans a sinistra Pontificis facit cum eo confessionem. Deinde cum Papa fuerit osculatus altare, & librum: accipit de manu acoluthi nauiculam incensi, & inclinatus dicit Benedicite pater sancte. osculatur coclear: & dum Papa illud capit: ut incensum imponat, illius manus osculatur, & similiter cum illud reponit in nauicula. Deinde accipiens thuribulum de manu acoluthi predicti, cui prius nauiculam reddiderat, illud ad manus pontificis ponit cathenulas uidelicet superiores ad sinistram, inferiores ad dextram: quas prius, & deinde manum osculatur. Cum Pontifex incensat altare, illi ad dexteram & eleuando manicas dalmaticæ, & planetam. Deinde facta incensatione stans in cornu epistolæ accipit thuribulum de manu Papæ quæ osculatur: & illum: cum mitram accipit, incensat ter thuribulum ducens: inclinatusq; se Pontifici profunde anteq; incenset, & post, & in isto actu. & similiter postq; Pontifex incensauerit oblata, mitram imponit, & Diaconus assistens a dextris, in aliis uero omnibus actibus, cum Papa est apud altare, Diaconus euangelii semper illi imponit, & deponit mitram: semperq; in altari ministrat nauiculam, & incensat Pontificem: quem mox reddito thuribulo acolutho stantem circa medium altaris osculatur primo os, deinde pectus. quod & alii duo Diaconi assistentes faciunt. Deinde discedente Pontifice ad sedem eminentem Diaconus remanet in cornu epistolæ: ubi simul cū Diacono, & græcis, si adsint, legit Introitum, & dicit Kyrie eleison ex libro super altare stante, & a suo capellano accipit manipulum, & Papa sedet, sedente & ipso super scabellum in dicto cornu super gradum altaris positum, uertens faciem ad cornu euangelii. Cum Papa dicit. Gloria in excelsis. Surgit Diaconus, & cum Subdiacono & græcis prosequitur hymnum angelicum: & sedente Papa sedet in loco suo, & similiter surgit ad orationes, & illis finitis sedet. Cantata epistola per subdiaconum Diaconus in cornu Epistolæ & ipse illam legit cum graduallibus, & uersibus, deinde tempore congruo accipit librum euangeliorum, & illum ante pectus suum tenens cum reuerentiis solitis uadit ad altare, super quod librum ponit in medio: quo ibi dimisso cum debitis reuerentiis ascendit ad pontificem, & manum eius dextram reuerenter osculatur, deinde reuersus ad altare genu flexus, & iunctis manibus dicit Munda cor meum, & labia mea omnipotens Deus: qui labia Esaiæ prophete calculo mundaisti ignito, ita me tua grata miseratione dignare mundare ut sanctum euangelium tuum digne ualeam annūciare. per Christum Dominum nostrum Amen. Tum surgens accipit librum de altari, & illum ante pectus portans tempore congruo uadit ante pontificem, & stans apud ipsum gradum solii inclinatus profunde dicit. Iube Domne benedicere. Et accepta benedictione uadit ad pulpitem, super quod librum portat, & circumstantibus septem ceroferauius iunctis manibus inci-

## LIBER TERTIVS CXXVII

pit Dominus uobiscum, Et cum dicit sequentia, & Initium sancti euangelii pollice dextro signat librum, deinde frontem, os, & pectus: & cum deinde respondetur a choro Gloria tibi Dñe: accipiens thuribulum de manu acoluthi incensat librum ter in medio, a dextris, & a sinistris, deinde reddito thuribulo iunctis manibus: quas supra librum tenet, prosequitur euangelium. quo finito factis reuerentiis reuertatur ad altare. Cum Papa dixerit Credo in unum Deum, Diaconus stans in cornu epistolæ prosequitur symbolum cum Subdiacono & græcis: quo finito Diaconus, & Subdiaconus uadunt ad credentiam Papæ: ubi aliquis ex familiaribus Diaconi expectat cum uasis & mantili: & ibi ambo mundant manus, & reuertuntur ad altare: & mappam quandam sericeam amplam a sacrista oblatam extendant supra altare, tum Diaconus expectat cū uasis, & mantili stans in cornu epistolæ, Subdiaconus uero ex credentia sacristæ portat ad altare bursam cum corporalibus, hostiaria & purificatorio: quæ omnia consignat ad manus Diaconi: qui ponens bursam super altare primo remouet ab ea hostiariam cum extractis ex bursa corporalibus: magnum corporale explicat super altare paruum super magnum ponit ad partem. bursam collocat in loco condecienti, uel ante se, uel ad partem: deinde ueniente sacrista cum calice: & ampullis primo ex hostiaria tres hostias capit, quas ponit super patenam per ordinem ad rectam lineam. Et ueniente Pontifice ad altare ante gradum stans depōit ei mitram: & brachium illius dextrum reuerenter capiens, & subleuans deducit ad medium altaris. Tum conuersus ad dextram: ubi patena cum tribus hostiis super calicem existit cū hostia: quæ est a dextris, tangit alias duas, & illam dat comedendam sacristæ. Deinde hostiam quæ est ad sinistram capiens cum ea tagit patenam & calicem intus, & extra per totum, & similiter illam dat comedendam sacristæ. Tum capiens patenam cum hostia, quæ in medio remansit, illam prius exosculatus dat ad manum Pontificis dextram quam deosculatur. Tū conuersus ad calicem pauxillum uini & aquæ ex ampullis super uasculum infundit, & dat sacristæ ad prægustandum, & imponit uinum in calice ad sufficientiam: ut satis sit pro tribus communicantibus. aquam uero in calicem Subdiaconus infundit ex paruo cocleari. Quo facto Diaconus calicem dat ad manus Pontificis, & cum eo dicit orationem Offerimus tibi &c. Et cum Papa calicem super corporalia posuerit: Diaconus statim illum palla idest paruo corporali tegit, & cū Papa est impositurus incensum ministrat nauiculam: & facit: ut in prima incensatione diximus. Sed cum Papa incensat super et circa oblata, tunc Diaconus dextram manum tenet ad pedem calicis, ne forte rueret. Et sinistram ad manicas dalmaticæ Pontificis, ne cum illis pallam pcutiat. Et in fine cū incensauerit Papam, incensat cardinalē assistentē ep̄m, siue psbyterū. Et duos diacones cardinales assistentes ibi apud altare, dū uadit ad alios cardinales oēs incensat suo



## SACRARVM CERIMONIA RV M

ordine bis ducens thuribulum ante, & post, illis se inclinās, idem facit & pricipi, si quis adest, qui in scamno cardinalium sedeat, tum reuertitur ad altare. et Episcopos nō cardinales assistentes pontifici incēsat semel tātū thuribulum ducens, & sine inclinatione. deinde stans post pontificem medius inter duos diaconos cardinales assistentes incensatur ipse ab uno ex subdiaconis, cui ipse tradit thuribulum. pstat post hęc inter p̄fatos diaconos quousq; Pontifex finierit p̄fationem, & tunc accedit ad eius dextram, & cum eo dicit Sanctus. &c. & reuertitur ad locum suum. Et quotiescunq; Pontifex signat super calicem, aut Hostiam: accedat reuerenter, & eleuet manicā dalmaticā, ne cum ea percutiat calicem, & pallam, & mox reuertatur ad locum suum: & ab eo puncto: in quo Pontifex incipit canone, id est Te igitur: semper attēte aduertat, ut i tempore possit eleuare manicam, tegere & detegere calicem cum sit opus. Cum Pontifex consecrat Hostiam genu flectit ad dextrum latus, & dum eam eleuat, & ipse ab eo latere planetam. Et cum ille reposuerit Hostiam super Corporalia, ipse detegit calicem, & rursus genu flectit. Et similiter attollit planetam cum Pontifex eleuat Calicem, quo deposito statim palla tegit, & redit ad locum suum, dum post Eleuationem Sacramenti Pontifex dicit Benedicis, & p̄stas nobis, Diaconus accedens detegit Calicem. Et cum Pontifex cum Hostia signat super calicem dicendo Per ipsum. &c. retinet ipse duobus digitis dextræ manus calicis pedem, & cum Pontifex reposuerit Hostiam super corporalia ipse tegit calicem, & reuertitur ad locum suum. Cum uero in fine Pater noster subdiaconus reportat patenam: Diaconus accedens ad latus pontificis uertitur ad subdiaconum & de manu eius accipit patenam, quam cum Pontifex dicit Libera nos quæsumus Domine. &c. dat illi ad manū dextram, & prius osculatur patenam, & postea manū Pontificis. & cum Pontifex patenam supposuerit Hostiæ, ipse detegit calicem Et semper quādo ipse detegit calicē, genu flectit adorans sacramētū. & cū Pontifex immiserit particulā hostiæ in calice, iterū calicē tegat. & cū pontifice dicat Agnus Dei. &c. & reuertit ad locū suū, & non capit pacē a pontifice, quia illā capiet postq̄ cōicauerit. Cū uero Pontifex data pace ascēderit ad sedē eminētē, tūc Diaconus, si apud altare remansit, accedēs debitis reuerētis accipit patenā cū sacramēto corpis Christi ex altari ambabus manibus, & illā modeste eleuās usq; ad oculos uertit se a dextra sua ad mediū circulū ita ut renes uertat ad altare, & p̄ eandē uia reuertitur quousq; faciem suā uertat ad altare. Tum uertēs se a sinistra parte rursus gyrat ad mediū circulū. & subdiacono genu flexo super gradū ante cornu euāgelii patenā cū sacramēto cōmittit: qui stans surgit, & diaconus genu flectit sacramētū adorās. Cū uero subdiaconus ab altari discessit, surgit diaconus & cū sacramētū puenerit ad Pontificē, diaconus accedēs hmōi reuerētis ex altari calicē cū sāguine christi accipit, ac eleuās, & gyrās ut cū patēa fecit

## LIBER TERTIVS

CXXXI

ipse calicem ad Pontificē defert nulli tunc reuerentiā faciens, & ad dextrum pontificis latus cōstituens expectat quoad pōtifex de corpore christi cōicet dum calicē subministrat pontifici, ex quo ille sanguinē calamo sugit. Quo facto diaconus paterā dextra tēnēs: sinistra calamū intra calicem existentē retinet, & curuato capite manum pontificis exosculat. corpus Christi ab eo reuerenter accipit, & mox eius faciem osculat. tum cū calice, & Christi sanguine ad altare reuertit nūsq; calamū ex calice extrahens, & ibi stans in cornu eplē ptem sanguinis cū calamo sugit. Reliquū uero cū particula hostiæ sacratæ, q̄ in calice remāsit. Subdiaconus cū patena ad altare reuersus reuerēter suscipit cū prius patenā ipsam diligēter sup calicem excusserit, ne particula sacri in ea remaneat. Tum Diaconus cū Subdiacono calamū supra calicem uino purgāt & abluunt: atq; eodē uino se purificāt. deinde si non sunt alii cōicandi. Diaconus expectat pōtificē apud altare: si uero sunt cōicandi alii, sicut in resurrectione Dñi, diaconus postq̄ se purificauerit, factis debitis reuerētis ascēdit ad pōtificē, & stans ad eius sinistrā in tono eius cōsuetō dicit, Confiteor Deo oīpotēti, beatę Marię sēp uirgini, beato Michaeli archāgelo, beato Ioāni baptistę, sanctis Aplis Petro & Paulo, oibus sanctis, & tibi pater, quia peccati nimis cogitatioe, uerbo, & ope mea culpa mea culpa mea maxima culpa: Ideo precor btām Mariā semp uirginē, beatū Michaelē Archāgelū, btūm Ioānē baptistā, sanctos Aplos petrū & Paulū, oēs sanctos, & te pater orare p̄ me ad dñm Deū nīm. Et cum dicit, & tibi p̄, & rursus & te pater: inclinat se p̄funde ante pontificē. & cū dicit mea culpa &c. ter pcutit pectus cū manu dextra, & mox diaconus: ubi hęc dixerit reuertit ad altare. & postq̄ pontifex fecerit absolutionē, Diaconus reuerēter accedēs accipit de altari calicē crystallinum, uel aliud uas in quo sunt hostiæ cōseruate p̄ cōicādis, & eleuat, & gyrat a dextris & sinistris: ut prius diximus, & Subdiacono genu flexo: ut prius dat ad portādum ad pōtificē. Ipse uero apud altare expectat quousq; pontifex cōicato populo reuertat ad altare. Veniēti igitur ad altare pontifici deponit mitrā, & ponit deinde se i loco suo stans medius post pontificē inter duos Diaconos. & cum papa finierit ofones ultimas: & dixerit Dñs uobiscum, ipse Diaconus uersus: ut pontifex dicit cantando. Ite missa est in tono solennitati conuenienti cū alleluia, uel sine alleluia pro temporis exigentia. & in fine cum Papa cōpleuerit omnia, & uult discedere ab altari, extrahit illi pallium, & reponit illud super altare, nisi Papa sit iturus ad benedictionem: uel ad alium actū supplicatione p̄uente: quia tūc debet portare pallium. Deinde uadit cū Pontifice paratus usq; ad eius cameram ipse, & alii Diaconi ex debito more: quis nonnunq̄ ex indulgentia pōtificis solent dimittere paramenta, & postq̄ deduxerunt Papam extra ecclesiam illum dimittere, & redire ad domos suas: sed honestius est sicut diximus, ut pontificem adhuc missalibus



## SACRARVM CERIMONIARVM

paramentis indutum Diaconi parati ad cameram usq; deducant.

Si autem tempus exigeret: ut Diaconus utri deberet planeta, & nō dalmatica, tunc Diaconus parabit Pōtificem sine planeta. Et cum imposuerit illi mitram post omnia ornamēta, ipse accipit planetam: quam deinde ponit, anteq̄ cantet euangelium, & plicatam accipit super humerum sinistrum, & sic cum ea manet quousq; Papa cōmunicauerit. Tunc rursus induitur planeta, ut prius. Aduertat etiam Diaconus quotienscunq; aliquid dat ad manum Pontificis uti, primo deosculetur rem ipsam, deinde manum Pontificis. Item quando post consecrationem tegit, uel detegit calicem, primo & post reuerenter genu flectat: & adoret sacramētū.

De splendens uicibus Cardinalium in assistentia Papæ deficientium.

### Cap. XVII

Si celebrante Pontifice prior Episcoporum Cardinalium abest: qui illi assistere debet in officio capellani: eius uices suppleat senior Episcopus Cardinalis. Et si nullus adest Episcopus: senior presbyter Cardinalis. Itē si prior presbyterorum in sua assistentia deest: senior ex aliis presbyteris supplet. qđ si nullus adest presbyter Cardinalis: iunior Episcopus Cardinalis supplet eius uices, siue cum paramentis, siue cum cappis laneis: Diaconus autem non supplet uices Episcoporum, neq; presbyterorum. Si uero adest unus diaconus tantum in assistentia, iunior ex presbyteris Cardinalibus supplet locum secundi Diaconi. Sed Diaconus qui aderit tanq̄ Archidiaconus, & in proprio officio sedebit a dextris, & mitram semper ponet, & deponet presbytero Cardinali a sinistris adiuuante. si nullus adest presbyter iunior, Episcopus Cardinalis supplet, & tunc Episcopus erit a dextris. Sed Diaconus quī non sit a sinistris semper tamen ponet, & deponet mitram. Qđ si nullus adest Diaconus: duo iuniores presbyteri siue Episcopi, illis etiam deficientibus assistunt. & si Pōtifex celebraret principaliter in uesperis siue in missa essent in habitu Diaconorum cū dalmaticis, & non in proprio. Et nota qđ Pontifex non potest interesse diuinis cum solennitate nisi ad minus cum tribus Cardinalibus: quorum duo assistant loco Diaconorum, & tertius ut capellanus assistens. In missa autem quando Papa celebrat solenniter: quatuor ad minus sunt necessarii duo Diaconi assistentes, Diaconus euangelii, & Episcopus siue presbyter Cardinalis, capellanus assistens. Sed ut dixi presbyteri uel Ep̄i officium Diaconorum supplere possunt. Diaconi non possunt supplere officium ep̄orum siue presbyterorum in diuinis.

De officio assistentiū nō cardinaliū. S. D. N. Papæ. Cap. XVIII

Scripturi deiceps de officiis p̄latorū, & aliorū officialiū curiæ Romanę de illis officiis, & seruitiis suis tm̄ dicēus: q̄ exhibēt sūmo pōtifici in diuino officio, & publicis actibus, & q̄ ptinet ad sacras cerimōias. de aliis n̄ ē nr̄a p̄fessiois. Et prio de assistētibus ep̄is, & p̄latis R. o. Pōtifici assistere

## LIBER TERTIVS

CXXXII

consueuerūt in diuinis, & publicis actibus ordinarie decē p̄lati ex dignioribus curiæ ut ex libris cameræ apostolicæ coniectare licet: qui portionēs decem ex minutis distribuūt assistentibus, nostris tamen temporibus aliquid quando pauciores, sapius plures fuerunt. Ad hos spectat pontifici assistere: & in diuinis illi seruire de libro & de lumine: & semper sequūtur pontificem immediate post cubicularios, & medicos secretos. Et quando sunt parati p̄cedunt immediate cardinales. cū pōtifex ante altare fecit orationem, & ascendit ad sedem eminentem, sequuntur illum, & sedent uel stat secundum exigētiam ad sinistram partem. His cōnumerant etiam sacram si sit p̄latus, & sedet in loco statui suo conuenienti. Inter istos non habetur ratio officiorum siue legationū, sed digniores, & antiquiores in dignitate p̄cedūt. duo ex eis primi siue Patriarchæ, siue Archiepiscopi, siue Episcopi sint: seruiunt pontifici primus cū libro, alter de lumine hoc modo. cum pontifex aliquid est dicturus ex libro, accedunt hi duo assistentes & primus genu flexus in scabello sedis pontificis, si Papa sedet: si autē stat, stans librū tenet supra caput ante faciē pontificis ambabus manibus illum sustinens, & diaconi assistentes apponunt hinc inde manum. Secundus uero candelam accensam ante librum retinet stans in loco conuenienti. Qđ si dum solenniter celebratur, & Episcopus siue presbyter cardinalis retinet librum: tum ille primus dat librū cardinali, & illū adiuuat, & librū deinde recipit. Et in altari, dū Papa celebrat, seruiunt ambo, & cū cardinali ministrant librū, & candelam ut dictum est. p̄ueniunt hi duo semper pontificem & ad altare, & ad sedem. inueniunt que sunt dicēda, & signant. cum Pontifex celebraturus est in sede: ubi accipit paramenta, assistunt ante eius faciem diuisi in duas alas hinc inde. cum est apud altare faciunt semicirculum post illum, & seniores hinc inde stant in capitibus semicirculi exceptis illis duobus, qui seruiūt in altari de libro, & de lumine. cum Papa etiam nō celebraturus a sede descendit ad faldistorium ante altare semper illum sequuntur, & post eum genu flectunt. Et similiter cū redit ad sedem, sequuntur & redeunt ad locū suum. surgētibus cardinalibus assistentibus surgūt, & illis sedentibus sedent. Si nullus adest protonotarius, cum papa exit ad officiū, primus ex eis defert anteriores fimbrias pluuiialis, & item si nullus adest nobilis, aut orator: qui deferret caudam pluuiialis, primus ex eis defert. Et si neq; protonotarius, neq; orator adest: duo ex eis supplerent: primus ad caudam, secundus ad fimbrias. Quando autem Pontifex non habet pluuiate, sed cappam amplam laneam, siue purpuream, uel mantum, tunc primus ex eis portat fimbrias, & caudam simul cōiunctas retro post pontificē, & cū socio fimbrias aptant sub faldistorio: quādo pōtifex nō portat mitram: & apud sedē illas ante, & super scabellum extēdit. Et semper illi, qui seruiunt manū dextram emittūt per aperturam cappe anteriore, & sinistra per extremitatē cappe & cōuo



## SACRARVM CERIMONIA RV M

luta cauda cappę illam sub axilla, & super sinistrum brachium retinēt: ut sint magis expediti ad seruiendum. Et quando Papa exit ad capellā cum manto papali, & cum caputio supra caput inuerso, quod facere consueuit in matutinis tenebris, & aliquādo etiam in aliis diebus propter frigus, tunc Ep̄i assistentes debent habere mantellum assistentię apertum a parte anteriori, & caputium in modum cubiculariorum.

De officio Sacristę.

Cap. XIX

Sacrista Aplici palatii, quod est officium ppetuū, semp̄ cōsuevit eē platus: nec cōsuetudo astringit ad aliquē ordinem religiosorū: ut aliqui aliquādo dixerunt. Et quia hēt curam, & inuētarium rerū sacristię, & opera sua est cōtinuo in palatio, habet camerā in palatio, & expensas in tinello cū suis seruatoribus. Ad hunc spectat ex mādato Pontificis nūciare: & distribuere missas celebrādas dñis cardinalibus, & platis curię, qñ ubi, & p quem est celebrandū in diebus ordinariis, & qñ placet Pontifici. Debet p̄ terea reseruare & custodire suo inuentario paramenta: & ornāmēta oīa, q̄ p̄tinent ad altare ad psonam Papę, & platos, atq; ministros celebrātes in capella Papę, uidelicet uestes sacras, uasa sacra: ubi reliquię sanctorū recōdūtur, cruces, calices, cādelabra, imagines, & uasa preciosa. Et ēt subministrare: & custodire: quę p̄tinet ad capellam secretā Papę, & ad capellam cōem palatii: ubi quotidie celebratur. Debet i tpe per clericos capellę ordinare altare, credentiā, & quę p̄tinet ad celebrationem missę: uel diuini officii, p̄ter hęc debet anteq̄ Papa exeat ad camerā paramenta p̄parare sup lectum paramenti sacras uestes mitras, & ornāmēta: quibus uti debet sumus Pontifex. Et quia solus nō posset tot rebus satisfacere, oportet qđ habeat aliquem capellanū uel socium: qui eū adiuuet in inueniendis, p̄parandis, explicandis, & adaptandis rebus opportunis. Debet ēt semp̄ interesse, qñ Pontifex celebrat siue publice, siue priuatim, & ministrare opportuna, & habere exactā prouidēdi curā: ne res sacristię destruātur: & ut destructa instaurētur, & quę deficiunt denuo fiant. Cum Papa solēniter celebrat, parat credentiam suam in tpe, & seruat ea quę in missa papali p̄scriptus. Adinuenit in tpe libros opportunos pro psona Papę, tam p̄ missa q̄ pro benedictionibus, absolutionibus, & aliis diuinis officiis, & eos Ep̄is assistentibus cōsignat, curat diligenter: ut sacrm̄ corporis christi nitide, & munde semp̄ conseruetur in loco cōuenienti, & qđ semp̄ ante illud ardeat lumen. cū uero pontifex in pōtificialibus equitabit p̄paret sacrm̄ i puluino ornato, & super equū album faleratū imponi faciat: equū freno ducit aliquis ex suis familiaribus. clerici capellę cum laternis p̄cedēt, ipse uero ferulam manu gestans in habitu statui suo condecēti equitans subsequitur: curabitq; cum ad locum destinatum peruēiat: ut sacrm̄ in loco honesto, & cum luminaribus reponatur. In cōclauis electionis noui pōtificis interest, & p̄parat quę ad rem diuinam p̄tinent, & ipse celebrat

coram

## LIBER TERTIVS

CXXXIII

coram patribus, & pro nouo pontifice indumēta congrue subministrat. Item in transitu uel obitu pontificis assistit. administrat sacramenta ecclesiastica, nisi Cardiales id faciāt, & cū ceremoniaris procurat funus. Et de sacrista hactenus in gñe, nā particularia latius in locis suis posuimus.

De officio protonotariorum.

Cap. XX

Protonotarii officiū est notare ea, quę in publicis consistoriis geruntur: cum rogātur a procuratore fiscali, & cum opus fuerit in publicā redigere formā. Ideo oportet eos interesse publicis consistoriis. De officio eorum in cancellaria nihil ad nos. Pontifici in publicum cū pluuiali, & mitra exeūti protonotarius simbrias inferiores simul iūctas deferre debet. nā ad sinistrā pontificis p̄cedens caudāq; cappę suę sibi deferēs, ut de ep̄iscopis assistētibus diximus, sinistram ad extremitatem simbriarum, dextrā ad superiorem partē ante corpus pontificis tenens proficiscitur. cū peruenit ad locum: ubi pontifex cōsistit, dimittit simbrias ad manus diaconorum, & uadit ad locum suum: cū Pōtifex in diuinis est daturus Benedictionē solennem protonotarius accedit, & genu flexus super scabellū sedis papę. dum Papa benedicit simbrias inferiores a sinistro latere eleuat, & cū eis corpus pontificis tegit ab umbilico & infra. finita benedictione dimittit simbrias, & reuertitur ad locum suū.

De seruitio Subdiaconi apostolici.

Cap. XXI

Quę Subdiaconum agere oporteat specialiter in uesperis, aut in missa dum Papa p̄cipaliter celebrat, superius diximus in locis opportunis. nūc generalia quędā subiūgemus. Subdiaconi participantes quinque sunt numero nostris tēporibus. Cum Papa in publico procedit, siue ad diuina siue ad humana negocia, unus ex eis Crucē papalem p̄fert, siue equo siue pedibus, siue utcunq;. Quando Papa autem exiit ad camerā paramenti: ut sacras uestes induat, duo ex eis sunt ibi prope lectum paramenti, qui stātes hinc inde post diaconos assistentes iuuent illos cū pontificem parant. Et illo sacris induto unus ex eis capiat Crucē, & p̄cedat. eius uero collegę p̄cedant immediate Crucē. Inter Crucē, & papam cardinales tantum, & qui in eorum scamno sedent incedere oportet, & nullos alios. duo magistri hostiarii cū suis uirgis collateraliter associant crucē. Subdiaconus crucē reponit in capella in loco congruo, deinde uadit ad locū suum cum aliis: & primum locū obtinet subdiaconi inter omnes alios p̄latos, siue officiales non pileatos. cum Pōtifex post sermonē, uel in fine missę est daturus solennem benedictionē, subdiaconus accipit crucē papalē, & ponit se ante pontificē, uertitq; crucifixum uersus pontificē. Et cum ille incipit Precibus, & meritis siue, Sit nomen Domini genu flectit. data Benedictione surgit, & reponit crucem in loco suo: siue si est recedendum incipit procedere, & expectat in loco cōuenienti, quoad Papa appropinquet. In camera papagalli reponit crucē, & uadit ad exuendum pontificē

S



## SACRARVM CERIMONIARVM

cum aliis: Sed aduertat Subdiacōus cū portat crucē, ut semper crucifixū uertat ad pōtificē qui sequitur. cum autē pontifex non sequitur, Crucifixus sit in parte anteriori. De modo equitadi in pontificali, & de uariis seruiis: quę subdiaconus in diuersis actibus exhibet pōtifici, & administratione palliorum in propriis locis abunde scriptū est.

De auditoribus.

Cap. XXII

Auditores causarū Sacri palatii, qui capellani sunt Summi Pōtificis, debent illi assistere in diuinis, & in omnibus publicis actibus. illorū Decanus, id est senior in officio semper seruit Sanctissimo Domino nostro de mitra, & tunc habet sindonē sericā ad collum supra cappā, uel supra suppelliciu, & est medius inter duos cubicularios secretos immediate post papam. Cum igitur Papa apud lectū paramenti induit sacras uestes auditores aditantes a sinistra genu flectunt: & deficiētibus acoluthis ministrāt paramenta eorum loco. In ecclesia uero quando Papa ex faldistorio ascēdit ad sedem eminētem, & quotiens a sede ad altare, uel ad faldistorium descēdit: duo auditores hinc, & inde eleuant inferiores fimbrias uestimētorum eius: ne impediāt papam euntē, ne ue pedes supra uestē imponat, & inclinati pariter cū eo procedūt: Sed aduertant qđ ita modeste uestes eleuent, ne crura pontificis uideantur. Quando Pontifex est incensaturus altare, duo ex eis præueniunt ad altare, & hic inde eleuant mappā primā, quę est super altare usq; ad mediū altaris, & ponunt super aliam mediam. Deinde expectāt ad ptē genu flexi quoad papa icēsauerit altare, & mox surgētes restituant mappā, ut prius erat. Qđ si nō adsunt alii duo auditores ut fimbrias eleuent iidem duo eleuent prius mappā, & deinde uadunt ad fimbrias papę, & similiter post incensationē reponant mappā, & postea attollāt fimbrias. Item quotienscūq; Papa publice lauat manus, duo ex eis uadunt ad credētiā, & senior accipit mātīle, & illud duabus māibus eleuat usq; ad faciē profert ad pōtificē: & illo deosculato ponit supra gremium pontificis, & genu flexus a dextra, & collega suus a sinistra tenent mātīle quoad Papa lotus manus absterxerit, deinde illud cū socio reportat ad credētiā, & una manu tantum, tum reuertitur ad locū suum. anteq; ueniat ad Pōtificē cum mātīli semper tertio genu flectit. Similiter cū Papa est distributurus candelas, cineres, palmas, seu agnus Dei: accipiunt a credētario mantile, & ponūt super gremium pontificis, illudq; utrinq; retinent usq; ad finem distributionis. Et generaliter quotienscūq; mātīle, seu gremiale portatur ad pōtificē, aut ante eum tenetur: idē fit per auditores. Et cum Papa celebrat, unus ex eis cōtinuo seruit de gremiali, qđ ipsemet debet accipere a credentia sacristę, & illud finito suo officio illuc reportare. Auditor aut qui seruit de mitra, cū est imponēda mitra, illā dat ad manus diaconi cardinalis ministrātis a dextra: cum uero ē remouēda, accedit ad Diaconum, qui est in sinistra, & ex eius manibus mitram acci-

## LIBER TERTIVS

CXXXIII

pit cum debitis semper reuerentiis.

De Magistro Sacri palatii.

Cap. XXIII

Magister Sacri palatii cōsuevit esse ex ordine p̄dicatorum, & ordinarie quando sit consistorium legit in palatio publice aliquid in Theologia. Adhunc spectat ordinare: qui debeat facere sermones in capella Apostolica, & eorum sermōes præuidere, curareq; ut nihil dicat puritati fidei, & grauitati illius loci contrarium, & sedet uel stat semper post primum auditorem, qui adest.

De Clericis Camere.

Cap. XXIII

Clerici camere Apostolicę & ipsi adstant pontifici cum apud lectum paramenti capit sacras uestes genu flexi ad sinistram post auditores, ad eos pertinet portare ense benedictum cū pileo ante papam in nocte, & die Natiuitatis Domini. tenent uasa cum auro, & argento, & mantilibus dandis pauperibus, quando Pontifex lauat illis pedes. Item subministrant camerario siue Diaconis assistētibus candelas, & palmas: quę distribuuntur per papā, & similia. In sacris non operantur nisi in nocte Natiuitatis Domini, unus ex eis qui dicit quintam lectionem loco illius, cui ensis datur.

De Acoluthis.

Cap. XXV

Acoluthi Apostolicę sedis octo sunt ordinarii. hi etiam cum Pontifex apud lectum paramenti, & similiter in ecclesia est celebraturus, induitur sacris uestibus circūstāt genu flexi, & ornāmēta subministrant diaconis Cardinalibus. In supplicatione, & diuinis officiis celebrante pōtifice cādelabra, intorticia, ampullas uini, & aquę, thuribulum cum nauicella incensi, uas aquę benedictę cum opus est, & similia portant, & de illis, cum tempus est, seruiunt. Debent igitur cum Papa est celebraturus omnes interesse: quando autem non est celebraturus tres ad minus intersint, & maxime in uesperis, & tunc portant secū superpellicia, quia unus ex eis debet seruire de incenso, & duo alii de candelabris: dum Papa dicit orationem. Et supra rochetum debent habere superpellicium. In eorum defectu Auditores rotę Iuniores seruiunt.

De Cubiculariis secretis, & aliis.

Cap. XXVI

Cubicularii secreti duo semper pontificem sequuntur immediate in capella, & in consistoriis: sedent non longe a pedibus papę a sinistris in terra tamen sine aliquo sedili. hi semper intendere debent ad faciē papę p̄sto facturi. si quid eis imperet: seruant honeste sub uestibus sudariola, siue nasitergia, birreta, & similia. Et si Pōtifex illis uult uti, ea porrigūt diacono cardinali assistēti ad sinistrā. Alii cubicularii, si papa fertur in sede, ipsi cum scutiferis portant pontificem. In diuinis non habēt aliud officium secreti cubiculari: cum Cardinales ueniunt ad reuerentiam pontificis, remouent paruum scabellum a sede, & facta reuerentia illud reponunt. Et hoc iunior ex illis facit quoties opus est, & ammouet, & reponit.

S ii



## SACRARVM CERIMONIA RV M

De Secretariis, & Aduocatis. Cap. XXVII

Secretarius principalis Sanctissimi Domini nostri, si est prælatus, sedet, uel stat in loco sue prælationis in capella. Si non est prælatus, stat inter cubicularios secretos. ordinarie nullum habet exercitium in diuinis. Si forte aliqua literæ presentarentur, eas Pontifex illi consignare posset. in publicis consistoriis siue prælatus sit siue nō, sedet ad pedes pontificis in plano solii, & instrumenta atq; literas, quæ dantur pontifici ab Oratoribus, palam legit. alii secretarii nullum habent exercitium in publicis actibus. Aduocati in diuinis nullum habent exercitium. In publicis autem consistoriis proponunt causas, ut superius diximus. cum de publicis consistoriis ageremus. Aduocatus pauperum primo proponit uel Aduocatus Fisci, si est causa fiscalis.

## SECTIO TERTIA

De habitu omnium tam celebrante Pontifice q̄ non celebrante. Cap. I

Vm Pontifex solenniter celebrat siue uesperas, siue missam, Ep̄i cardinales, & oēs alii, qui sūt in dignitate ep̄ali siue abbatiali, pluriuialibus utūtur, & albis mitris. presbyteri Cardinales planetis, Diaconi cardinales dalmaticis, & mitris et albis. sed mitræ cardinalium sunt ex serico damasceno, aliorum ex tela linea. itē Ep̄i, & presbyteri cardinales plerunq; sub sacra ueste habent superpellicium, & amictū, aut saltem alterum ex his. cū quo uestium collaria cooperiant. Diaconi, quādo paramēta sunt uiolacea, aut nigra, utuntur planetis ante pectus plicatis, & non dalmaticis: Et ex decore semper debent habere amictum, ut collaria uestium tegant. prælati, religiosi quia non habent rochetum sub ueste sacra habeant superpellicium. pænitentiarii papæ planetas, & sine mitris. Subdiaconus, qui portat Crucem, & qui lecturus est epistolam, tunica induitur, alii subdiaconi clerici cameræ, & acoluthi supra rochetū habent superpellicium. clerici cerimoniarum, clerici capellæ, cātōres papæ capellani cardinaliū, q̄ seruāt eorū mitras, superpelliciu tātū habent.

Vbi & quando capiuntur paramenta. Cap. II

Et hi omnes, si Papa supplicatione pręeūte descendit ad ecclesiam, qd̄ fieri debet ad missam tantum, & in diebus supranominatis: capiunt paramenta in palatio uidelicet Cardinales in prima camera paramenti, nō autem in secunda, quæ dicitur papagalli. Nam ibi solus Papa paratur. prælati, & alii extra dictam cameram ubicunq; uoluerit. Si autem fiunt uesperæ papales: aut dies est non supplicationi deditus: qui utūtur superpellicio possunt illud capere in aulis palatii, Sed Cardinales, & alii prælati in uesperis capient paramenta in ecclesia facta per cardinales reuerentia solen-

## LIBER TERTIVS CXXXV

ni papæ, Cardinales apud sua sedilia, prælati extra cācellos capelle. In missa autē non supplicatoria cardinales capiunt paramēta in suis sedibus: cū Papa accipit planetam: & similiter prælati extra cancellum: & finito officio in eisdem locis deponunt paramenta omnes præter diacones assistētes: qui sacris induti pontificem in missalibus ornamentis recedentem ex cōgruo, & debito more comitātur usq; ad camerā. Quando autē Papa celebrata missa esset daturus solennem benedictionē populo ex suggestu, ut in Resurrectione: oēs cardinales parati illuc secū proficiscuntur, & prælati similiter: & data benedictione dimittunt paramenta. protonotariū capis suis lancis semper utuntur. & similiter uti solebant.

De Auditore, & correctore. Cap. III

Auditor cōtradictarū: & corrector literarū Apostolicarū primum locum habeāt post protonotarios: qui etiā si fuisset Ep̄i, aut archiep̄i, nō induebāt sacras uestes, sed sequebātur pōtificē post protonotarios. Sed aduerte qd̄ illo tpe protonotarii præcedebāt Ep̄os, meis autē tpebus de auditore, & correctore prædictis nihil uidi seruari. Cubicularii, & secretarii eodē habitu utūtur uestibus scilicet solutis cū manicis ad amplitudinē manus latis: & caputiis circa collū, & pectus a capite descēdētib; Aduocati uestibus manicatis cū uariis, & caputiis, ut cubicularii: sed secretarii, & aduocati habēt caputia sup̄ collū aliquātulū inuersa. Seruientes armorū debent esse honeste armati cū suis bacculis argēteis in manu. Et hi sunt habitus cū Papa celebrat solenniter, aut procedit ad ecclesiam supplicatione pręeunte. Quādo autem procedit sine supplicatione hoc modo utuntur.

De habitu Papæ. Cap. IIII

Sūmus Pōtifex cū in publicū uenit solenniter, aut habet pluuiale, aut cappā in modū cardinalis apertā tamē a pectore, & mitrā, aut mantū papale cū caputio supra caput, utitur & mitra simplici in officio defunctorū & in die Veneris s̄cti. in matutinis autē quocūq; tpe nunq̄ utitur mitra, sed aut cappa lanea, aut mātō papali cū caputio supra caput. in matutinis tñ in nocte Natiuitatis Dñi nr̄i Iesu Christi, & in cōpotatione, q̄ solet fieri post uesperas antecedētes: uti solet Pontifex cappa purpurea pellibus armillinis duplicata. Quam, ut legi, primus inuenit Bonifacius nonus. duobus tñ utitur coloribus albo, & rubro utroq; in pluuiali. in ornamentis autē missalibus utitur colore tpi cōgruente, & cū mitra simplici, stola uiolacea. in aliis uero uestibus nō sacris supra rochetū rubro tantū, nisi a sabbato Sancto usq; ad sabbatū in Albis iclusiue. Et infra rochetum utitur semper toga alba, & caligis rubris cū sandaliis aurea cruce ornatis.

De habitu cardinalium. Cap. V

Reuerendissimi Domini cardinales cuiuscunq; sint ordinis, utuntur semper in capella, & in publico cappa ampla supra rochetū coloris uiolacei plus uel minus clari, aut obscuri blauī, siue gr̄ei: & aliquādo rubri sed



## SACRARVM CERIMONIA RV M

rarius. Nam ruber color proprie ad papā pertinet & ad legatos; qui mittuntur de latere extra Italiam, uel ad aliquod negotium: Nam in istis casibus Pontifex solebat donare legato mantum rubrum cum caputio, & in illo habitu dabat audientiam legatus in sua prouincia, Paulus Secundus instituit qd' Cardinales birreto rubro uterentur, & super equis siue mulis rubris stratoriis. cappa Cardinalis potest esse ex lana siue ex zamelloto. Et in officiis defunctorum, & sede uacante, & a quarta feria maioris hebdomadæ usq; ad sabbatum Sanctum solebant uti cappis suis obscuris cū pellibus de griseis, & non de uariis; hoc tamen hodie non seruetur, sed a uesperis omnium sanctorū inclusiue usq; ad mane dominicę Resurrectionis exclusiue utuntur albis pellibus de uariis. In reliquo tempore utuntur serico rubri coloris loco pellium.

### De habitu prælatorum.

### Cap. VI

Alii prælati Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Protonotarii. Itæ & Subdiaconi, Auditores rote, clerici cameræ, & acoluthi omnes utuntur cappis laneis supra rochetum, ut cardinales, sed non ex zamelloto neq; coloris rubri, aut uiolacei nimis clari. prælati assistentes papæ cum Pontifex habet mantum cum caputio inuerso supra caput debent & ipsi habere mantellum alias crociam appellatum, & circa collum caputium, sicut cubicularii, & non supra caput: & hoc si Papa habet mantum, & non aliter. prælati extra ecclesias suas non utuntur cappa ampla nisi in Romana curia, cum adsunt sacris siue profanis, uel publico consistorio cum pontifice in eius capella, cappas tamen non capiunt, neq; deponunt intra cancellos capelle, neq; in prima aut in secunda camera paramenti, sed extra ubi uoluerint: sic etiam sacras uestes.

### De habitu Cardinalium, & Prælatorum Religiosorum. Cap. VII

Prælati ex ordinibus Mendicantium uadunt cum suo habitu etiam in cardinalatu nisi qd' sunt ampliores, & lanæ magis preciosę: ex monasticis autē utuntur cappa ampla colore nigro cū pellibus nigris, ut nostro tempore. Nicenus, & Atrebatensis cardinales uelut uidi aliquos Abbates cum pellibus griseis, uel si sunt alterius coloris prælati utuntur habitu sui ordinis sed ampliori, & non utuntur rochetto. Assumpti autem ex canonicis regularibus, quia in suo ordine portant rochetum, deferunt etiam in prælatura. sed utuntur capello, ut alii religiosi uidelicet nigri coloris supra & infra per totum: inferiores officiales utuntur habitu superius dicto.

### De Habitu Sermonem habituri.

### Cap. VIII

Ille autē, qui orat in capella, si est Episcopus, uel Abbas cum pluuiali orat & cū mitra. Si electus tantum, & secularis orat in cappa supra rochetum, similiter si est inferioris ordinis, & in capella portat cappam, & ro-

## LIBER TERTIVS

## CXXXVI

chetum cum illis orat. Si non portabat rochetū neq; cappam, tunc oratur assumit cappam tātum sine rochetto. Et finita oratione ad partem illā dimittit extra capellam. Mendicantes, & alii Religiosi orāt in suo habitu.

### De circulis Cardinalium, qui fiunt ante Papam. Cap. IX

Domini Cardinales primum, dum Papa in camera sui paramenti accipit sacras uestes, faciunt circulum ante suam Sanctitatem stantes capite detecto: sed consueuit Pontifex illos inuitare, ut cooperiant caput, & tempore frigoris monere iterum, ut tegant, quod ipsos tandem facere conuenit. Et hic senior erit ante sinistram papæ, & alii per ordinem illum sequentur. Secundo domini Cardinales ueniunt ad circulum ad Introitum facta reuerentia ante missam hoc modo. iunior Diaconus incipit, & ponit se factis reuerentiis altari, & Papæ in ultimo loco contra sinistram pontificis. Senior in loco primo, & uiciniore Papæ. iunior uero ex presbyteris cardinalibus primo se mouet a loco suo, & ponit se haud longe a iuniore Diacono ante faciem papæ. illum sequuntur presbyteri, & deinde Episcopi incipiendo semper a iunioribus: ita ut senior Episcopus cardinalis descendat tātum de gradu, in quo sedebat, & teneat primum locum, & uiciniorem ad Pontificis dextram. Hoc ordine ueniunt ad circulum Domini Cardinales ad Introitum, Kyrie eleison, & Gloria, simul ad Credo, ad Sanctus, & ad Agnus Dei. præueniunt quando datur tempus maxime ad Sanctus, & ad Agnus Dei, stant semper & in uia, & dum sunt in circulo capite detecto, ueniendo, & redeundo faciunt altari reuerentiam, & Papæ. cum uadunt iuniores incipiunt. cum reuertuntur ad sedes, incipiunt seniores: & Diaconi, post presbyteros omnes in missis tantum ueniunt ad circulum, & non in uesperis, & in missis pro defunctis non ueniunt ad circulum, neq; in sexta feria Parasceues. in diebus ferialibus ueniunt.

## SECTIO QVARTA

### De habitibus sermonem in capella Papæ, & primo de Papa. Cap. I

Vnus Pontifex non consueuit facere sermonem alio quopiam celebrante, sed tantum dum ipse celebrat, & tunc si altare est apud parietem ita ut prælati, & omnes sint inferius, ut in capella palatii, tunc Papa descendit e sede eminenti, & sedet ante altare super faldistorium, uel sedem ibi paratam uertens faciem ad populum, & renes ad altare: & post eū Diaconus euāgelii. deinde diaconus assistens a dextris, a sinistris uero sedet Diaconus tm̄, & qui ab illo altari assistit subdiaconus apostolicus: & si sunt græci diaconus & subdiaconus, sedet in secundo gradu ad illorum pedes hinc inde græci a dextris subdiaconus solus a sinistris post sermonē diaconus euāgelii facit cōfessionē; cardinalis assistēs annūciat



## SACRARVM CERIMONIA RV M

indulgētias & Papa dat bñdictionē stās in eodē loco more consueto, de  
inde reuertitur ad sedē eminetē, & ibi dicit Credo, uel Dñs uobiscū p tē  
poris exigētia. si autē sedes papę nō infra, sed sup altare ē ut in ecclesia Sā  
cti Petri & similibus, tūc Papā qui auertit faciē ad chorū & ad populum  
sedens in prædicta sede sua facit sermonē, & oēs sedent in loco consueto.

De Cardinalibus. Cap. II

Cardinales nō faciūt sermonē in capella papę, nisi celebrāte pōtifice,  
uel cū ipsemet Cardinalis celebrat. Si facit sermonē in missa papali ipse,  
uel ep̄s, siue p̄sbyter sit, debet assistere in officio capellā ēt si non sit prior:  
& in tpe cū pluuiali, & mitra facere sermonē. Si uero ipse celebrat: dicto  
euāgelio ipse deponēs casulam accipit pluuiale, & uadit ad osculū manus  
pōtificis. petit bñdictionē, & indulgētias: & ascēdit pulpitū, & cū mitra  
simplici orat. Et nota qđ Diaconus Cardinalis nō p̄dicat in capella pōti  
ficis, neq; alius quispiā nō p̄latus nisi sit doctor in Theologia secūdu an  
tiquas. & p̄bas cerimonias, quis hodie non mō inferioris gradus uiri,  
sed sine dignitate, aut sacro ordine in studiis humanitatis tm̄ docti non si  
ne loci, & ordinis pōtificalis dedecore onus orandi in totius orbis grauif  
simo, ac celeberrimo cōfessu sibi assumāt. Ep̄s si orat, debet ēt celebrare  
ordinarie, & orat: ut de Cardinali diximus, nisi qđ pōt ifici genu, nō manū  
osculat. Si nō celebrat oraturus sup rochetū uel suppelliciu iduit pluuiā  
le, & cum mitra orat: idem facit in abbatiā dignitate constitutus.

Si oraturus ē officialis palatii, q̄ portet rochetū, & cappā nō tm̄ p̄latus.  
Si autē nō utit̄ rochetū orat cū cappa tm̄. Religiosi nō p̄ lati orat cū suo  
habitu. Oraturus igit̄ finito euāgelio cū habitu sibi cōdecēti offert se cle  
rico cerimoniarū: qui, postq̄ papa est osculatus librū euāgeliorū, & incēsa  
tus sederit cū mitra in sua sede, ducit oraturū cū reuerētis cōsuetis ad pe  
des pontificis: quos orator genu flexus osculat. Tunc erecto capite dicit  
Iube Dñe bñdicere: & Pōtifex Dñs sit in corde tuo, & in labiis tuis, ut di  
gne, & fructuose annūcies uerba sua sancta i noie Patris &c. Et orator ite  
rū. Indulgētias pater sanctę, & Papa cōcedit indulgētias put sibi placet.

Consueuerūt tm̄ pontifices nō tpe, qñ p̄latus celebrat, dare quinq; an  
nos. qñ Cardinalis, septē annos. in maximis uero solēnitatibus decem an  
nos, qñ uero ipsemet celebrat plenariā indulgētiā, & aliqñ decem annos.  
Sed cū annis annūciant̄ semp totidem quadragenę. Maiores n̄i erāt ali  
quāto parciores in istis indulgētiis, & rō est, in missa papali se extēdebāt  
ad septē ānos. Orator audito pontificis mādato de indulgētiis cum reue  
rentis cōsuetis uadit ad pulpitum, & eo cōscenso quiescit aliquātulū, dū  
se cōponat cū capite cooperto, & est cū mitra, si illa utit̄. incipit suā oꝛ  
nē. signo crucis tm̄ ante se p̄muniet. cū noiat pōtificē: aut in eius assisten  
tia Cardinales, detegit caput: & se profunde inclināt uersus pontificē ad  
cardinales aliquātulum caput hinc inde flectit, cum dicit Aue Maria ge

## LIBER TERTIVS CXXXVII

nu flexus orat inter orādum cum pontificē appellat, caput detegit, alio  
quin semper est coopertum. finito sermone caput detegit: & expectat. dia  
conus autē euāgelii ductus ante pontificē dicit alte Cōfiteor Deo &c.  
Et tunc Papa & omnes surgunt. sed Papa etiam celebrās. finito Confite  
or cū mitra discedit Diaconus, & qui orauit stans adhuc in suggestu pro  
nunciat indulgētias a pontifice concessas. Et statim descēdit, & uadit in  
pace. Interim uero assistentes papę accedunt ad eius pedes cum libro, &  
lumine: & subdiaconus apostolicus Crucem papalem ante eius faciem po  
nit. Et Pontifex sine mitra dicit Precibus, & meritis. &c. Et dat Benedi  
ctionem more solito protonotario simbrias anteriores eleuante.

## SECTIO QVINTA

De quibusdam extraordinariis, & regulis generalibus, Et  
primo de Auditore, & correctore. Cap. I

Vditor contradictarū, & corrector l̄rarum aplicarū, sunt antiq  
a officiales Romanę curię. & ut legi in cōstitutiōibus dicti officii  
cōtradictarū p̄ Eugeniū quartū cōfirmatis, sub data florētis an  
no Incarnatiōis dñice Millesimo Quadrigētesimo Tricesimo quarto, sex  
to idus februarii Pontificatus sui anno quarto. Statuit Eugenius audito  
rē prædictū in capella, & consistorio, & locis omnibus iuxta laudabilē cu  
rię cōsuetudinē primū locū inter omnes Archiepiscopos, Episcopos, &  
inferiores, oratoribus p̄cipū, dominorum, seu communitatū exceptis  
in eundo, stando, & sedēdo obtinere, post quem statim sequi uoluit corre  
ctorem literarum apostolicarum. Legimus etiam in pluribus libris ceri  
moniarum, qđ in supplicationibus ibāt immediate post protonotarios cū  
suis cappis laneis post pontificē etiam si fuissent Archiepiscopi, aut Epi  
scopi, nam tunc alii p̄lati p̄cedunt papā cum paramentis, & mitris. qđ  
si p̄lati alii nō erant parati, sequebantur papā post protonotarios, & au  
ditorem, atq; correctorem: qui duo sedēdo semper erant post protonota  
rios ante alios p̄latos. de protonotariis scimus decretū fuisse a Pio secūdo  
in cōuētū Mātuano, qđ deinceps nō p̄cederēt ep̄os aut superiores. Et ita ser  
uat̄. de auditore, & correctore p̄dictis meo tpe nunq̄ fuit habita aliqua ra  
tio in capella papę, neq; p̄scriptus eis locus aliquis eundo, aut seden  
do. hęc omnia uolui addidi ut nemo uideatur prætermisus. Quid dein  
ceps seruandum sit, maiores statuunt.

De incensatione altaris, & aliorum ordinarie. Cap. II

Secundū cōsuetudinē romæ ecclisę i uespis semel tm̄ fit incēsatio idest  
ad Magnificat, & tunc incensat Papa altare. incēsatur ipse, & deinde alii,  
omnes. in missa post cōfessionem incēsatur altare celebrās. incēsatur ipse, &



## SACRARVM CERIMONIA RV M

Papa tantum ad euangelium Diaconus incensat librum in principio, in fine Papa solus incensatur & eo absente celebrans tantum. post offertorium celebrans incensat oblata, & altare. incensatur ipse, deinde Papa, & deum omnes alii ordines capelle. Ad eleuationem sacramentum tantum incensatur. Incensatio autem fit hoc ordine, Acoluthus siue cerimoniarius accipit thuribulum cum prunis ardentibus ex loco conuenienti, & ponit cathenularum annulos in manu sua sinistra ita ut dependeat thuribulum, nauiculam autem incensi portat dextra cum apertura nauiculæ a parte exteriori, & factis in tempore reuerentiis altari, & papæ annuit cardinali assistenti: qui ex loco suo accedit ad dextram Papæ: & cerimoniarius post eum accedens: ubi iterum genu flexit in plano ante pontificem, surgit & nauiculam dat in manibus Cardinalis assistentis: qui illam ambabus manibus tenens uertit aperturam: ubi est coclear uersus pontificem dicens Benedic pater sanctæ. Cerimoniarius autem interim cum dextra manu aperiens late thuribulum, & per cathenulas inter summitatem, & infimam partem illud retinens partem inferiorem: ubi sunt prunæ, supponit manibus pontificis ita ut ipsa pars inferior æquetur nauiculæ in manu Cardinalis assistentis, & pontifex capiens cum cocleari incensum tertio ponit in thuribulo interim dicens: Ab illo benedicaris &c. & in fine facit super illud signum Crucis. Cardinalis assistens interea stat inclinato capite, & antequam papa accipiat coclear illud osculat, & cum papa illud accipit: & iterum dum reponit, osculatur eius manum, & demum reddit nauiculam cerimoniario: qui ut uenerat, reuertatur ad locum suum, & similiter Cardinalis assistens. Cerimoniarius uadit ad altare. tradit thuribulum adolens Diacono euangelii: qui illud ponit ad manus celebrantis annulos uidet cathenularum in sinistra, & cathenulas iuxta summitatem thuribuli in dextra. celebrans sine mitra stans ante medium altaris primo inclinat caput uersus altare illi reuerentiā faciēs. tum, si sint ibi oblata, id est calix, & hostia, facit super ea ter signum crucis cum thuribulo incipiēs ab altari, & ducēs uersus se, & deinde in trasuersum: tunc facit super eadem circulos duos cum thuribulo a dextra in sinistram, & tertium ecotrario a sinistra in dextram: Deinde iterum se inclinat Cruci, & eleuatis manibus tertio thuribulum tractim ducēs illam reuerenter incensat. & rursus caput illi inclinat, tum incensat bis imaginem a dextra parte Crucis, & toties imaginem a sinistra. Procedit deinde a sinistra, & tractim incensat superiorem partem altaris, siue sint ibi imagines, siue picture, siue candelabratum. Si uero sunt super altari imagines: incensata Cruce, quæ est in medio, procedit ad sinistram partem crucis: ut diximus. Cum peruēit ad cornu altaris sinistrum: ubi dicitur epistola flectit manum se inclinans aliquantulum dextrorsum: & incensat inferiorem partem ipsius cornu bis ducēs thuribulum: tum assurgēs uertēs se incensat superiorem partem altaris usque

## LIBER TERTIVS CXXXVIII

que ad crucem: & iterum se inclinans incensat reliquam partem superiorem usque ad cornu dextrum: ubi pariter se inclinans incensat: ut de sinistro diximus: uertens se deinde incensat inferius anteriorem partem altaris a dextro in sinistrum cornu. Et cum transit ante crucem, uertit se ad eam, & illi caput inclinat. Cum est in sinistro cornu firmans se tradit thuribulum Diacono, & accipit mitram, & a Diacono incensatur. Tū Diaconus tradit thuribulum Cardinali assistenti: qui surgēs uadit ante gradus solii Pontificis, & genu flexus supra infimum gradum incensat Pontificem sedentem cum mitra ter ducens thuribulum. Deinde reddito thuribulo Diacono surgit, & uadit ad suum scabellum. Diaconus autem stans ante eum inclinat caput primo, Deinde incensat bis thuribulum ducens. Et nota quod hæc incensatio siue circa altare, siue circa Papam, siue Cardinales fit tractum modeste, quiete, & sine strepitu, ac sine properatione. Cardinales autem antequam accipiant incensum quisque semper inuitat alium subsequenter caput uersus illum inclinando. Cardinalis assistens inuitat Diaconum a dextris, & ille deinde suo tempore Diaconum a sinistris: qui nullum inuitat. Primus inter Episcopos Cardinales inuitat subsequentem: & sic usque in finem sedium Episcoporum, & presbyterorum. quod si quis presbyterorum esset in sede Diaconorum: ultimus in prima sede inuitat primū alterius sedis presbyterum: qui sedere debet in fine scamni. Et ultimus inter presbyteros inuitat primū Diaconum sedentem in capite illius scamni. Incensato igitur cardinali assistente diaconus euangelii trāseundo genu flectit ante Pontificem. Et primo se inclinatur, Deinde bis incensatur, & iterum se inclinatur ante diaconum cardinalē a dextris. idē facit cardinali diacono a sinistris: deinde uadit ad primū Episcopum cardinalē, & quoties trāsit ante Papam genu flectit. incensatur pariformiter & reliquos cardinales episcopos primū, tū presbyteros, & demum diacones iisdem ceremoniis. Nam singulis primo se inclinatur, tū bis ducēs thuribulum incensatur: demum rursus se inclinatur. Idē facit Regi inter cardinales uel principi: qui in eorum scamnis sedet. Impatorem autem non Diaconus euangelii, sed primus Episcopus non cardinalis assistens Papæ incensatur stans, & bis thuribulum ducens, & immediate post Papam. Alios omnes incensatur diaconus euangelii pontifice non celebrante. Clericus cerimoniarum ducit diaconum incensantem, quæ si non est affluens officio instruit: & genu flexiones, atque inclinationes omnes primo facit. Si uero expertus est factis primo reuerentiis retrahit se ad partem: & expectat eius progressum, aduertens tamen ne erret. Incensatis Cardinalibus si quis magnus princeps est in supremo gradu sedis Pontificalis: ut puta aliquis Dux ex minoribus, siue præfectus urbis, siue capitaneus ecclesiæ: aut frater siue nepos Pontificis: quos Pontifex uult honorare: incensantur ante assistentes, Sed neque sunt ante eum inclinationes, & semel tantum ducit thuribulum. post hos incensantur similiter assistentes Papæ, deinde uicem merarius, & oratores Cæsaris, si sunt partes, tū Senator urbis, post eum ora-



## SACRARVM CERIMONIA RV M

tores prelati, si inter eos sint aliqui regii: Inde oratores regum, & principum non prelati. Quid si uicecamerarius abest: incensantur Cesaris oratores ante alios: ubicunq; sint, deinde senator, tum oratores prelati, si sunt regii inter eos: sin minus incipitur a laicis, si sunt Regii, & cæteris paribus a prelatiis semp incipitur, neq; refert an potentior sit rex uel princeps: laici q̄ prelati: dummodo eiusdem dignitatis sint. Et ab ea parte, qua incipitur presentibus imperialibus incensantur omnes oratores etiam minores. Et hoc etiam in uicecamerarii presentia obseruatur. Inde Archiepi, Epi, protonotarii, Abbates, generales ordinum, & penitentiarii Papæ: quomnes sedent in sedibus. Inde reuertitur ad solium Pontificis, & ibi incensat conseruatores urbis, barones, & alios nobiles ibi sedere solitos, tū subdiaconum Aplicum a dextris Papæ, & alios cappatos ab ea parte. Deinde Subdiaconum a sinistris, & post eum auditorē: qui seruit de mitra Sanctissimo Dño nostro. Deinde alios cappatos subdiaconos auditores clericos cameræ & acoluthos, tum cubicularios secretos & secretarium, si est cum eis: Inde capellanum assistentem celebrantis, & subdiaconum epistolæ. Inde cubicularios alios aduocatos, & secretarios mixtim, & demum procuratores ordinum. Si magister sacri hospitii adest: qui stare solet apud finem scamni presbyterorum cardinalium, incensatur post nobiles sedentes circa pedes Papæ. Post procuratores incensantur capellani celebrantis stantes in superpelliciiis, & deinde scutiferi Papæ & alii nobiles: qui sunt cum eis, tum magister hostiarum & seruientes armorum: qui sunt apud portam cancelli. reuersus demum ad credentiam credentiariorum & cerimoniarum: & ipse in fine a cerimoniarum incensatur.

Et nota quod omnes qui accipiunt incensum, debent stare, & non sedere, & esse capite detecto exceptis Papa & celebrante: qui cum mitra accipiunt incensum, Papa in principio missæ, & post offertorium sedes incensatur. Aduertat Diaconus: & non incenset qui non assurgunt. Quando Papa celebrat: acoluthus seruit de incenso, & Diaconus Cardinalis euangelii incensat Papam, Cardinales, principes qui cum eis sedent & episcopos assistentes. Inde ipse incensatur ab uno ex Subdiaconis Apostolicis, non tamen ab eo qui cantat epistolam: & ille incensat alios. in uesperis solēnibus papalibus cum paramētis idem Subdiaconus incensat. In uesperis sine paramētis acoluthus seruit de thuribulo, & incensat oēs præter Pontificem. absente Pontifice capellanus assistens cardinalis faciētis officium debet incensare sine pluuiali tamen, nam illo in uesperis non utitur: in cuius locum si non est apertus, substituitur diaconus Papæ cum superpellicio tamen.

De ordine dandi pacem inter missarū solēnia Cap. III

Quando Papa celebrat osculato altari dat primo pacem cardinali Episcopo assistenti: qui ab eius dextra genuflexus primo osculatur altare, & deinde accipit osculum a Pontifice, eiq; dicenti Pax tecum, respondetur. Et cum spiritu

## LIBER TERTIVS

CXXXIX

spū tuo. Deinde Pontifex uertit faciem ad cornu epistolæ, & recipit ad osculum pacis duos diaconos assistentes, sicut receperat Episcopus Cardinalē. Si autem Impator sit presentis, primo illum recipit ad osculum pacis, deinde cardinalē episcopus, & duos diaconos assistentes. Episcopus cardinalis deinde dat pacem primo Episcopo cardinali existenti cum aliis cardinalibus primo presbytero, & primo diacono existenti apud scāna. Itē principi laico, qui sedet in scāno cardinalium, & demum primo episcopo cardinali assistenti papæ, & i fine subdiacono aplico: qui aliis pacem distribuit, & ipse episcopus cardinalis reuertit ad summum pontificem. Quando autem aliquis cardinalis siue platus celebrat pontifice presente, cardinalis assistens dicto Agnus Dei recedit de circulo: & factis reuerentiis ascendit ad altare, & genu flexus illud osculat primū, tūc surgens capit pacem a celebrante, & deinde ascendit ad Papam, cui dat osculum pacis, ut supra, deinde reuertitur ad locum suum cum aliis cardinalibus: & alii diaconi assistentes descendentes a latere Pontificis factis reuerentiis similiter ascendunt ad Papam, & capiunt ab eo osculum pacis. Et si adest Impator accipit pacem a Pontifice ante diaconos assistentes faciens reuerentias cardinales genuflectendo tamen non inclinādo solū. Interim uero capellanus assistens celebrantis cum pluuiali ductus a cerimoniarum relinquit librum missale ad manus Diaconi euangelii cum reuerentiis solitis accedit ad cardinalem assistentem, & ab eo accipit osculum pacis, & se ei inclināt anteq̄ capiat: & postq̄ acceperit pacem, deinde dat pacem priori Episcopo cardinalium: tū sub priori episcoporum: inde primo ex diaconis in sede demum principi laico si quis adest in ordine cardinalium, & his oibus inclināt se primo: & postea deinde dat pacem pfecto, siue magno principi qui sedet ad pedes papæ. Inde primo episcopo assistenti, tum uicecamerario: qui eam dat plato iuxta eum stanti, & ille alteri, & sic cæteri: deinde oratori Cesaris laico uel non prelati, & ille alteri oratori iuxta eum stanti etiam si alter non sit imperialis uel regalis orator, & sic de aliis. Tum senatori, inde primo Episcopo in secundo ordine, & primo in tertio, & sic de aliis, si sunt plures ordines episcoporum, deinde primo protonotario in illorum ordine: qui sunt in eisdem locis, siue abbates, siue generales, aut penitentiarum accipiunt pacem a superioribus. Interea si celebrans iam perfecit communionem suam, reuertitur assistens capellanus ad altare, & cerimoniarum accipit ab eo pacem, & distribuit reliquis: quibus ille non dederat. Post nominatos primo dat pacem nobilibus, & baronibus: qui sunt ad pedes papæ, deinde magistro sacri hospitii si adest, tum subdiacono a dextris & ille reliquis cappatis ab eo latere, inde subdiacono a sinistris, & ille similiter suis cappatis, deinde auditori seruienti de mitra, & ille secretis cubiculariis, tum alteri cerimoniarum clerico, deinde Diacono euangelii, & ille subdiacono: idē primo ex cubiculariis, primo ex aduocatis si uel secretariis, deinde primo ex procuratoribus, tū prius ex capellā celebrā

T



## SACRARVM CERIMONIA RV M

tis, postea antiquiori ex scutiferis papæ, primo ex hostiariis, & primo ex seruiantibus armorū, & sic est finis. Absente uero uicecamerario dat primo oratori Cæsaris, & ille alteri, ut supra dictū est, tū senatori: deinde primo oratori plato, si cæsaris orator ē laicus, uel non platus: sin autē dat primo oratori laico, seu nō plato, & aliis ut supra diximus. qđ si ēt oratores Cæsaris nō intersint dat senatori, tū oratoribus prælatis, si inter eos sint Regii: sin minus incipiē a laicis, si ibi sūt Regii: & ceteris paribus a platis.

Quando Papa lauat manus ante missarum solennia,  
& actibus publicis. Cap. III

Princeps, nobilis, siue orator, qui aquā ferre debet ad lauandū manus pontificis, in tempore uocatur a cerimoniario: & a duobus seruiētibus armorū cōducitur ad credētiā papæ, & cū eo duo auditores rotæ hinc a pud credētiā imponitur circa collum mappula sericea lōga, quæ utrinq; ante pectus ei dependet. manu dextra capit inferiorem peluim: in quo credentiarius aquā imponit, & nobilis aliquantulum aquæ ex pelui imponit in uasculū, quā credentiarius pręgustando bibit: tum sinistra manu capit superiorem peluim, & a magistro hospitii, uel scalco papæ cooperiuntur pelues mappula a dextra parte pēdente, tū eleuatis manibus cū peluib; usq; ad oculos adiuuantibus hinc inde magistro hospitii, & scalco Papæ, uel saltim altero, si alter abest. ad pōtificē proficiscit hoc ordine. primo pcedūt duo seruiētes armorū: hos sequuntur cerimoniarii, qui genu flexiones, & gestus ostēdūt: tū duo auditores quorū senior portat duabus manibus mantile, qđ a credentiario acceperat, illo prius ab eo osculato: demū nobilis cū peluib; aque medius, ut diximus, inter magistrū hospitii, & scalcū, cū transeūt ante altare oēs genu flectūt, & anteq; ad pōtificē pueniant, tertio genu terrā tangunt, cū peruenerint ad eius pedes auditor mantile deo sculatū deponit super genua pontificis, & diaconi assistētes illud explicāt. & ipsi auditores genu flexi hinc inde extremitates mātis retinēt. cardinalis assistēs interea siue Ep̄s siue presbyter accedit ad pōtificē, & ponit manus ad pelues. nobilis aquā portās eleuata superiore pelui, positaq; in loco inferiori super eius labiū imponit pauxillū aquæ, quā p̄gustādo sorbet, & deinde adiuuante assistēte cardinali infūdīt aquā super manus pontificis in subiectā peluim, dextra superiorē cū aqua, inferiorē sinistra, ubi aqua recipitur: retinēs. Interim laici oēs circūstantes genu flectunt. cardinales surgunt sine mitris: plati surgunt detecto capite. lotis manibus diaconi assistētes replicant mātile super manus papæ. Nobilis iisdē reuertētiis, & ordine reuertitur ad credētiā papæ. Auditor rea umpto mātili cū socio sequitur nobilē, & id reddit credentiario, & reuertit ad locū suū. hic ordo seruatur quotiens Papa publice lauat manus, & quando celebrat, quia quater sunt lauandę manus. Incipitur a minus digno ita ut dignior etiā si esset Rex, aut Imperator, ultimo ferat aquam ad manus Pontificis.

## LIBER TERTIVS CXXXX

De luminaribus in capella Papæ, & Sacris Imaginibus super Altare. Cap. V

Super altare, cū diuina peraguntur, siue Cardinalis, siue alius prælatus celebret: cādelabra sex super altare: super credentiā uero duo cum luminaribus semper habentur, ad euangeliū luminaria duo, ad eleuationē Sacramēti funalia quatuor. super cācellos capellæ, si Cardinalis celebrat, sex. si alius prælatus: quatuor funalia ardēt. Si Papa celebrat, super altare cādelabra septē ardent: super credentiā duo: ad euangeliū latinū septē: ad euangeliū gręcū duo, ad eleuationē Sacramenti funalia octo: super cācellos octo. Ad supplicationes Papales semper cādelabra septē. Quando Papa nō est præsens, duo cādelabra ardēt. Si Papa celebrat in aliqua ecclesia: ubi sedes eminens multū distet ab altari, ut in ecclesia Lateranensi, uel in ecclesia sancti Pauli de urbe: tūc cū Corpus, & Sanguis ex altari defertur ad Papā: octo funalia, quę ibi permanent accensa usq; post cōmunionē, feruntur ante Sacramentum: primo ante Corpus, deinde ante Sanguinē, neq; extinguuntur anteq; sit completa cōmunio. Imagines, & Reliquię ponuntur super altare. quando utuntur mitra auriphrygiata, & non aliter.

De ministris celebrantium. Cap. VI

Cardinali diuina celebrāti adesse debēt Diaconus, & subdiaconus cū suis paramētis opportūis, cappellanus assistēs cū super pellicio & pluuiali, seruiens de mitra cū super pellicio, & mappula longa ad collū, & septē alii capellani cū super pellicis: qui seruire debēt, unus in sustinendo librū supra caput, unus in ampullis, alius in tenēdo thuribulo, & quatuor in tenendis candelabris in euangelio, & funalibus in eleuationē. & iuniores debent seruire in istis ultimis: totidē aderunt celebrāti uesperas: prælato autem nō cardinali ultra diaconū subdiaconū & assistētē cum pluuiali, aderunt quatuor alii tantum ministri cum super pellicis. in credētia pro cardinali erunt tres scutiferi, pro prælato duo tantum.

De Euangelio, & Epistola gręce legendis. Cap. VII

Euangeliū, & ep̄la gręce legūtur quotiēscunq; Pōtifex Romanus publice, & solēniter celebrat, si illi placuerit: & in hoc nō est aliqua festiuitas magis priuilegiata q̄ alia. In coronatione Pōtificis legi obseruatū esse uocari ad hoc monachos ex monasterio cryptę ferratę, si Romę fiat, qui sūt fere in suburbiis, & liguā ac ritū Gręcanicę ecclē seruare cōsueuerūt. ego tamen nunq; uidi illos in tali exercitio. Habeātur igit; duo, qui docti sint, & linguam gręcā bene nouerint: neq; adhibeātur qui sint inexperti, & nō intelligunt: quia raro est qđ non sit aliquis doctus in illa lingua, qui cum audiunt barbarizātes, siue solecizantes, irridēt solēnia nostra. melius est a tali actu desistere, q̄ ponere nō idoneos. oportet tamē, ut hi in diaconali & subdiaconali ad minus ordine sint cōstituti. uidi tamen sapius obseruari, qđ Episcopus quispiā euāgeliū gręce dixerit, ep̄lam uero alius uir non



## SACRARVM CERIMONIARVM

indoctus neq; uilis. Hanc autē consuetudinē gręce legendi hinc ortā pu-  
to: ut appareat romanā eccliam in se cōtinere utramq; gētē gręcā scilicet  
& latinā: ex quibus ecclia Dei fere tota cōsistit: in qua quidē primatū obti-  
net, qđ Gręci diu recusarunt, Apostolica sedes. Ego reperi in antiquissi-  
mis codicibus non modo Euangelium, & Epistolam sed & prophetias, &  
Passionem Christi in sacra hebdomada, & alia huiusmodi Gręce legi con-  
suetum fuisse. Hi Diaconus, & subdiaconus debent accipere paramenta,  
quando alii, & sedere, ut in missa papali diximus.

De genu flexionibus in capella.

Cap. VIII

In diebus solennibus cū Papa uenit ad missā, dū facit cum celebrante  
cōfessionē, Pōtifex, celebrās, Cardinales, & prælati omnes stantes faciūt  
cōfessionē pręter assistētes: qui post Papam genu flectunt. reliqui omnes  
genu flectunt, deinde cū Pontifex ante eleuationē Sacramenti uenerit ad  
faldistoriū omnes genu flectūt, & cū Sāctitas sua eleuato Sacramēto sur-  
rexit, omnes surgunt, cum Papa dat benedictionē post sermonē, uel in fi-  
nemissę cū incipit Precibus, & meritis. uel Sit nomē omnes genu flectūt  
pręter Cardinales & p̄latos. prælati tamē cū incipitur, & Benedictio Dei  
Patris, siue Bñdicat uos Omnipotens Deus: genu flectunt. Cardinales stā-  
tes se inclināt: In diebus ferialibus, & missis defunctorū genu flectūt oēs  
ad primas orationes ante epistolā, & ad ultimas post cōmunionē. Et cū di-  
xerit Sanctus genu flectunt, & ita permanēt usq; ad Per omnia secula se-  
culorū ante Agnus Dei. Itē ad uersum Adiuua nos Deus salutaris n̄r in  
quadagesima oēs genu flectūt, ad uersum in Credo, Et incarnatus ē &c.  
oēs genu flectūt semper in Euāgelio. In principio erat uerbū cū dicit, &  
uerbū caro factū est. In Euangelio Epiphanię cū dicitur, Et p̄cidētes ado-  
rauerūt eum. in Passione Dñi n̄ri cū dicitur, Et inclinato capite emisit spi-  
ritū. Itē cū i missa sancti Spiritus dicit uersus. Veni sancte Spiritus. &c.  
oēs genu flectūt. in uesperis cū dicitur uersus. Veni creator Spiritus, & si-  
militer. Aue maris stella, oēs genu flectūt & permanēt usq; ad finē uersus.  
Inter pascha & Pentecostem nō fiūt genu flexiones. etiā in ferialibus nisi  
ad eleuationē Sacramenti, & ad Incarnatus est: & Veni sancte Spiritus.  
Et ad Hymnos Veni creator, & Aue maris stella, si pro tempore dicen-  
di erunt. Et generaliter quotiescunq; ille qui facit Sermonem dicit Aue  
Maria: omnes genu flectunt.

De mitris, & Tiara cū triplici corona, quibus Papa utitur. Cap. IX

Romāi Pōtiffices tribus mitris pro tēporis exigētia secūdū antiquas  
cerimonias utebātur. prima, & preciosior erat cū unionibus, & gēmis, &  
habebat auriphrygiū in circulo, & titulo. idest p̄ mediū a circulo ad sum-  
mitatē, & hac utebātur in solēnitatibus. per circulū designāt, ut aiunt co-  
ronā potestatis, per auriphrygiū qđ ad summum ascēdit contēplatiue ui-  
tę discursum. Secunda etiā erat cū unionibus auriphrygiumq; tantūmo-

## LIBER TERTIVS

CXLI

do habebat in circulo, & hac utebātur in consistoriis tam publicis, q̄ pri-  
uatis: per quam significabatur Regia potestas. Tertia erat alba ex dama-  
sceno sericeo, siue unionibus, siue auro aut aliquo ornamēto: & hac utebā-  
tur in dñicis aduētus, & quadagesimę dñibus ferialibus, & in officiis de-  
functorū. Hodie quatuor mitras habemus. p̄ciosiori utit̄ Papa in maiori-  
bus solēnitatibus, secūda ēt quę p̄ciosa ē & ab̄q; habēt auriphrygiū in cir-  
culo, & in titulo utit̄ i diebus nimis solēnibus, & in cōsistoriis. Tertia mi-  
tra nihil habet auri, sed ex unionibus ornata, & habet circulum, & titulū  
ex unionibus, & ista utitur Papa dñicis aduētus, & quadagesimę p̄terq; in  
dñica Gaudete, & dñica Letare: in quibus utit̄ secūda mitra. Quarta est ex  
serico damasceno multo auro cōtexta. sed nō habet uniones, aut gēmas,  
& hac utit̄ in ferialibus diebus, & aliquādo in diebus solēnibus, post pri-  
piū: ut minus grauet: & maxime dū fit sermo. habet ēt aliā magis simplicē  
ex damasceno cū paruo auro, qua utitur in officiis defunctorū, et diebus  
ferialibus maioris hebdomadę. Est p̄terea tiara triplici corona ornata,  
qđ regnū appellat̄: per quam significat̄ Sacerdotalis, & Imperialis sum-  
ma dignitas. atq; potestas, hac tiara utit̄ Pontifex in maximis solēnitati-  
bus eundo ad eccliam, & redeūdo. sed nunq; illa utit̄ in diuinis. Cū puenit  
ante altare, deponit tiarā. orat, & assumpta mitra uadit ad sedē, & cū ista  
prosequit̄ diuinū officiū, siue in uesperis, siue in missa, tiara autē interim  
reponitur super altare. finito officio cū Papa reuertit̄ ad palatiū rursus ei  
imponit̄ tiara. cū hac coronat̄ in die suę Benedictiois, & corōationis.  
Antiquitus quando Romanus Pōtifex diebus solēnibus tiarā hanc fere-  
bat: fiebat ei laudes a diaconis, & officialibus. ut in coronatione. Exaudi  
Christe. &c. & Pōtifex dabat presbyteriū. Hodie utrūq; abolitū est. Dies  
autē, quibus Papa coronabat̄, erāt infra scripti. uidelicet. i festo sanctorū  
quatuor coronatorū, sancti Martini, sancti Clemētis, in dñica Gaudete,  
in dñica Letare, in Natiuitate Dñi, in sancti Stephani, in Ephiphania, in  
Resurrectione, & secūda Feria, in Dñica Ego sum pastor bonus, in Ascen-  
sione, in Pentecoste, in sancti Petri, in sancti Siluestri, & in anniuersario  
suę coronationis.

De processibus generalibus.

Cap. X

Processus legi cōsueuerūt, & excōmunicationes fulminari ter in anno  
in quita Feria cęnæ dñi, in die Ascensionis, & in dedicatione basilicę ap̄to-  
rū Petri, & Pauli eodē ordine, & modo. Nunc id fit tm̄ in cęna Dñi. cau-  
sas, cur in istis diebus potissimum fiāt, istas dicūt. in cęna Dñi habuit pri-  
cipiū Christi Sacramētum: cōgruit ut in illa die excludātur ab ecclia, qui  
eo sacramēto indignos se reddiderūt. in Ascensione Christus rogauit pro  
fidelibus suis dicens. Pater sancte serua eos: quos dedisti mihi: declarat̄ qđ  
nō orauit p̄ istis. in dedicatiōe declaratur qđ excludūt a loco cōgregatio-  
nis, & orationis fideiū. Candelæ accēse proiciūtur, & extinguunt̄, quia si



## SACRARVM CERIMONIA RV M

cut cādela accensa proiecta extinguitur, ita illi sic eiekti ab ecclesia lumine & gratia spiritus Sancti priuātur. cāpane tumultuosæ pulsātur: quia sicut illarum ordinata pulsatione fidelis populus congregatur, ita confusa, & tumultuaria infideles dissipantur. Cum fiunt aliis temporibus processus contra certas, & noiatas personas: omnes sunt parati, & fit iisdem cerimoniis. cum autem fiunt contra incertos, solus Papa est paratus: alii sunt in suis cappis laneis & ita seruatum legitur a Clemēte Papa sexto anno quarto die prima Februarii. cum fecit Processus contra interfectores Andreae Regis Siciliae illustri incertos, & non nominatos.

Quibus diebus uocantur Cardinales ad capellam Papæ. & quibus fit sermo, uel nō fit. Et quādo fiūt uesperæ, aut supplicatio. Cap. XI  
Papa celebrante ordinariē nunq̄ fit sermo: nisi ipsemet uelit orare, aut aliquis Cardinalis id faciat.

In diebus q̄n fit solēnis supplicatio nō fit sermo. Fit autē i diebus ifra scriptis. Et primo Cardinales uocantur ad capellam in diebus sequentibus.

In prima, secunda, & quarta dominica aduentus Domini, & fit sermo.

In Natiuitate Domini nostri Iesu Christi, & non fit sermo. Et ante fiunt Vespæ papales. & i Nocte matuini, & prima, ac secūda missa. In missa maiori Diaconi Cardinales, & alii officiales capelle cōicant a Papa.

In sancto Stephano. & fit sermo.

In sancto Ioanne euangelista. & fit sermo.

In Circumcisionis. & fit sermo. ac fiunt uesperæ.

In die Epiphanię. & fit sermo. Et uesperę.

In die Purificationis. & non fit sermo. & fit supplicatio cum paramentis uiolaceis. Et candelarum distributio.

In die cinerum, & fit sermo, & dantur cineres cum paramentis uiolaceis.

Prima, Secunda, Tertia, Quarta, & Quinta Dominica in Quadragesima. Et fit sermo.

Dominica in Palmis. & non fit sermo. Et fit distributio palmarum, & supplicatio cum uiolaceis paramentis, & palmis.

Quarta feria maioris hebdomadę fiunt matutinæ tenebrosæ in sero.

Quinta feria in cēna Domini, & non fit sermo. & fit supplicatio ad processus in albis. & fit mandatum. In sero matutinę tenebrosę.

Sexta feria in Parasceue, & fit sermo. In sero fiunt matutinę tenebrosæ.

Sabbato sancto. & nō fit sermo.

In Die Resurrectionis. & non fit sermo. Diaconi cardinales, & alii officiales capelle cōmunicant a pontifice.

In secunda, & tertia feria, & non fit sermo.

In sabbato in albis nō fit sermo. Dātur Agnus Dei. portantur paramēta.

In anūtiatiōis brē uirginis fit sermo. fiūt uesperę. Si nō uenit i quadragesima

In Ascensione Domini fit sermo. fiunt uesperæ.

## LIBER TERTIVS

CXLII

In Pentecoste fit sermo. fiunt uesperę.

In secunda, & tertia feria non fit sermo.

In Dominica sanctæ Trinitatis fit sermo. fiunt uesperę.

In solēnitate corporis Christi nō fit sermo, fit supplicatio i Albis, fiūt uesperę.

In Natiuitate sancti Ioānis Baptiste fit sermo, & fiunt uesperę.

In festo apostolorum Petri, & Pauli non fit sermo, fiunt uesperæ.

In festo Visitationis beatæ Mariæ non fit sermo, neq; uesperę.

In festo Assumptionis Beatę Mariæ fit sermo, & fiūt uesperę

In festo Natiuitatis beatę Marię fit sermo, & fiunt uesperæ.

In festo oium factōrū fit sermo, & fiūt uesperę. & i sero uesperę, & matutine pro mortuis.

In commemoratiōe defunctorum non fit sermo.

In dedicatione Basilicæ Saluatoris non fit sermo, fiunt uesperę.

In dedicatione Basilicę apolorū Petri, & Pauli nō fit sermo, & fiūt uesperę.

In festo sancti Andree, non fit sermo, & non fiunt uesperę.

In cōmemoratione oium Pōtificū, & Cardinaliū defunctorū nō fit sermo

In Anniuersario obitus p̄decessoris non fit sermo.

In Anniuersario assumptionis pontificis non fit sermo.

In Anniuersario coronationis pontificis non fit sermo.

Dies in quibus nostro tpe Papa aut Cardinales celebrāt. Cap. XII

Dominica tertia aduentus Domini, quę dicitur Gaudete.

In nocte Natiuitatis Domini, & in missa maiori.

In die sancti Stephani. & in die sancti Ioannis euangeliste.

In Circumcisione, Epiphania, Purificatione beatę Marię uirginis.

In q̄rta feria cinerū, i quarta dñica quadragesimæ, q̄ d̄r letare, uel de rosa.

In dominica palmarum.

In quinta, & sexta feria, & sabbato maioris hebdomadę.

In die Resurrectionis, & duobus diebus sequentibus.

In sabbato in Albis, si dantur Agnus dei, alioquin celebrat alius platus.

In annunciatione Beatę Marię uirginis.

In Ascensione Domini nostri.

In Pentecoste, & duobus diebus sequentibus.

In dominica sanctæ Trinitatis.

In solēnitate corporis Christi.

In Natiuitate beati Ioānis Baptiste.

In Natalitiis apostolorum Petri, & Pauli.

In Visitatione, Assumptione, & Natiuitate Beatę Marię uirginis,

In festo oium Sanctōrū, & cōmemoratione oium fidelium defunctorum.

In dedicatiōe Basilicę Saluatoris, & i dedicatiōe basilicarū Petri & Pauli.

In anniuersario Assumptionis, & coronationis p̄sentis pontificis.

In oibus supradictis diebus consueuerunt Romani Pōtiffices antiquis



## SACRARVM CERIMONIA RV M

tēporibus p̄ semetip̄os celebrare, sed n̄ris diebus ad quatuor uel quinque, aut plures solennitates reseruantur. in natiuitate Dñi, in resurrectione, in pentecoste, in natalitiis Ap̄torum Petri, & Pauli, & in festo oīum sanctorū. in his ordinariē: quando non sunt impediti celebrāt, & extraordinariē in canonizationibus sanctorum, in ordinationibus, siue cōsecrationibus si quando eas facerēt. Et in coronatione imperatoris, siue Regis alicuius. in aliis autem diebus capellæ celebrant alii p̄lati

Et nota qđ quando Papa p̄ se celebrat, oēs Cardinales, & p̄lati portant paramenta sibi conuenientia coloris tempore cōgruentis tam in uesperis q̄ in missa. sed non semper descendunt ad ecclesiam cum paramentis, sed tantum in diebus supplicatoriis in missa.

Secundum antiquas obseruationes erant alii dies in quibus fiebat capella. nostris temporibus ab Eugenio quarto & citra supra scripta fuerūt obseruata. quōis a tēpore Sixti usq; ad hūc diē aliqua fuerint p̄termissa & immutata. Solēnitas uesperarum fit semp̄ ordinariē in primis uesperis. in secundis nunq̄ fit ordinariē n̄ro tempore. Quando Papa est in crastinum celebraturus fiunt uesperę solennes, & capiunt paramenta a Cardinalibus post factam reuerentiam, & incipiuntur Antiphonę per Cardinales & Papam. In aliis non capiuntur paramenta. Et Papa incipit Deus in adiutorium &c. Incensat ad Magnificat: & dicit orationem, & dat benedictionem, & nihil aliud in eis agit.

Sermones committuntur, & reuidentur per maḡm sacri palatii: ut p̄ diximus. Et in quatuor primis Dñicis aduentus, & quadragesimę fratres quatuor ordinum mendicātiū orant. In prima ordinis p̄dicatorum. In secunda ordinis minorū. In tertia ordinis eremitarū Sancti Augustini. In quarta ordinis carmelitarum. In aliis autem diebus Pontifex si placet, & ordinariē magister sacri palatii cōmittit sermones ad beneplacitum.

Quibus diebus Pontifices Romani consue-  
runt a consistorio secreto cessare.

Cap. XIII

Die Dominico tertia, quinta feria, & sabbato per totum annum ordinariē non fit consistorium.

Non fit consistorium in diebus infra scriptis.

In uigilia, & in die circūcisionis Dñi usq; post diē Epiphanię  
In festo sancti Antonii  
In festo sanctorum fabiani & Sebastiani  
In festo sanctę Agnetis  
In festo sanctorum Vincentii, & Anastasii  
In cōuersione sancti pauli  
In uigilia, & festo purificationis  
In festo sancti Blasii  
In festo sanctę Agathę

## LIBER TERTIVS

CXLIII

In cathedra sancti Petri  
In festo sancti Mathiæ  
In festo sancti Gregorii  
In festo sancti Benedicti  
In uigilia & festo annunciationis Beatę Marię uirginis.  
In uigilia & festo Ascensionis Domini  
In uigilia & festo pentecostes, & duobus diebus sequentibus.  
In uigilia & festo corporis Domini  
In festo sancti Marci euangelistę  
In festo Apostolorum Philippi & Iacobi.  
In festo inuentionis sanctę Crucis  
In festo sancti Ioannis ante portā latinā  
In festo apparitionis sancti Michaelis  
In festo sancti Barnabę Apostoli  
In festo & uigilia natiuitatis sancti Ioannis Baptistę  
In uigilia & festo Ap̄torū Petri & Pauli. Et in cōmemoratiōe sancti Pauli  
In festo sanctorum Ioannis & Pauli  
In octaua sancti Ioannis Baptistę  
In octaua Apostolorum Petri & Pauli  
In festo sanctę Marię Magdalenę  
In festo sancti Iacobi Apostoli  
In festo sancti Petri ad uincula  
In festo sancti Laurentii  
In uigilia & festo Assumptionis Beatę Marię uirginis, & in octaua.  
In festo sancti Bartholomei  
In festo sancti Augustini  
In festo decollationis Beati Ioannis Baptistę  
In uigilia & festo natiuitatis Beatę Marię, & in octaua eius  
In festo exaltationis sanctę Crucis  
In festo sancti Matthei Apostoli  
In festo dedicationis Beati Michaelis  
In festo sancti Hieronymi  
In festo sancti Francisci  
In festo sancti Lucę euangelistę  
In festo Apostolorum Simonis & iudę  
In uigilia & festo omnium sanctorum  
In commemoratione defunctorum  
In dedicatione Basilicę Saluatoris  
In dedicatione basilicę Apostolorum Petri & Pauli  
In festo sancti Martini  
In festo sanctę Cecilie



## SACRARVM CERIMONIA RV M

In festo sancti Clementis  
In festo sancte Catherinæ.  
In festo sancti Andree apostoli.  
In festo sancti Nicolai.  
In festo sancti Ambrosii.  
In festo sancte Lucie.  
In festo sancti Thome apostoli.  
In Vigilia Natiuitatis Domini usq; ad diem post Epiphaniam nō fit cōsistorium. Sed aliquādo conueniunt Domini Cardinales cum Papa ad tractandum, & consultandum, si est opus.  
Itē a quita feria ante quinquagesimā usq; ad quartā feriā cinerū inclusiue.  
Item a dominica in palmis usq; ad Dominicam in albis inclusiue.  
Itē quādo fiunt uacationes curiē in estate statuuntur aliqui dies, in quibus tātum fit consistorium, & tempus uacantiæ. Et quando audientia resu-  
metur, debet itimari curialibus, ut quis possit pcurare facta sua.  
In anniuersariis pontificū cardinalium, siue regū: quādo p eis fit capella.  
In die āniūfario assūptiōis, & corōatiōis Romāi pōtificis p tpe existētis.  
Item quotiescunq; fit publicum consistorium uel capella.  
Item quando Imperator, Rex, Cardinalis legatus ad curiam uenit: aut re-  
cedit a curia. Et similiter quādo nouus Cardinalis: aut aliquis magnus  
Princeps uenit. Et quando ordinaria consistoria sunt interrupta, Cardi-  
nales nō uadunt ad consistorium: nisi uocentur a Papa. Quando autem  
nō sunt interrupta, uadunt semper statutis, diebus etiam non uocati, nī  
si prohibeātur. dies uero consistoriales sunt Secunda, Quarta, & Sexta  
Feria per totum Annum diebus supra nominatis exceptis.

Sacrarum Cerimoniarum Romanæ Ecclesię Libri Tertii Finis.

Gregorii de Gregoriis Excusere Leonardo Lauredano Principe Opti-  
mo. Venetiis. M.D.XVI. Die .XXI. Mensis Nouembris.

DEVS FAVEAT



